 Τριβαλλοῖς ὑπεικόντων χωρίων ἐκάκωσαν μάλιστα, ἀνθρώπους
 καὶ βοσκήματα συναρπάζοντες ἐξ ἄγρῶν, καὶ οἰκίας προπολοῦν-
 τες, καὶ πολλοῖς τὸν πολέμιον σίδηρον καταφέροντες ἀνανταγώ-
 νιστον. τῷ γε μὴν ναύαρχῳ τοῦ στόλου κατὰ χώραν μείναντι
 5. ἀπέχον em. Boiv. pro ἀπέχων.

quam proxime ducentarum navium numerum expletes, duce Amurio, Lydiae satrapa: qui classem suam non ad Thessalonicensem portum appulit, sed propriam sibi ipse stationem paravit, non minus sexaginta stadiis a Thessalonica distantem. Atqui ille cum Asia decederet, non cum eo navium numero, sed cum totis trecentis solverat. Facto autem inter navigandum naufragio, cum asperiores ab Arcto aurae ingruissent, ipse quidem in Euboeam vi abreptus erat cum illis, quas dixi, navibus, iisque maxima ex parte ab invicem dispersis. Aliae vero ad alias Europae oras salvae evaserant, exceptis iis, quae aut in littora illiserant, aut iniquis fluctibus conflictatae ipsis cum hominibus demersae fuerant. Cumque ille multos dies deliberasset, an ex Euboea per Thessaliam pedestri itinere, navibus ante incensis, Berrhoeam sibi eundem foret, deferbuerat tandem fluctuum insolentia, coeperatque aura clementior velis adspirare a terra. Inde itaque cum solvisset, ad eam, quam diximus, stationem convenerant proxime Thessalonicam. (II.) Relicto igitur praesidio, quantum ad custodiendas naves satis erat, ad praedam statim bona pars egressi sunt, et pleraque Triballorum dittonis loca maxime afflixerunt, homines ac pecora ex agris abigentes, atque etiam multis gladium hostilem impune intentantes. Cum autem ibi Persicae clas-

ἦκε μετὰ βραχὺ καὶ ὁ βασιλεὺς ἐκ Βεῤῥόιας, τῶν ἐκεῖ πραγμάτων A. C. 1343
 ἐπίτροπον τὸν υἱὸν καταλειποῦς Μανουήλ· ὃς ἄρτι καθ' ἡλι- Imp. Io. Pa-
 κίαν τὸν ἐφηβον παραλάττων, καὶ μήπω μηδὲ τὸν πρῶτον ἀν- laeol. 3
 θήσας ἴουλον ἐν ταῖς παρειαῖς, πρεσβυτικὴν ἐν τῇ ψυχῇ τὴν σύ-
 5 νεσιν ἔβροσκε καὶ ἅμα τῷ πατρὶ πρὸς ταῖς ὑπερορτοῖς καὶ ὑπαί-
 θροις στρατοπέδειαις μακρὰ συγκακοπαθήσας πρὸς λαμπρὰν V. 341
 τῆς στρατηγικῆς ἐμπειρίας γεγύμνασαι ἄσκησιν· καὶ δι' αὐτό γέ-
 τοι τοῦτ' ἐν τῇ τοιαύτης πόλεως ὁ βασιλεὺς καὶ πατὴρ ἐπεπι-
 στεύκει ἐπιτροπὴν, ἣ κρητὶς καὶ ῥῖζα τέως αὐτῷ τῆς ἐκ τῶν χει- D
 10 ρόνων ἐς τὰς βελτίους τύχας κατέστη μεταβολῆς. οὕτω τοίνυν
 ἐλθὼν ἐκ Βεῤῥόιας ὁ βασιλεὺς, καὶ ἀμφὶ τοὺς τῆς Θεσσαλονίκης
 ἀγροὺς τῷ τῆς Περσικῆς δυνάμειος ἐντετυχηκῶς ἡγεμόνι, καὶ
 ἀσπασόμενος τὰ εἰκότα, περὶ τῶν πρακτέων ἀμφω κατὰ σφῶς
 ἐβουλεύοντο. (Γ.) Τοῖς γε μὴν Θεσσαλονικεῦσι, τειχῶν ἐντὸς
 15 συγκλεισθεῖσι μετὰ τῶν ποιμνίων καὶ βουκολίων, αὐτοῖς τε ἐστε-
 νοχωρεῖτο τὰ ἐπιτήδεια καὶ τοῖς ἀλόγοις ζώοις χιλὸς οὐκ ἦν· ἅ E
 δὴ καὶ καθ' ἡμέραν ἄλλα ἐπ' ἄλλοις ἐπιπτον, καὶ τὸ ἐντεῦθεν
 δυσῶδες νοσεῖν παρεσκεύαζε τὸν ἀέρα· ὅφ' ὧν ἀχθομένοις συνέ-
 βαινε στασιάζειν λαμπρῶς τοῖς πολίταις. οἷς μὲν γὰρ κτήσεις
 20 ἦσαν ἀγρῶν, ἀχθεσθαι ἐνῆν, τῶν ἀγρῶν δηουμένων· οἷς δ'
 ἀγέλαι ποιμνίων, καὶ ζεύγη βοῶν, καὶ ὀπόσα τῶν ἀχθοφόρων
 ζώων, ἀνιᾶσθαι συνέβαινε καὶ αὐτοῖς, αὐτὰ τε θεωμένοις εἰκῆ F
 φθειρόμενα καὶ ἀθρόας τὰς ἐπ' αὐτοῖς ἐλπίδας θνησκούσας
 αὐτῶν. οἷς δ' ἡλικιωτὶς ἦν ἢ πενία καὶ τὸ κοῦφον τοῦ βίου τὸ

10. μεταβολῆς Boiv. pro μεταβολή.

sis dux substitisset, venit ad eum paulo post et imperator Berrhoea egres-
 sus, madata Manueli filio rerum administratione. Qui cum aetate vix ephē-
 bum excederet, nec dum malae prima lanugine florerent, senilem in animo
 alebat prudentiam, et simul cum patre longinquae ac subdialis militiae mala
 diu perpassus praeclaro usu ad imperandi disciplinam exercitatus erat; at-
 que ob id ipsum ei imperator ac pater illius urbis regimen crediderat, quae
 ipsi hactenus fundamentum ac radix fuerat fortunae in melius mutandae.
 Cum itaque inde excessisset imperator, et circa Thessalonicae campos Per-
 sici exercitus ducem offendisset, eumque ut par erat salutasset, ambo quid
 facto opus foret inter se deliberarunt. (III.) Thessalonicenses autem, cum
 gregibus atque armentis intra muros conclusi, et ipsi rerum necessariorum
 penuria laborabant, et bestiis deerat, quo alerentur. Quae cum frequentes
 quotidie caderent, et teter inde odor aërem corrupisset, hinc factum est, ut
 cum id cives aegre ferrent, aperta seditio oriretur. Quibus enim ruri pos-
 sessiones erant, iis agros vastari grave erat. Sed et qui pecudum greges,
 et boum iuga, et iumenta alia quaelibet habebant, ii quoque molestia affi-
 ciebantur, cum et illarum rerum iacere confusam stragem, et suas de illis
 spes simul omnes intermori viderent. Quibus autem coaeva paupertas ino-

- A. M. 6851 *μη βουλόμενον ισχυρῶς ἐμάστιξε τῆς ψυχῆς, τούτοις δ' ἔφεσις*
 Ind. 11 *νεωτέρων συνήκμαζε ταραχῶν καὶ θορύβων, καὶ κατὰ τῶν πλου-*
σιῶν ἢ βασκανία τῶν ὀφθαλμῶν ἐτείνετο, καὶ τὸ μακρικὸν ἤσκειτο
σφόδρα τῆς γνώμης. (Δ.) Τούτων δ' οὕτως διηρημένων δι-
πλῆ, καὶ τρίτη μοῖρά τις αὐτοῖς ἐπεφύετο συρφετώδης, δικαιο-
 P. 421 *σύνης πέρι καὶ ἀδικίας οὐδὲν ἐπαίτουσα, ἀλλ' ἀγομένη ῥαδίως*
καθ' ἕνα ὅπλον τοῖς ἄγειν ἐθέλουσιν, ὅποι τὸ αὐθαδὲς ὑψηλεῖται
τῆς γνώμης, ἐπὶ πονήρῳ τῶν φθονομένων. οὔτε γὰρ αὐτονομίᾳ
δουλεύειν οἶδεν ὁ δῆμος οὗτος, οὔτε νόμοις ἀνδρῶν παλαιῶν, τὸ
ἕξῃ ἐν ταῖς βίβλοις ἐχόντων, κἀκεῖθεν τὰ πολιτικὰ ῥυθμιζόντων
πράγματα, καὶ τοῖς τῶν ἀτόπων κινήμασιν ἕξω πρὸς τὸ εὐ-
 Β *δαίμον νομοθετούντων ἀεὶ· ἀλλ', ὥσπερ θαλάττης κύματα πᾶ-*
σιν ἀγριαίνουσι πνεύμασιν εὐχερῶς ὑπέκοντα τὰς δυστυχεῖς κα-
ταδύουσι τῶν ὀκλάδων ἀνάνδρους, οὕτως οὗτοι τὰς τῶν εὐδαι-
μόνων οἰκίας ἐκ βάρθρων ἀνατρέποντες τὸ πολέμιον ἀκρατῶς
κατὰ τῆς τῶν ἀθλίων κεφαλῆς ἐπιφέρουσι ξίφος ἀφειδῶς καὶ ζῦν
γε λόγῳ οὐδενί. (Ε.) Πεπλασμένης οὖν ἀρτίως εἰς τὸν δῆμον
ῥνείσης φήμης, ὡς τοῖς πλούτῳ καὶ ἀγροῖς καὶ βοσκήμασι βρί-
 C *θουσιν ἀναπετάσαι τὰς τῆς πόλεως πύλας κρύφα μελετηθεῖη*
τῷ βασιλεῖ Καντακουζηνῷ τὴν ζημίαν οὐ φέρουσιν, εἰς ἀντίπα-
λον ἕστησαν μοῖραν οἱ πλούτου καὶ δόξης ἐφιέμενοι πένητες, καὶ
τὴν ἀνάρῃσιν τοῦ ὀνόματος τοῦ βασιλέως Ἰωάννου τοῦ Παλαιο-
λόγου μετὰ τῆς μητρὸς ἐπὶ μέσης τε διαρῃσθῆναι ἔμνονον τῆς πό-
λεως καὶ ἅμα Ζηλωτὰς σφᾶς αὐτοὺς ἐπωνόμαζον, ὀνόμασι

leverat, angusta re animum acerbis stimulis urgente, ii turbarum et tumultuum novorum cupiditate fervebant, et oculorum malignitatem in divites intendebant, et furorem animi sui gestiebant exercere. (IV.) His ita bifariam divis, etiam tertia quaedam factio accessit, plebis colluvies, quae de iure aut iniuria nihil quidquam audit; sed facile tanquam instrumentum a quolibet volente trahitur, quocumque animi praeit pervicacia, in perniciem eorum quibus invidetur. Neque enim eiusmodi homines suam libidinem dominam ferre possunt, neque constitutas ab antiquis leges; qui vitam in libris perpetuam habent, atque inde respublicas ordinando et pravorum affectuum motus corrigendo hominum felicitati semper consulunt; sed, veluti maris fluctus cuilibet vento saevienti facile obsequentes infelicia navigia ipsis cum hominibus mergunt, sic isti divitum domos funditus evertentem hostilem gladium in miserorum caput foede et impotenter sine ulla ratione incutiunt. (V.) Cum itaque fama recens conficta ad populum manasset, eos qui opibus et agris et re pecuaria abundarent, damnorum impatientes, decrevisse clam urbis portas imperatori Cantacuzeno aperire, ii pauperes, qui opum et gloriae appetentes erant, ex adverso insurrexerunt, et tam Ioannis Palaeologi imperatoris quam illius matris nomen in media urbe clare et aperte celebrarunt, iidemque se Zelotas nuncuparunt, specio-

χρηστοῖς τὴν τῆς κακίας ὑπόθεσιν περιπέττοντες, καὶ τὸν δῆμον A. C. 1343
 εἰς συμμαχίαν ἐκάλουν, κερδῶν ἐτοιμῶν ἐλπῖσι τοὺς σφῶν θυ- Imp. Io. Pa-
 μοὺς παραθήγοντες. (ζ'.) Οὕτω δὲ οὖν ὡσπερ βιαίου κατα- D
 σκήψαντος πνεύματος εἰς τὴν πόλιν, θόρυβος ἀνὰ πάντας δη-
 μοτάς ἐπεχωρίαζεν ἄτακτος, καὶ πάντες ἀθρόοι τῶν οἰκιῶν εὐθὺς
 ἔξεχέοντο, καὶ τῶν ἔξωθεν πολεμίων αὐτοὶ πικρότεροι τοῖς πλου-
 σίοις ἐγίνοντο, τὸν τε ἐν ταῖς οἰκίαις πλοῦτον ἄσπραγμα ληστρι- E
 κὸν καθιστάμενοι καὶ αὐτῶν ὅσοις ἐνετύγχανον ἀφειδῶς ἀπο- E
 σφάττοντες, καὶ πολιτικῶν αἱμάτων κρατῆρας κενοῦντες ἐν ταῖς
 πλατείαις τῆς πόλεως. τὸ γε μὴν ἔκκριτον, καὶ ὅσον τῆς πόλεως V. 342
 ὕψις ὑπῆρχεν, εἰς τοῦτο κακοδαιμονίας ἠλάθη διὰ γε δὴ τὸ τῆς
 οὐσίας εὐδαιμον. τούτων δ' οἱ μὲν θανάτου δίκην ἔδοσαν ἀ-
 θημερὸν ταῖς τῆς δημοτικῆς παρανοίας ὁρμαῖς· ὧν δ' ἐν ὑπο-
 ψίαις ἔτι τὸ τῆς τύχης ἔκειτο μέλλον (πλείους δ' εἶναι τῶν ἐα-
 λωκότων συνέλυπτεν σφῶς), τούτοις δ' ἔσχυθροπακόσιν ἐνήν οἱ- F
 κουρεῖν, φυλαττομένοις ὡς τὰ πολλὰ τὸ γ' ἐν ἀγοραῖς καὶ θεά-
 τροις παρῴησιάζεσθαι. (Ζ.) Καὶ τάχ' ἂν ἐτεθνήκεσαν ὑπὸ δέους,
 εἰ μὴ τινες ἐκ βασιλέως ἔξωθεν ἐλπίδες εἰσπορευόμεναί πως ἀνεθ-
 ρώννυνόν τε πρὸς τὸ εὐψυχον καὶ τὸ λογιζόμενον τῆς ψυχῆς
 πρὸς τὸ νῆφον ἀνεκαλοῦντο. μόναι γὰρ αὐταὶ μοχθούντων ἐω-
 ρῶντο τέρπουσα τηρικαῦτα κρηπίς λογισμῶν, καὶ πρὸς γε, φρον- P. 422
 τίδων εἰς ἀπόγνωσιν ὀλισθαίνειν κινδυνευουσῶν, πρῶος φάναι
 καὶ τινος ἀπόζων εὐθυμίας ζέφυρος. εἰ γὰρ καὶ τὸ ψεῦδος ὁμό-
 στεγον ἐνίοτε φαίνονται κεκτημένοι, ἀλλ' οὖν τοιαῦτά πως εἰδω-

sis nempe nominibus malum propositum velantes, et plebem in auxilium ad-
 vocarunt, parati emolumenti spe animum illius acuentes. (VI.) Cum igitur
 ita in urbem quasi vehemens quidam ventus impetum fecisset, tumultus per
 omnem civitatem vagabatur inordinatus, et cuncti frequentes domibus sta-
 tim eiiciebantur, saeviebantque isti in divites crudelius quam ipse foris
 imminens hostis. Nam et opes, quae in domibus essent, latronum more di-
 ripiebant, et quoscunque divitum offendissent, eos foedissime iugulabant,
 et in urbis plateis civilem sanguinem large effuseque hauriebant. Lectissimi
 certe civium et quotquot erant in urbe conspectiores, in ea mala incide-
 runt, eo quod bonis abundarent. Ex his porro alii statim popularis insa-
 niae impetu poenas dederunt. Quorum autem adhuc incertum erat quae-
 nam futura esset fortuna (et ii quidem deprehensis plures erant), iis tristitia
 vultu praeferentibus domi manendum erat, cavendumque, ne quid in
 foro aut theatris paulo audacius proloquerentur. (VII.) Atque illi prae
 metu fortassis exanimati essent, nisi eos spes quaedam foris ab imperatore
 advenientes ad confidendum erexissent, eorumque iudicium ad sanitatem
 revocassent. Eae enim solae iucundum videbantur eo tempore laborantis
 rationis adminiculum: atque hic lenis quasi Zephyrus eorum curas despe-
 rationi proximas levabat, et quendam veluti odorem securitatis spirabat.
 Etsi enim spes illae videntur aliquando socium habere mendacium, at ea

- A. M. 6851 *λοποιεῖν ἐπεφύκεσαν ἀεὶ καὶ προτυποῦσθαι, καθάπερ ἐκ γειτό-*
νων παριοῦσαι παρήγοροι πιπτούσαις ἕξ ἀθυμίας ψυχαῖς, τὰς
 Ind. 11 *τῆς ὀρέξεως φαντασίας συλλήπτορας ἔχουσαι. ἀλλὰ τὸ μὲν πά-*
σχαιν ἐκ διαδοχῆς συνεχῶς τοῖς ταλαιπώροις ἐλέλειπτο καὶ παρῆν·
τὸ δὲ τῶν ἐλπίδων προμηθεὺς σκιά τις ἦν ἡδονῆς καὶ δικτύοις
συναγομένη πνοή· οἷς τὸ μὲν διαρῥεῖν ἀθρόον ἔνεστι πάντως,
τὸ δὲ μένειν ὅλως οὐκ ἔνεστι. (H.) Τῷ μὲν γὰρ τῶν Περσῶν
ἡγεμόνι περιστρατοπεδεύειν ἐδόκει τὴν πόλιν ἐκ τε γῆς καὶ θα-
λάττης, καὶ ὅλον τὸ τῆς πολιορκίας ἐπάγειν ἐκ τοῦ παραχοῆμα
 C *βρίαιον, καὶ μὴ τρίβειν ἡσυχῇ καθημένους τὸν χρόνον, ἔργοις*
ἐνὸν τὰ τῆς μάχης ἐν βράχει κρῖνεσθαι τὰ τε ἄλλα καὶ μά-
λισθ' ὅτι καὶ σύμμαχον συνέβαινε τῇ ἕξῳθεν ἤδη γίνεσθαι πο-
λιορκίᾳ καὶ τὴν ἔνδοθεν ἀναφλεγομένην τῶν οἰκητόρων στάσιν.
τῷ δὲ βασιλεῖ τοῦτ' οὐδαμῇ συνδέοκει, τὸν μάρτυρα τιμῶντι
Δημήτριον· καὶ ἄλλως δ' οὐκ ᾔετο χρῆναι τῆς ἰσχύος αὐτοῦ 1
 D *τὴν περιουσίαν ἐκ τῆς τῶν πολιορκουμένων φαίνεσθαι συμφορᾶς·*
ἀλλ' ἀπειρηκότας ὄψε τοὺς στασιαστὰς τῷ τε λιμῷ καὶ τῇ τῆς
πολιορκίας ἀνάγκῃ καθ' ὁμολογίαν παραδώσειν σφῶς τε αὐτοὺς
καὶ τὴν πόλιν. (Θ.) Ἐπεὶ δὲ τριακονθήμερον παρωχηκόςτος ἐν-
ταῦθα χρόνου τὰ κατὰ γνώμην οὐκ εὔοδα ἐωρᾶτο, τὴν μὲν ἄλ-
 2 *λῃν δύναμιν ἀφίησι διαπόντιον ὁ βάρβαρος οἴκαδε ἀπιέναι, τὸν*
ἀνάπλον διὰ τῆς Θρακίως κελύσεως παραλίου ποιεῖσθαι· δε-
 E *διῶς ἴσως μὴ πού τις ἔτι χρείας προϋοῦσιν ἀνάγκῃ τούτῳ προσγέ-*
νηται σφῶν· ἕξακισχιλλοὺς δ' ἀπολεξάμενος μόνους κατέσχε παρ'

semper illarum vis est, ut istiusmodi imagines offerant et proponant, ac tanquam consolatrices labanti ex desperatione animo adsint de propinquo, speciebus nempe iis quae appetitui insunt adiuvantibus. At interim miseris illis id relinquebatur, id supererat, ut eorum mala quasi per successionem continuarentur. Spes autem illae providentes nihil aliud erant, nisi voluntatis umbra quaedam et ventus coactus in retia; quorum ea est natura, ut statim perfluant omni ex parte, manere autem plena nequeant. (VIII.) Etenim Persarum quidem duci placebat, obsideri urbem tam a terra quam a mari, ac totis statim viribus oppugnationi incumbi, nec teri tempus nil agendo; quia, si ageretur, brevi poterat armis decerni; idque eo magis, quod adiutrix iam esset externae obsidionis ea quae intus accensa erat civium seditio. Imperatori autem minime id placebat, Martyrem colenti Demetrium. Alioqui vero haud putabat oportere, quantum robore preestaret, in obsessorum calamitate ostendere, sed seditiosos illos fame tandem et premente obsidione fractos ex pacto se atque urbem esse dedituros. (IX.) Postquam autem triginta diebus illic elapsis res ex sententia succedere haud videbantur, reliquas quidem vires mari impositas dux barbarus domum remittit iubetque, ut per maritimam Thraciae oram renavigent: veritus, ne procedente tempore aliqua necessitas incumberet, adeoque his opus foret. Delectu autem habito, sex duntaxat hominum millia penes se retinuit. Ea

εαυτῷ. οὗς ἐπαγόμενος ἐπ' ἀτελέστοις ἀπαίροντι συναπῆει ταῖς A. C. 1343
 ἑλλήσι τῷ βασιλεῖ, πολλὰ μὲν κατειρωνευόμενος τῆς αὐτοῦ περι Imp. Io. Pa-
 τὰ θεῖα δεισιδαιμονίας, πολλὰ δὲ μεμφόμενος, ὅτι μηδεὶς ποτ' laeol. 3
 οἴκτος αὐτὸν εἰσῆει τῶν τὰ δεινότατα πασχόντων δι' αὐτὸν ἐν τῇ
 5 πόλει· ἄλλ' οἴκτος οἴκτον ἀντέκρουσε μικροῦ τινος ἄξιος τὸν F
 ξύν γε τῷ ὠφελίμῳ πολλήν τινα τὴν ἀνάγκην ἐπιφερόμενον· ἄς
 εἰναί γησι τελευτῶν εἰς τὸ προφανές ἀφειδές τὴν τοῦ οἴκτου τοῦδε
 ἐπωνυμίαν, καὶ βραχέϊαν μὲν τινα τὴν τοῦ λυσιτελοῦς παρεχο-
 μένην δόκησιν, μεῖζονα δὲ τὴν ζημίαν εἰς τοῦμφανές προξενούσαν.
 10 (I.) Ἐβδομαῖοι μὲν οὖν ἴοντες ἐκείθεν τὰ περὶ Χριστοῦπόλιν
 ἀπονητὶ διέβησαν στενά· κἀκεῖθεν αὐθις ὡς διὰ φίλις πορευό- P. 423
 μνοι τῶν ἐνταῦθα διίσταμένων ἀπεπειρῶντο πόλεων. καὶ τὸ V. 343
 μὲν φθινόπωρον ἐν τούτοις ἐτελεύτα. ὁ δὲ χειμῶν τοῦ συμφυοῦς A. M. 6852
 λοιπὸν τὰς ἀκμὰς ἀνεχάλκευε ψύχους. Ind. 12

5 α'. Ἡμεῖς δ' ἐπειδὴ μὴ μονοειδῆ τὴν ἱστορίαν ἐκθεῖναι B
 προὔθεμεθα, μηδὲ μόνοις πᾶσαν ἀσχολίαν τοῖς Ῥωμαϊκοῖς παρέ-
 χεσθαι πράγμασιν, ἄλλ' ἐνιαχοῦ καὶ παρεξιέναι, τῆς χρείας
 ὁπῶσποτε συνελαννούσης εἰς τὴν ἀνάγκην, εἰκὸς εἶναι κἀνταῦθα
 λοιπὸν ἡγοῦμεθα, τὸν τῆς προκειμένης εἰρημὸν ὑποθέσεως ἐς τὴν
 0 ἕστεραίαν ὑπερθεμένους, καθὰ καὶ πολλαχῆ πεποιήκαμεν πρό-
 τερον, ἐφ' ἕτερον καὶ τῆμερον τρέψαι τὸν λόγον, κἀκείνων με- C
 τρίως μνησθῆναι, ὅποσα κατὰ τὸν αὐτὸν ἐν ἄλλοις ἔθνεσι πέ-
 πρακται χρόνον· ἃ δοκεῖ μὲν πῶς ἀλλότρια διὰ τὸ τῶν τόπων
 ὑπερόριον· ἔστι δ' ὁμως καθ' ἕτερον τρόπον οἰκεία καὶ πάνυ

secum ducens imperatorem spe irrita migrantem comitatus est, multa in
 illius superstitosum animum iocatus, multa etiam incusans, quod nulla
 eum subiisset miseratio illorum, qui in urbe propter eum extrema paterentur;
 sed misericordia quaedam parvi momenti repulisset eam, quae con-
 iunctam cum utilitate gravem quandam necessitatem afferret. „Ita fit”, aie-
 bat ille, „ut in apertam demum crudelitatem evadat ea quae nominatur mi-
 sericordia, ac postquam utilitatis opinionem brevem attulit, damnum evi-
 dens maius importet.” (X.) Inde igitur profecti septimo die Christopoli-
 tianas fauces nullo labore pertransierunt: atque illinc rursus quasi per foe-
 deratum solum euntes urbes ea in regione dissidentes sollicitabant. Atque
 autumnus quidem interea abiit. Hiems autem ex eo coepit ingenti frigi-
 ris stimulos recudere.

11. Sed nos quoniam simplicem edere historiam haudquaquam institui-
 mus, neque totam unis Romanorum rebus operam dare, verum et nonnun-
 quam ultra excurrere, utcumque ipsa res in eam nos necessitatem adduxe-
 rit, opportunum hoc loco deinceps arbitramur, praesentis argumenti con-
 tinua serie in crastinum dilata, ut alibi saepe etiam antea fecimus, nostram
 hodie orationem alio convertere, et ea omnia breviter commemorare, quae
 per idem tempus gesta sunt apud alias gentes: quae etsi, propter inter-
 valla regionum, aliena videntur quodammodo, sunt tamen alia ratione affi-

- A. M. 6852 ταῖς Ῥωμαϊκαῖς ἀφῆγγίσεισι κοινώνουντα. ἡ γὰρ τοι βασιλεύουσα
 Ind. 12 πόλις αὕτη κοινὴ τῆς ὅλης εἰπεῖν οἰκουμένης ἐστὶν ἐστία καὶ
 κοινὸν πρυτανεῖον· καὶ χορηγεῖ μὲν δαφυλῶς πᾶσαν τοῖς ὑπασι
 D χρεῖαν· γεωργοῦσι δ' αὐτῇ καθάπερ δεσποίνῃ πᾶσα γῆ τε καὶ
 θάλασσα καὶ πάντες ἄνεμοι· καὶ ὀρῶμεν πανταχόθεν τὴν σιτο- 5
 πομπίαν ἰοῦσαν ἀφθόμως ἐνταῦθα χειμῶνος καὶ θέρους, ἡρός
 τε καὶ φθινοπώρου· καὶ ναυστολοῦσιν εἰς ταύτην ὀλκιάδες τε καὶ
 τριήρεις ἄει, καρπῶν μὲν ἀπάντων ἄγουσαι γονάς, τεχνῶν δὲ
 παντοδαπῶν ποικιλίματα. πάντα γὰρ ὅσα πᾶσιν ἐκασταχοῦ γίνε-
 ται ἀτερπῆ τοῖς κεκτημένοις εἶναι δοκεῖ πως, καὶ φρονεῖν οὐδὲν 10
 P. 424 οὐδαμῆ γενναῖον δύνανται, πρὶν ἂν ἐς τὸ μέγα τοῦτο καὶ οἰκου-
 μενικὸν τῆς πόλεως θέατρον περιβλεπτόν τινα ποιήσωνται τὴν
 ἐπίδειξιν. δι' ἃ δὴ καὶ ἡμεῖς τὰς τοιαύτας ἀναγκαζόμεθα ποιῆ-
 σθαι παρεκδρομὰς, ἵνα μὴ τὰ τῶν ἐνίοτε καὶ ἐνιαχόθεν συμβαι-
 νόντων συμπτωμάτων αἴτια τῇ τε βασιλευούσῃ τῶν πόλεων καὶ 15
 τοῖς ἐνταῦθα πράγμασι, μὴ προγινωσκόμενα τοῖς ἐντυγχάνειν
 V. 344 τῇ ἰστορίᾳ μέλλουσι, δύσβατά πως καὶ φαραγγώδη φάναι τὰ
 Βμεταξὺ χωρία τοῦ λόγου δοκῆ καὶ μακροῦς τινος εὐκρινείας
 δεόμενα. (B.) Καὶ μὲν δὴ λεκτέον ἡμῖν πρότερον, ὅποσα Τρα-
 πεζοντιοῖς κατὰ τοῦτον συνεπεπτώκει τὸν χρόνον. μετὰ γὰρ τὸν 20
 Κομνηνὸν Ἀλέξιον, τὸν ἀδελφιδοῦν Ἀνδρονίκου τοῦ γηραιοῦ βα-
 σιλέως Ῥωμαίων τοῦ Παλαιολόγου, Βασίλειος ὁ υἱὸς τὴν τῶν
 Τραπεζοντιῶν ἡγεμονίαν διαδεξάμενος ἔγημε νόθον τοῦ νέου
 C βασιλέως Ἀνδρονίκου τοῦ Παλαιολόγου θυγατέρα Εἰρήνην· ἥ

nia et Romanae historiae plane coniuncta. Ipsa quippe haec dominatrix civitas commune est totius paene dixerim orbis domicilium ac prytaneum. Nam et omnibus omnia, prout cuique usus est, abunde suppeditat; et illi tanquam dominae terra unversa, mare, et omnes venti famulantur; videmusque illuc affluentem undique vim frumenti magnam, hieme, aestate, vere, et autumnis; et ad eam urbem perpetuo navigare onerarias naves ac triremes, omnia fructuum genera et quarumlibet artium inventa apportantes. Quaecunque enim singulis in locis unusquisque habet, ea ingrata possessoribus esse quodammodo videntur, ac nihil generosi sapiunt, antequam in magno et universis gentibus exposito huiusce urbis theatro clarum aliquid sui spectaculum exhibuerint. Hinc fit, ut nos eiusmodi excursions facere cogamur, ne si ea, quae causam praebuerunt cur aliquando et certis in locis quidpiam reginae urbi et huic imperio accideret, praecognita haud sint iis, qui in hanc historiam incident, ardua et ut ita dicam confragosa, et accurato iudicii examine indigere videantur interiecta narrationis intervalla. (II.) Ac primum quidem de iis rebus dicturi sumus, quae Trapezuntis per illud tempus acciderunt. Alexio Comneno, Andronici senioris Palaeologi Romanorum imperatoris nepoti ex sorore, Basilius filius heres successit in Trapezuntis imperium. Is uxorem duxit Irenen, filiam iunioris Andronici Palaeologi spuriam, nec diu cum ea vixit, et sine liberis decessit. At haec

καὶ βραχὺν τινα συμβεβιωκῶς χρόνον ἐτελεύτησεν ἄπαις. σχοῦσα Ἀ. C. 1343
 δὲ τὴν ἡγεμονίαν αὐτῇ ὑπερόριον μὲν ἐς Βυζάντιον ἀπεστάλκει Imp. Io. Pa-
 τὴν ἄνθρωπον, ἧ̄ πρὸς λαθραίαν ἐμίγνυτο κοίτην Βασίλειος, laeol. 3
 ὁμοῦ τοῖς δυοῖ νηπίοις υἱέσιν· ἅμα τε ἐπρεσβεύετο καὶ δεύτε-
 5 ρον ἄνδρα οἱ πεμφθῆναι τῶν παρὰ Βυζαντίοις γένει καὶ δόξῃ
 προὔχοντων, ὃς ἂν πρὸς βουλήσεώς τε ἧ̄ τῷ βουσιλεῖ καὶ πατρὶ
 καὶ κατὰ τὴν αὐτοῦ διατελέσῃ βούλησιν τὴν ἀρχὴν διοικῶν τῶν D
 Τραπεζουντιῶν. οὕτω τοίνυν ἕξ Ἀκαρνανῶν ἐπανεληλυθότα τὸν
 βασιλεῖα εὐροῦσι τοῖς πρέσβεσιν ἔδοξε μείναντας κατὰ χώραν
 10 πέμψαι τοὺς ἐροῦντας ἐκείνῳ τὴν τε ἀφίξιν σφῶν καὶ τὸν τῆς
 ἀφίξεως τρόπον. (Γ.) Ἐπεὶ δὲ τοῦ χρόνου χωροῦντος τῷ Βυ-
 ζαντίῳ καὶ ὁ βασιλεὺς ἐπιδημητικῶς οὐκ εἰς μακρὰν μὲν αὐτὸς
 ἐτεθνήκει, τὴν δὲ τῶν δημοσίων φροντίδα πραγμάτων γνώμη E
 τῆς βασιλίδος Ἄννης Ἰωάννης ὁ Καντακουζηνὸς ἐτέγγανε διοι-
 15 κῶν, μέγας ὢν ἔτι δομέστικος, πρὸς μὲν τῆς τῶν Τραπεζουν-
 τιῶν ἡγεμονίδος Εἰρήνης τὴν ζήτησιν ἐπινεύειν οὐκ εἶχεν εὐθὺς,
 ἀλλ' ἐφ' ἑτέρας ἐτρέπετο σκέψεις. ὁρῶν γὰρ τὸ διεθρόωγός ἐπὶ
 πολλὰ τῆς τῶν Τραπεζουντιῶν γνώμης συνῆκε, μὴ πρὸς ὑπάντων
 εἶναι τὴν γνώμην αὐτῆς στεργομένην. νόμος γὰρ ἐκείνοις οἶον
 20 ἄφρυκτα δυνάμενος, μηδ' ὑπ' οὐδενὸς ἐκουσίοις τῶν ὑπάντων F
 γενῶν ἄρχεσθαι βούλεσθαι, πλὴν τῶν ὅσοι τὸ γένος ἐκ Κομνηνῶν
 κατίασιν ἔχοντες. διὰ δὲ ταῦτα καὶ τὴν ταύτης παρ' οὐδὲν θέ-
 μενος αἴτησιν ἐπὶ τὴν ἐκείνων ἡγεμονίαν τὸν τοῦ προτετελευτη-
 κότος Ἀλεξίου πέπομφεν ἀδελφὸν Μιχαὴλ τὸν Κομνηνὸν, περι
 25 που τὰ ἕξ καὶ πενήκοντα ἔτη γενομένην ἔχοντα ἤδη τὴν ἡλικίαν.

rerum potita mulierem quidem illam, cum qua habuerat Basilius clandesti-
 nam consuetudinem, Byzantium exulatum miserat una cum duobus eius
 fillis infantibus; per legatos autem postulaverat, ut sibi alter maritus mit-
 teretur, qui inter Byzantios genere et splendore fortunae emineret, et im-
 peratori ac patri acceptus foret, Trapezuntisque imperium ex eius senten-
 tia pergeret administrare. Cum igitur legati nondum ex Acarnania rever-
 sum esse imperatorem comperissent, visum est iis subsistere, atque ad eum
 mittere qui suum adventum et adventus rationem nunciarent. (III.) Pro-
 cedente tempore ipse imperator Byzantium advenit, nec multo post vita
 functus est: publicarum autem rerum curam, Annae imperatricis nutu, Ioan-
 nes Cantacuzenus, magnus tum quoque domesticus, sustinere ex eo coepit.
 Atque hic statim imperatricis Irenes petitioni annuere haud potuit; verum
 ad alias curas animum appulit. Cum enim Trapezuntiorum animos vacil-
 lare maxima ex parte animadverteret, non omnibus placere eius mulieris
 consilium intellexit. Lex quippe est apud eos paene inviolabilis, ne ab
 ullo cuiuscunque stirpis homine gubernari se ultro patiantur, nisi qui ab
 Comnenis oriundus sit. Quapropter illius postulatis pro nihilo habitis, re-
 ctorem illuc misit Alexii praemortui fratrem, Michaëlem Comnenum, qui
 sextum circiter et quinquagesimum aetatis annum iam attingebat. (IV.) In-

- A. M. 6852 (A.) Τῶν γε μὴν ἐκεῖ συγκλητικῶν οἱ μάλιστα πάντων ἰσχύον-
 Ind. 12
 P. 425 τες διὰ τε δόξης ὕψους καὶ πλούτου δύναμιν ἐφ' ἕτερον ἐτρέ-
 ποντο βούλευμα. ἵνα γὰρ αὐτοῖς ἐπ' ἀδείας εἴη τῆς ἀρχῆς κατορ-
 χεῖσθαι καὶ ἄγειν καὶ φέρειν τὰκεῖ πράγματα ὅπη τὸ βουλούμενον
 ὑποτίθῃσιν, ἐν ἑκ τῶν νόθων Βασιλείου βρεφῶν προσεποιούντο 5
 ζητεῖν εἰς τὸ τῆς ἡγεμονίας πρόσχημα. ὕθεν εἰς τὸ τῆς Τραπε-
 Βζοῦντος ἐπίνειον καταπεπλευκότα τὸν Κοινητὸν Θεασαμένους τὰ
 μὲν βεβουλευμένα δρῶν ἐς προὔπτον εὐθὺς οὐ μᾶλα ἐδόκει, ἵνα
 μὴ φωραθεῖσιν ἐμποδῶν ὃ δῆμος γένηται, σύμμαχον ἔχων καὶ
 τὴν ἄρτι συγκαταπεπλευκτίαν τῷ Κοινητῷ δυοῖν Λατινικῶν 10
 νεῶν δύναμιν· ἀλλ' ἐν τῷ αὐτίκα ξύν γε ταῖς ἀνηκούσαις τιμαῖς
 δεξάμενοι πρὸς τὸ ἐκεῖ ἀρχεῖον ἀνήγαγον. γενομένης δ' ἐσπέ-
 ρας, αὐτὸν μὲν ὡς ἐν εἰρκτῇ τῷ παλατίῳ κατέκλεισαν· τῶν δ'
 C αὐτῷ προσκειμένων ὄχλων, ὅσοι μὴ δρασμῶ διεσώθησαν ἐς τὰς
 τριῆρεις, οἷς μὲν κατακεκόφθαι, οἷς δ' ἐς δεσμοτήριον παρα- 15
 πελέμφθαι γεγένηται. αὐτὸν δ' αὖ ἐς τὴν ὑστεραίαν διαπόντιον
 V. 345 τῷ ἔκτομίᾳ φρουρεῖν ἐπεπόμφευσαν, τῆς τῶν συγκλητικῶν μὲν
 ἐκείνων φατρίας ὑπάρχοντα καὶ αὐτὸν, ἔχοντα δὲ τὴν τῶν οὐτωσί
 πως ὠνομασμένων Λιμνίων τηρικᾶντα ἐπιτροπὴν· ὧν διακοσίους
 D ἐγγὺς διέχει σταδίους ἢ Τραπεζουντίων μητρόπολις. τούτων δ' 20
 οὕτω διαπεπραγμένων, ὑπὸ δυοῖν ἢ τριῶν διωκεῖτο συγκλητικῶν
 τὰ ἐκεῖ πράγματα, πλημμελῶς μὲν καὶ λάθρα, τοῦ δήμου σφίσι
 λαιδορομένον καὶ στάσιν ἐγείρειν διὰ μελέτης ἔχοντος· διω-
 κεῖτο δ' οὖν. (E.) Ἐπεὶ δὲ τοῖς τὸν κίνδυνον διαδραῖσιν ἐκείνων

terim ii ex senatoribus, qui omnium maxime illic et dignitate et opibus pollebant, aliud consilii ceperunt. Ut enim impune summam potestatem ludibrio habere possent, ac res omnes ferre et agere pro libidine, infantem ex spuriiis Basilii liberis unum expetere se simularunt, cui titulum imperii deferrent. Itaque cum ad portum Trapezuntis appulsam Comneni navim conspicati essent, ea quae decreta fuerant palam quidem et statim exsequi non placuit; ne, si deprehenderentur, populum impedimento esset, auxiliarem habiturus etiam illam manum, quae duabus Latinis navibus una cum Michaële Comneno advecta fuerat. Sed illum e vestigio (ut par erat) honorifice exceptum in palatium deducunt. Vespere autem eundem in aulam tanquam in carcerem includunt. Ex turba vero, qua erat stipatus, quicunque ad triremes sese haud recepere, ii partim caesi, partim in custodias dati. Ipsum Michaëlem postera die mari impositum Eunucho custodiendum mittunt, qui et ipse cum illis senatoribus societatem coiverat, et iis quos Limnios vocant tum temporis praeerat; qui locus Trapezunte distat ducentis fere stadiis. His ita perpetratis, a duobus ibi aut tribus senatoribus respublica administrabatur, perperam quidem et clanculum, populo ipsis convitiantem et seditionem meditantem; administrabatur tamen. (V.) Postquam vero ii qui ex hoc periculo salvi evaserant (erant autem ex fa-

(γένους δ' ἦσαν τῶν Σχολαρίων) ἐς Βυζάντιον ἐπανιέναι συνέβη, A. C. 1343
καθάπερ ἐκ πελάγους καὶ κλύδωνος ἐς λιμένα τινὰ καὶ γαλήνην, Imp. Io. Pa-
ἔργον ἦν ὄτω ἂν δυνηθεῖεν τοῖς διώκταις ἐκείνοις ἀμύνασθαι laeol. 3
τρόπῳ. διὸ τὴν βασιλίδα Ἄνναν λόγους καὶ ὑποσχέσεσιν ὑπέλθόν-
5 τες παντοίοις ἐπεισαν δοῦναί σφισιν εἰς τὴν τῶν Τραπεζουν-
τίων ἡγεμονίαν τὸν τοῦ Κομνηνοῦ Μιχαὴλ υἱὸν, εἰκοστὸν τηρι-
καῦτα τῆς ἡλικίας ἄγοντα χρόνον. μισθοῦ τοίνυν τρεῖς Λατινι-
κὰς εἰληφότας τριήρεις, καὶ τοῦτον ἐμβεβληκότας, δεκαταίους
ἐς τὸν τῶν Τραπεζουντίων κατὰραι λιμένα συμπέπτωκεν. ἐπεὶ δέ F
10 πρὸς ὄπλα ἐκεχωρήκεσαν ἔνδοθεν οἱ νεωτερίζοντες πρότερον,
στάσις ἐγεγόνει τοῦ δήμου κατ' αὐτῶν· καὶ ἅμα καὶ ἡ Λατίνων
ἕξωθεν ὀπλισαμένη δύναμις τὰς τε πύλας τῆς πόλεως ἀνεμόχλευ-
σάν τε καὶ ξὺν οὐδενὶ πόνῳ τῶν τε ἀντιπάλων τάχιστα ἐγκρα-
τεῖς ἐγεγόνεισαν καὶ τῶν σφῶν οὐσιῶν ἔστιν ἕς διηρηπίκεισαν.
15 (ζ'.) Τῆς οὖν ἡγεμονίας οὕτως ἐς τὸν τοῦ Κομνηνοῦ παῖδα
περιελθουθίας, καὶ τῶν ἐς τοῦτο ἐσπουδακότεων Σχολαρίων τὰ
μέγιστα ἤδη δυναμένων, τίσις τῶν τολμηθέντων πρὶν κατὰ σφῶν P. 426
ἐγένετο αὕτη. τῶν μὲν γὰρ αἰτίων οἱ πρῶτοι καὶ δόξη καὶ ἀξιά-
ματι δύο κεφαλικὴν τε ἔδοσαν τιμωρίαν καὶ τὰς οὐσίας ἀφῆ-
20 ρηνται. ὅσοι δ' ἐκείνων δευτέραν καὶ τρίτην εἶχον τὴν τάξιν, τού-
τοις δ' ὑπερόριον σχεῖν κατεπήφιστο δίκαιον διὰ βίου. (Ζ.) Ἀλλὰ
πρὶν ὅλους τρεῖς ἐξήκειν ἑναυτοῦς; τῆς ἀρχῆς καὶ ὁ νέος ἐκβέ-
βληται ἡγεμών. ἐν γὰρ οὐδενὶ ποιησάμενος τὴν τῶν πρεσβυτέρων B
ἐκείνων Σχολαρίων παραίνεσιν ἤλιξ ἡλικία ἔτερπε, καὶ νεωτερί-

3. τοὺς διώκτας ἐκείνους coni. Bo.v.

milia Scholariorum) Byzantium reversi sunt, tanquam ex pelago et maris aestu in portum aliquem ac tranquillam stationem, in id unum incubuerunt, ut exactores illos quacun- que possent ratione ulciscerentur. Annam itaque imperatricem dictis promissisque omnibus induxere, ut sibi Michaëlis Comneni filium, qui tum aetatis annum vigesimum agebat, Trapezuntis impe- rio praeficiendum daret. Tribus igitur Latinis triremibus mercede con- ductis, iuvenem imponunt ac decimo post die ad portum urbis Trapezuntis appellunt. Tum ad arma euntibus rerum novarum auctoribus, seditio ad- versus eos facta a populo. Simul foris adveniens Latinorum manus armata urbis portas perumpunt, statimque et nullo labore potiuntur adversario- rum; nonnulla etiam ex eorum bonis diripiunt. (VI.) Sic igitur devoluta ad Comneni filium potestate, cum Scholarij, qui id naverant, plurimum iam auctoritate pollerent, ea quae superiori tempore in eos commissa fue- rant, in hunc modum vindicata sunt. Inter coniuratos qui duo splendore fortunae et dignitate eminebant, capitis poenas expenderunt ac bonis spo- liati sunt. Qui vero secundum ac tertium ab illis gradum obtinebant, ii omnes perpetuo exulare iussi. (VII.) Sed et ipse annis nondum totis tribus elapsis exturbatur solio novus princeps. Nihili enim factis seniorum Scholariorum consiliis, aequalis aequalibus gaudebat; atque ita iuveniliter

- A. M. 6852 ζων οὕτωςι νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν τρυφαῖς καὶ πότοις ἀδέ-
 Ind. 12 στερον ἐσχόλαζε, καὶ ἀθλητροῖσι καὶ ὄρχηστροῖσι διετέλει συνα-
 σελαίνων καὶ τοὺς ἡγεμονικοὺς Θησαυροὺς τῶν Τραπεζουντίων
 ἀναλίσκων ἐν τοῖς τοιοῦτοις· ὡς ἀγανακτήσαντας τοὺς Σχολα-
 ρίους μεταπέμψασθαι τε τὸν πατέρα τοῦ νέου ἡγεμόνος ἐκ τῶν
- C** Λιμνίων Μιχαὴλ τὸν Κομνηνὸν (ἔτυχε γὰρ καὶ ὁ κατέχων αὐτὸν
 ἐκτομίας ἐκεῖ προτετελευτηκῶς) καὶ αὐτὸν μὲν τοῖς ἡγεμονικοῖς
 ἐγκαθιδρούσασθαι θρόνοις, τὸν δὲ νεωτεριστὴν δέσμιον ἐς τὴν
 τῶν Βυζαντίων ἐκπέμψαι φρουράν. (H.) Τὴν γε μὴν ἡγεμο-
 νίαν οὕτω διαζωσάμενος ὁ Κομνηνὸς Μιχαὴλ, ἦν πάλαι μὲν ὁ
 πατὴρ ἐκ διαδοχῆς εἶχε προγονικῆς, ἐκείνου δ' ἀπαλλάξαντος,
 Ἀλέξιος ὁ τούτου διεδέξατο ἀδελφὸς, καὶ μετ' ἐκείνον, ὡς γε
- D** εἰρήκειμεν, διὰ τῶν μεταξὺ δυοῖν μεираκίων εἰς τοῦτον κατελη-
 λυθέναι ξυνέδραμεν, ἐπέραινεν ἐφ' οἷς ὁμιωμόκει. τὰ δὲ ἦν αἰ
 συμφωνίαι καὶ τὰ ὀρκωμοτήρια, ὅσα γε τοῖς Σχολαρίοις, αἰτίοις
 ὑπάρξασι τῆς ἡγεμονίας αὐτῶ καὶ δύναμιν τῶν ἄλλων συγκλη-
 τικῶν κεκτημένοις μείζω καὶ ἡγεμονικῆν, συνέθετο· σχῆμα μὲν
 αὐτὸς διασώζειν ἡγεμονίας· τῶν δ' ὅσα πρῶσσεσθαι μέλλοι πάν-
- E**των εἶναι προβουλευτὰς καὶ διανομέας σφῆς, καὶ ῥητῶν καὶ
 V. 346 ἀπορρήτων ἐπιγνώμονας καὶ βεβαιωτάς. (Θ.) Τοῦ δὲ χρόνου
 ῥέοντος, ἐπειδὴ τὴν σφῶν ἀνθάδειαν ὅ,τε δῆμος ἐμίσει καὶ
 τό σφισιν ἀντικείμενον τῶν ἀπολωλότων μέρος εἰς τὸ δύνασθαι
 ἤδη προὐχώρει, τὴν τοῦ δήμου πρὸς ἐκείνους ἀπέχθειαν ἔχον
 ἐπίκουρον, ἕριδές τε καὶ στάσεις ἀναφύμεναι μεταξὺ πρὸς

lasciviens noctes diesque luxui et comotationibus licentius indulgebat; cum tibicinis et saltatricibus libidinabatur, ac Trapezuntiorum principum aerarium in eos usus exhauriebat. Hinc factum est, ut indignati Scholarii iunioris principis patrem Michaëlem Comnenum ab Limniis arcesserent (quippe et Eunuchus, a quo ille detinebatur, praemortuus erat) eumque in solio imperatorio collocarent; petulantem vero iuvenem in Byzantinam custodiam vinctum ablegarent. (VIII.) At Michaël Comnenus, accepta in hunc modum potestate (quae pridem ad ipsius patrem transmissa a maioribus fuerat, eo autem mortuo pervenerat ad Alexium fratrem; ac tandem ad istum, ut diximus, iuvenulis duobus interiectis, devoluta fuerat), ea quae iuraverat implevit; pactiones dico et sancita iureiurando cum Scholariis foedera, qui ut imperaret effecerant, et maiorem quam caeteri senatores summamque auctoritatem obtinebant. Convenerat porro, ut insignia quidem potestatis ipse retineret; eorum vero omnium, quae in posterum gerenda essent, ipsi praesides ac dispensatores forent, et rerum sive palam sive secreto agitarum arbitri atque auctores. (IX.) Procedente autem tempore, quia et populus illorum oderat arrogantiam, et eorum qui perierant factio ipsis contraria potens iam evaserat, adiuvante populi in Scholarios odio, ortae inter utrosque rixae ac dissensiones in eam necessitatem eos adduxerunt, ut Mi-

ἀνάγκας ἦγον ἑκατέρους δαΐσθαι τῆς τοῦ Κομνηνοῦ Μιχαὴλ αὐτο- A. C. 1343
 κρατορικῆς ἔξουσίας· κἀντεῦθεν ξυνέβαινε αὐτὸν ἐν βεβαίῳ κα- Imp. Io. Pa-
 τέχειν τὰ τῆς ἡγεμονίας σκῆπτρα, μηδενὸς ἐμποδῶν τῇ ἔξουσίᾳ F laeol. 3
 τῶν κατὰ γνώμην καθισταμένου. καὶ ταῦτα μὲν τῆδέ πη ἔσχεν.
 5 β'. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ σπάνις ἐπέβη σίτου Βυζαντίου P. 427
 τε καὶ πλείστας τῶν ἐν τῇ Θράκῃ Ῥωμαϊκῶν πόλεων. τῶν γάρ
 τοι Ῥωμαίων τοῖς ἐμφυλίοις περισπωμένων πολέμοις, συχνὰς
 ποιούμενοι τὰς ἐφόδους οἱ ἐξ Ἀσίας ἀδεῶς μονήρεσι καὶ τριήρεσιν
 ἐς τὴν Θράκην περαιοῦμενοι Τοῦρκοι, καὶ μάλιστα ἐν ἀκμῇ τοῦ
 10 σίτου, τὰς τε χώρας ἐνεπίμπρασαν καὶ τὰ κτήνη ἤλανον, ἄν-
 δρας τε καὶ γυναῖκας ἠνδραποδίζοντο, καὶ πάντ' ἐποίουν τὰ χα-
 λεπώτατα· ὡς ἀοίκητόν τε καὶ ἀγεώργητον ἐντεῦθεν καταλειφθῆ- B
 ναι τὴν γῆν. μία μὲν οὖν αὕτη πρόφασις Ῥωμαίοις γίνεται τοῦ
 λιμοῦ. δευτέρα δὲ καὶ μείζων, ὅτι καὶ ἡ ἐκ τοῦ Εὐξείνου πόν-
 15 του κατὰ τὸ εἰωθὸς ἐναύσιος κατιοῦσα σιτοπομπία ἐξ αἰτίας
 ἐπαύσατο τῆσδε καὶ αὕτη. (B.) Ἔστι Λατίνων τῶν ἐκ Γεν-
 νοῦας ἄποικος πόλις, ἣ πρὸς τῶν ἐγγυρῶν καλεῖται Καφῶς,
 καὶ τοῦ πρὸς τῇ Μαιώτιδι Βοσπόρου τριακοσίους καὶ χιλίους C
 σταδίους διέχουσα, παρὰ τὰ εὐώνυμα τοῦ Εὐξείνου πόντου κει-
 20 μένη πλευρὰ, εἴ τις πρὸς ἄρκτους ποιῆσθαι τὸν ἀνάπλου ἐθέλοι,
 καὶ τὸν τε βόρειον πόλον καὶ τὴν Ἐλίην ἔχειν πρὸ ὀφθαλμῶν.
 εἰωθὸς γὰρ τοῖς Λατίνοις, καὶ μάλιστα τοῖς ἐκ Γεννοῦας, ἐμ-
 πορικῶν τὰ πλεῖστα καὶ θαλαττίῳ βίῳ προσταλαιπωρεῖσθαι, καὶ
 τὰς τῶν χρημάτων προσόδους τῶν τε κοινῶν καὶ ἰδίων ἐντεῦθεν

chaëlis Comneni potestatem summam esse iis expediret. Eo factum est, ut iste imperatoriam auctoritatem firmam et stabilem haberet, neque ei deinceps quisquam obstaret, quo minus quidvis ex sententia facere posset. Atque haec ita ferme se habuerunt.

12. Eadem tempestate Byzantium et pleraeque in Thracia Romanorum urbes rei frumentariae inopia laborabant. Turci enim, dum civilibus bellis Romani distringebantur, frequentes ex Asia incursiones faciebant, et tam moneribus sive unius remorum ordinis navibus, quam triremibus impune in Thraciam advecti, vigentibus praesertim segetibus, agros incendebant, iumenta abigebant, viros mulieresque in servitutem redigebant, omnia denique acerbissima perpetrabant; sic ut agri deserti et inculti remanerent. Prima haec igitur ratio exstitit, cur fame Romani urgerentur. Altera autem et gravior, quod frumenta illa, quae solebant ab Euxino ponto quotannis commeari, haud venerant. Cuius quidem rei causa haec fuit. (II.) Fundata est a Latinis Genuensibus colonia, quam accolae Caphas nuncupant, distatque a Maeotico Bosporo mccc stadiis, sita propter sinistrum Euxini ponti latus, si quis septentrionem versus navigare ac borealem polum et Helicen habere ob oculos velit. Cum enim omnes Latini, ac praesertim Genuenses, vitam ut plurimum agant mercaturae et navigationum laboribus vexatam, atque inde pecuniam cogant tam publicam quam privatam, com-

- A. M. 6852 πορίζεσθαι, δόγμα τουτὶ κοινὸν ἐκ πολλοῦ κατέστη καὶ ψήφισμα
 Ind. 12 D τῆ σφῶν πολιτεία τὰ μέγιστα ὠφελοῦν, σπονδὰς καὶ φιλίας συν-
 τίθεσθαι πρὸς τοὺς τῶν παραθαλασσιῶν πόλεων ἡγεμόνας, ὅπό-
 σας λιμένες ἀγαθοὶ περικλύζουσί τε καὶ προσκλύζουσι, καὶ ἀνέ-
 μων οὐ δεδίασι κλύδωνας. ἀναγκαζόμενοι γὰρ ἐς τοὺς αὐτόθι 5
 τόπους καταίρειν, καὶ τὰς ἐμπορικὰς χρείας δίδοναι τε καὶ λαμβάνειν, οὐ πρότερον ἔδοξε ῥᾶδιόν σφισιν εἶναι, πρὶν φίλους γίνεσθαι, οἷς τῶν ὀρητηριῶν ἡγεμόσιν εἶναι συμπέπτωκε. θόρους τοίνυν παρέχεσθαι ὑπισχνούμενοι, καθ' ὁπόσῃν καὶ οἷαν τὸ σύν-
 V. 347 θημα γένοιτο ἐκατέρωθεν τάξιν, καὶ χρειωδῶν ἀπανταχόθεν 1
 P. 428 ἀπάντων εἰσχομίζοντας προτιθέναι κατ' ἔξουσίαν ὠνεῖσθαι τοὺς βουλομένους, καὶ οὕτως ἐπὶ ῥητοῖς τὸ συγκεχωρηκὸς δεχόμενοι καταγῶγια καὶ νομὰς ἐπαύλειον πρὸς τε ἑαυτῶν ἀνεγείρουσι καθέδρας τε καὶ οἰκίσεις, καὶ ὅσα πρὸς ὑποδοχὴν ἀποχρῶντ' ἂν εἴη τῶν ἀγωγίμων. (Γ.) Κατὰ δὲ τοῦτον τὸν τρόπον οὐ πολ-
 1-10 λοῖς τισὶν ἔτεσι πρότερον καὶ ἡ ῥηθεῖσα πόλις ὤκισθη τοῖς ἐκ
 B Γεννοῦας Λατίνοις, προσεληλυθόσι πρότερον τῷ τῶν Σκυθῶν ἡγεμόνι καὶ τὸ ἐνδόσιμον εἰληφόσιν ἐκεῖθεν. ἥμιστά γε μὴν ὡς ἔχει τήμερον τείχους ὁμοῦ καὶ μεγέθους εὐθὺς ἔκτισται ἐξ ἀρχῆς, ἀλλὰ τάφρω καὶ σκόλοπι βραχύν τινα χῶρον ὀρίσαντες ἀτείχι-
 20 στον ὄκουν αὐτόν· ἡρέμα δ' ἔπειτα καὶ κατὰ βραχὺ προϊόντος τοῦ χρόνου λίθους ἐκ τε γῆς καὶ θαλάττης κομίζοντες οἰκίας ἐς τε πλάτος καὶ μῆκος ὄκοδόμουν, πρὸς πολὺν τὸν ἄερα τὸν
 C ὄροφον ἀναφέροντες· ὡς ἐν βραχεὶ τῷ χρόνῳ πλείονος ἢ κατὰ

11. τοῖς βουλομένοις conī. Boiv.

muni pridem scito ac decreto eorum reipublicae saluberrimo cautum est, ut foedera et amicitias iungant cum rectoribus earum urbium maritimarum, quascunque commodi et ab accessu ventorum securi portus circumfusis vel allabentibus maris fluctibus alluunt. Nam cum ad ea loca appellere mercesque illic dando accipiendoque mutare eos necesse sit, non prius id facile esse putaverunt, quam si amicos sibi facerent eos principes, quibus opportuna illae stationes propriae obtigissent. Ubi itaque promiserunt, vectigalia se soluturos, quanta et qualia utrinque convenerit, et ea quae usui sint, undecunque advecta, libere emendi copiam cuilibet facturos, atque ita certis legibus datam licentiam acceperunt, diversoria et tabernas aedificant, ubi sedere ipsi possint et habitare, et apothecas capiendis mercibus pares habere. (III.) In hunc modum et illa, quam diximus, urbs ante annos non multos fundata est a Latinis Genuensibus, postquam nempe Scytharum duces convenissent, et facultatem ab eo acceperunt. Non tamen et muris et magnitudine, ut nunc se habet, ita statim ab initio fundata est. Sed breve quoddam agri spatium fossa et vallo cum definiissent, habitavere illic absque muris. Pedetentim deinde et paulatim, procedente tempore, lapidibus terra ac mari convectis, in latum et longum aedificarunt, tecta ipsa in altum attollentes; sic ut furtim plus spatii quam sibi datum fuerat brevi tem-

τὸν δοθέντα κατὰ τὸ λεληθὸς δράξασθαι τόπον. προσήσει δ' οἰκίων πλείονων ἔτι καὶ μειζόνων, τῆς χρείας δῆθεν τῶν εἰσκομιζομένων ἀναγκαζούσης καὶ τῶν πρὸς τὴν προῦσιν καὶ ἀγορὰν προτιθεμένων ὠνίων, εὐρυχωροτέρους ἐτίθεντο τοὺς τῶν σχολό-
 5 πων τε καὶ τάφρων ἕλικας, καὶ τειχῶν ὑπετίθουν κρηπίδας, μειζόντων ἐπιπέδων ἐπαγγελίαν ἐχούσας· καὶ οὕτω σμικρὸν ἐπὶ σμικρῷ τιθέντες πόλιν ἐχυρῶς τοῦ τειχίσματος ἔχουσαν κατε-
 στήσαντο· ὡς ἐν βεβαίῳ τὴν τῶν ἐνοικούντων ἀσφάλειαν ἤδη κείσθαι, καὶ μὴ εὐχερῶς ὑφ' ὄτωνδῆποτε ἔχειν πολιορκεῖσθαι.
 10 (Δ.) Τῷ δὲ τοιοῦτῳ προτερήματι τοὺς Λατίνους ἐπαρθέντας πρὸς τὸ ὑπεροπτικώτερον αὐξίνει συνέβαινε τὴν σφῶν αὐτῶν συγγενῆ τῆς ἀσθαδείας κηλίδα· ὡς ἐκ τοῦ μείζονος ἤδη καὶ τοῖς κατὰ συνήθειαν προσιοῦσι Σκύθαις τὰς ἀποκρίσεις διδόναι. ἄρτι τοίνυν θρασύτερον λόγον ἀποδοὺς ἐνὶ τινι τῶν ἐν τῇ ἀγορᾷ Σκυθῶν Ε
 15 τις τῶν τὰ ὄνια κεκτημένων Λατίνων μύωπι πέπληκται πρὸς τοῦ Σκύθου. ὁ δ' εὐθὺς ἀνείλε ξίφει τὸν παίσαντα· καὶ θόρυβος ἐνεῦθεν ἀνὰ τὴν ἀγορὰν διεσκέδασται πάνυ τοι πλείστος. (Ε.) Τοῦτο πρὸς ὧτα γενόμενον τῷ τῶν Σκυθῶν ἀρχηγῷ ὀργῆς ἐπεπράχει πλήρη καὶ θυμοῦ βαρβαρικοῦ μεστόν· περιφρόνησιν
 20 γὰρ ἑαυτοῦ τὴν μεγίστην εἶναι τὸ πρῶγμα ᾗδήθη, πρὸς μέσην αὐτοῦ τὴν ἡγεμονίαν καὶ ἐπικράτειαν γεγονός· καὶ πέμψας ἀπαλλάττεισθαι τοῦ οἰκείου τόπου τὴν ταχίστην ἐκέλευε τοὺς Λατίνους. οἱ δὲ πρὸς ὄπλα χωρήσαντες, καὶ τὴν πόλιν ἀσφαλισάμενοι, τραχέσι λόγοις καὶ ὑπερηφάνοις τοὺς πρέσβεις ἀπέπεμψαν.
 25 τοῦτο πρὸς ἰσχάτην ἐξέμηγε τὸν Σκύθην ὀργὴν ἔτι· καὶ μοῖραν
 1. τόπον Boiv. pro τρόπου. 12. τοῖς Boiv. pro τῆς.

pore occupaverint. Plura vero et maiora aedificia exstruendi causa (quasi importatae sarcinae et res ad vendendum emendumque propositae exigerent atque cogèrent) fossarum et vallorum ambitum latius porrexerunt, et ea iecerunt murorum fundamenta, quae maius aliquid pollicerentur: atque ita parvis parva incrementa addendo urbem munitionibus firmaverunt; ita ut iam in tuto esset habitantium salus, nec facile ab ullo obsideri possent. (IV.) Eo successu animi Latinorum sic elati sunt, ut arrogantia, quam illi labem ingenitam alioqui habent, maiorem in modum aucta, iam quasi superiore de loco Scythis de more adeuntibus responsa redderent. Itaque cum insolentius uni eorum Scytharum, qui in foro erant, respondisset unus ex Latinis mercatoribus, eum Scytha stimulo percutit. Ille eum, a quo percussus fuerat, gladio interimit. Tumultus inde plurimus forum pervagatur. (V.) Ea re audita Scytharum princeps ira percitus et spiritu barbarico plenus (nam maximo sui contemptu factum esse duxit, ut in medio suo imperio mediaque ditione facinus illud perpetraretur) ad Latinos mittit, qui iubeant facessere eos quamprimum ab illo loco, utpote suo. At illi ad arma eunt, munitaque urbe legatos aspere ac superbe alloquuti dimittunt. Id vero Scytham vehementissima ira denuo efferat. Scytharum itaque par-

- A. M. 6852 ἀπολεξάμενος Σκυθικήν, καὶ μᾶλα ἄλλην, οὐκ ἀνίει πέμπτων
 Ind. 12 ἄλλην ἐπ' ἄλλη συχνὰ πρὸς πολιορκίαν αὐτῶν. (ς'). Ἄλλ' ἐκεῖνοι
 P. 429 τὰς ἐπάλξεις ἔνδοθεν καταφράξαντες ἀνδράσι καὶ ὄπλοις καὶ
 πᾶσι μηχανήμασιν ἐκηβόλοις πολλὰ τῶν Σκυθικῶν κατεγέλων
 βελῶν. ἄλλως τε καὶ θαλαττοκρατοῦντες αὐτοὶ, καὶ τὴν τῶν
 ἐπιτηδείων ἀφθονίαν ἐκ θαλάσσης ἐσκομιζόμενοι, περὶ ἐλαχί-
 στου τὰς τῶν Σκυθῶν ἐφόδους τε καὶ περιστρατοπεδεύσεις ἐτί-
 θεντο· καὶ τό γε μείζον, ὅτι τριήρεσι πλείσταις περιπλέοντες τε
 Β καὶ παραπλέοντες πᾶσαν τὴν τῶν Σκυθῶν παραλίαν δύο τὰ
 χαλεπώτατά σφισι προὔξενον· ἐν μὲν, ὅτι μηδαμῆ καταίρειν τῶν 10
 φορητῶν ὀγκάδων οὐδ' ἤντινοῦν συνεχώρουν ἀγορᾶς καὶ πρά-
 σεως ἕνεκα· ὃ σφόδρα ἐκείνους ἐλύπει, τό, τε περιτεῦθον ἀνό-
 V. 348 νητον ἔχοντας καὶ τὸ ἐνδέον ἀνεπινόητον· δεύτερον δ', ὅτι καὶ
 τῶν νεῶν ἐκπηδῶντες ἐνίστε καὶ ἐνιαχοῦ πολλὴν ἐκ τῆς Σκυθι-
 κῆς κατῆγον τὴν λείαν ἐς τὰς τριήρεις· ὡς ἀντεστρόφθαι τὰ τῆς 15
 C πολιορκίας καὶ πολιορκεῖσθαι μᾶλλον τοὺς Σκύθας δοκεῖν, ἢ
 πολιορκεῖν. (Ζ.) Ἐν δὴ τοῖς τοιοῦτοις μακροῦ μεταξὺ τριβο-
 μένου τοῦ χρόνου, σίτου τε σπάνει τὰς Ῥωμαίων πιέζεσθαι πό-
 λεις καὶ ὅσα τῶν ταριχευτῶν ἐδωδῖμων ἐκ τῆς Μαιώτιδος καὶ
 τῶν ἔγγιστα ποταμῶν συνηρέχθη. ἔξεστι μέντοι θαυμάζειν, ὁπό- 20
 σοις μὴ διασέσεισται πῶς τὸ λογιζόμενον τῆς ψυχῆς, ὅπως ἀπο-
 κλεισθείσης οὕτως τῆς ἄνωθεν σιτοπομπίας, ἐμέλησεν εὐθὺς
 D τῇ προνοίᾳ σιτοπομπίας ἐτέρας ἀνεωγέται θύραν. Ἴωνία γὰρ
 καὶ Φρυγία καὶ πρὸς γε Βιθυνία, καὶ ὅσον ἐπέκεινα χῶρον

tem legit; tum aliam statim adiungit, nec cessat alios super alios mittere urbem obsessuros. (VI.) At hi munito introrsum vallo viris armisque, ac tormentis cuiusquemodi missilibus, Scythica tela prorsus irridebant. Ad haec, quia maris imperio potiebantur, et rerum necessariorum copiam omnem sibi inde comparabant, idcirco Scytharum impetum et circumstantes exercitus minimi faciebant: et quod maius est, triremibus quamplurimis totam Scytharum maritimam oram circum ac praeter vecti, duplicem illis molestiam eamque maximam exhibebant: primo quia nusquam appellere emendi ac vendendi causa patiebantur navem ullam onerariam; quod istos quidem valde angebat, quibus minime utile esset id, quo abundarent, ac minime parabile id, quo egerent: deinde quia navibus exsiliences aliquando et certis in locis multum praedae ex Scythia agebant in triremes; ita ut obsidionis ordo inverteretur et magis obsideri Scythae viderentur, quam obsidere. (VII.) In his cum esset multum tempus consumptum, coepere interim Romanae urbes laborare inopia frumenti et eorum cibariorum, quae sale condita ex Maeotide vicinisque fluviiis afferuntur. Caeterum ii, quorum incolume iudicium est, mirari possint, quomodo interclusis iis, qui antea fuissent, comitatibus curaverit statim Providentia, ut via alia pateret frumento advehendo. Ionia enim et Phrygia, ac praeterea Bithynia, et agrorum

χειρες Περσικαὶ γεωργοῦσι, πολὺν ἐχορήγον τηρικαῦτα τὸν σῆτον A. C. 1343
ταῖς πόλεσι, καὶ ψυχροῦραγούσας ἢ θεία πάλιν οὕτως ἀνέβρωσε Imp. Io. Pa-
χειρ. (H.) Τὴν γε μὴν Λατινικὴν κατὰ Σκυθῶν ἐκείνην αὐθά- laeol. 3

5 καὶ κατ' αὐτῶν τι νεωτερίσωσιν ὅμοιον καὶ οἱ παρὰ σφῶς προσ-
οικοῦντες ὁμοίως Λατῖνοι, περιστάντες αἰφνίδιον τοὺς μὲν
πλείους ἔργον ἀπέφηναν ἕξιους· οἷς δὲ περιλειφθῆναι συμπέ-
πτωκε, τούτοις δὲ ταπεινότερον κεχρήσθαι Τραπεζουντίους δια-
γέγονε τοῦ λοιποῦ. καὶ ταῦτα μὲν τῆδέ πη ἔσχεν.

10 γ'. Ὡσπερ δὲ ψηφίσματος κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ P. 430
κοινοῦ τινος δόγματος ἐκ θεοῦ κατὰ πάσης ὁμοῦ κρωθέντος
τῆς οἰκουμένης, ἀρχάς τε καὶ ἐξουσίας, καὶ ὅσαι δημοκρατίαι
καὶ ἀριστοκρατίαι, συγκεχύσθαι στασιασθείσας ἐφ' ἑαυτὰς καὶ
πρὸς ἐμφυλίους ἀναῤῥηπισθείσας μάχας, οὐδὲν οὐδαμῆ σχεδὸν
15 ἔλλείπεται μέρος, ὃ μὴ τοῦ τοιούτου παρμπολελεύκει δεινοῦ,
εἰ καὶ μὴ κατὰ τὸν ἴσον δίηπονθεν τρόπον, ἔς γε τὸ μείζον καὶ
ἤττον. κρίματα γὰρ εἶναι ταῦτα θεοῦ πάντας θνητοὺς λογισμοὺς B
ὑπερβαίνοντα, εἰ μὴ πού τις ἔξ εἰκασίας τινὸς στοχαζόμενος φά-
σκει παλαιωθεῖσαν κακίαν τὴν γῆν, καὶ δευσοποιοῖς τισι κληλε-
20 θεῖσαν κηλῖσι, καθαρὸν τε καὶ πάσης χαμερποῦς ἐμβριθείας
ὑπέροτρον χαρίσασθαι βουληθέντος ταύτῃ πτερόν, ἵν' ἔλευθέ-
ριον καὶ μετέωρον καὶ εἰρήνης ὀψέ ποτε ἀναπνεύσῃ τερπνότητα,
ἐδνομίας καὶ δικαιοσύνης ἀγομένη κανόσι καὶ στάθμαις. (B.) Καὶ C

8. ταπεινοτέροις conī. Boiv.

quidquid ultra eas provincias Persarum manibus colitur, multum frumenti urbibus tum suppeditarunt, quas semianimes in hunc modum rursus caelestis dextra erexit ac roboravit. (VIII.) Eam Latinorum contumaciam adversus Scythas cum Trapezuntii animo reputassent, vererenturque, ne in se simile aliquid inceptarent ii Latini, qui et ipsis pariter vicini habitabant, circumstant subito, ac plerosque gladiis concidunt. Qui vero superstites inde evasere, eos humiliores postea experti sunt Trapezuntii. Et haec quidem ita se habuerunt.

13. Quasi autem constitutum esset divinitus eo tempore, et generali numinis decreto sancitum adversus omnes pariter gentes, ut et imperia et potestates et omnes tam democratiae quam aristocratiae turbarentur, intestinis seditionibus agitatae ac bellorum civilium quasi flabellis ventilatae; nulla pars uspiam ferme relicta est, quae illam calamitatem, si non utique ex aequo, at plus minusve participaverit. Ea enim Dei decreta sunt, quae omnem humanam rationem supergrediuntur; nisi quis forte coniectura aliqua ductus Deum dicat voluisse vitis inveteratis laboranti et maculis quibusdam penitus insidentibus corrupto orbi largiri puriorem et omni terrena mole altiore pennam, ut liber excelsusque, et pacis recreatus amoenitate, aequitatisque et iustitiae praeceptis ac regulis obtemperans, tandem aliquando respiraret. (II.) Ac primo quidem Latini Genuenses Tuzum illum,

- A. M. 6852 *πρῶτον μὲν οἱ ἐν Γεννούα τῇ πόλει Λαῖνοι Τοῦζον ἐκείνον, ὃν*
 Ind. 12 *εἰς δουκὸς ἀνήγαγον ἐκ μακέλλης ἀξίαν πρό γε δυοῖν τοῖν ἐνιαυ-*
τοῖν, συστάντες ἀρτίως ἐξήλασαν, ἐκπολεμωθέντων λάθρα κατ'
αὐτοῦ πρὸς τῶν περὶ Σπίνουλαν καὶ Σερωόριον εὐγενῶν· οἱ τῆς
ἐξουσίας ἐπειλημμένοι Τοῦζον, τῆς πόλεως ἐξώσθησαν ἀγεννῶς, 5
 D *τῶν δημοτῶν ἅτε ἐπὶ μέγα δυνάμειος ἐλληλυθῦϊαν ἰδόντων τὴν*
 V. 349 *τούτων ἀρχὴν καὶ τυραννικώτερον ἤδη τῶν δημοσίων ἀπομε-*
νην πραγμάτων. συγχωρηθέντες γὰρ αὐθις ἐντὸς γενέσθαι Γεν-
νούας μετριώτερον ἄγοντας βίον, τοῖς δὲ βραχὺ μετριάσασσι
τάχιστα παλινδρομεῖν ἐδόκει ἐς τὴν πρὶν ὑπερηφανίαν καὶ τὸν 10
τυράννικὸν ἐκείνον τύφον. ὅθεν συστάτων ἐπ' αὐτοὺς αὐθις τοῦ
δήμου, τῆς πόλεως ἀγεννέστερον νῦν ἐξωθοῦνται· καὶ γίνεται
 E *δοῦξ ἕτερος, τῷ πρὶν παραπλήσιος, ἐξ εὐτελῶν καὶ αὐτὸς τὰς*
τύχας ἔλκων τοῦ γένους· ὡς ἂν ἐνθύμιον σύντροφόν ἔχων ἀεὶ
τὴν τοῦ γένους κηλῖδα καὶ τὰς ἐκ γενέσεως τύχας ἐν τῷ μετρίῳ 15
καὶ προσηγεῖ τοῦ φρονήματος ζερίδη τῶν λογισμῶν τὰς κρηπῖδας.
 P. 431 (Γ.) *Ἀλλὰ καὶ τοῦ τῶν Αἰγυπτίων μεταλλάξαντος ἡγεμόνος εἰς*
πολλὰ τὴν ἀρχὴν τοῖς παισὶ διελοῦσι στασιάζειν πολὺν πρὸς ἀλ-
λήλους ἤδη χρόνον γεγένηται· ὡς καὶ τὰ τῶν Αἰγυπτίων ὑποθ-
ρεῖν καὶ ἐς τὸ ἀσθενέστερον ἐντεῦθεν αἰεὶ ξυνελαύνεσθαι πράγματα. 20
 (Δ.) *Ναὶ μὴν καὶ οἱ περὶ τὸν Ἀτλαντα τὸν ἐσπέριον Αἰβνές τε*
καὶ Μαυρουσίων οἱ πλείους, Ἀννίβαν ἐκείνον τὸν πάλαι τὸν Καρ-
 B *χηδόριον μιμησάμενοι τέως, πλήθει μεγάλων δυνάμειων τὸν Γα-*
δειραῖον διαπεραιούμενοι τράχηλον τοῖς μὲν Εὐρώπην οἰκοῦσι
 20. καὶ add. Boiv.

quem ab ipso ligone ad Ducis dignitatem duobus ante annis evexerant, con-
 spiratione facta mox eiiciunt, nobilibus videlicet in eum clam instigatis a
 Spinula et Sertorio; qui, Tuzo rerum potito, eiecti ex urbe per summam
 ignominiam fuerant, ob eam nempe causam, quia populus eorum domina-
 tum pervenisse ad magnam potentiam et publicas res nimis iam tyrannice
 ab iis administrari videret. Porro illi ipsi in urbem rursus intromissi, ea
 lege ut modestius se gererent, mediocritate haud diu servata, ad pristinam
 statim superbiam suumque illum tyrannicum fastum recurrere maluerunt.
 Quapropter conspirante in eos rursus populo, maiore cum ignominia nunc
 quoque e civitate exiguntur, creaturque Dux alter, superiori similis, hu-
 mili et ipse loco natus; ut is domesticam generis labem et natalium suorum
 conditionem animo reputans nihil cogitet, quod non moderatione et animi
 mansuetudine tanquam fundamento nitatur. (III.) Item ex quo Aegyptio-
 rum princeps decessit, eius liberi imperium in multa partiti iampridem
 inter se discordant; eoque fit, ut Aegyptiorum res dilabantur atque inde
 ruant in peius. (IV.) Quin et ii Libyae populi, qui circa occiduum Atlan-
 tem habitant, et plerique Maurorum, veterem illum Hannibalem Carthagi-
 niensem hac in re imitati, magnis cum copiis Gaditanum fretum traiecere;

γένεσι τῶν Ἰσπανῶν διὰ μάχης γίνονται, καὶ πολέμοις πολέμοις A. C. 1343
 συνάπτοντες ἐπὶ μείζους βαδίζουσι μάχας αἰ. (E.) Καὶ Βρετ- Imp. Io. Pa-
 τανοὶ δ' ὁμοίως, ναυτικαῖς δυνάμεσι διαβαίνοντες ἐς τὴν Κελτῶν laeol. 3
 ἤπειρον, μεγάλους συγκροτοῦσι πολέμους. (ς'.) Ἐτι μὴν τὸ
 5 Σκυθικὸν ἐκεῖνο γένος, οἳ τὴν Ἀσσυρίων καὶ Μήδων καὶ Περ- C
 σῶν, καὶ ὅσα ἐπέκεινα τῶν ἐθνῶν, πάσαι πολὺν ἤδη χρόνον κα-
 τέσχον γῆν καὶ τὸ τῆς αὐθεντίας ἅπαν ἐκείνων κράτος, νῦν εἰς
 διαφόρους διαλυθέντες ἀρχὰς συχνὰ κατ' ἀλλήλων ὀπλιζονται,
 καὶ μὲν καπνοῦ καὶ φλογὸς ἐγερεῖν ἢ τούτων ἕρις ὑπισχεῖται
 10 τὸν ἐκ τῆς μάχης φόνον. (Z.) Ἄρτι δὲ καὶ συνδρομῆν τὰ τῶν
 διαφόρων Λατίνων ποιησάμενοι γένη κατὰ τῶν Περσικῶν ἐξή- D
 εσαν νεῶν, ὅσαι πειρατικὸν τινα βίον καὶ ληστρικὸν ἀναμετροῦν-
 τες ληΐζονται τὰς ἐκείνων ὀλκάδας τε καὶ τριήρεις, ὅσαι κατ'
 ἐμπορίαν ἀνιοῦσαι τε καὶ κατιοῦσαι τὴν θάλατταν ἅπασαν τὰς
 15 ἐμπορικὰς κομίζονται χρεῖαι. τῶν γε μὴν εἰρημένων νεῶν εἰς
 ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν ἦν ὁ ἀριθμὸς ἀνιῶν. Κύπριοι δ' ἦσαν αὐταὶ
 καὶ Ρόδιοι, Σαλαμίνιοι τε καὶ Οὐγενετῶν, καὶ ὅσαι πρὸς τε Πάππα
 καὶ Γεννούας συνήεσαν. πᾶσι δ' ὁμοῦ παρὰ τὸν τῆς Σμίρνης E
 ἐξαίρτης καταπεπλευκνῆαι λιμένα εἶλον ἐξ ἐφόδου καὶ ὁ παρὰ
 20 τὸν λιμένα φρούριον ἦν Περσικόν. καὶ σφίσι μὲν ἦν κατὰ γνώ-
 μην, ὡς ἐξ ἀσφαλοῦς ὀρητηρίου συχνὰ ἐπεκθέουσιν ἐκεῖθεν
 ἐς τὴν μεσόγειον ἀνωθεὶν ἐκ τῶν παραλίων ἡρέμα τὸ βάρβαρον
 πᾶν. τὰ γε μὴν πράγματα ἤκιστα κατὰ γνώμην ἦν προχωροῦντα.

et nunc cum Hispanis Europam incolentibus praeliantur, atque alia ex aliis
 bella nectentes in maiora quotidie certamina descendunt. (V.) Britanni
 quoque similiter navalibus copiis in Galliam traicientes bella conflant, ea-
 que ingentia. (VI.) Ad haec Scytharum illud genus, quod Assyriorum,
 Medorum, Persarum et ulteriorum gentium ditionem iampridem occupavit
 et omne auctoritatis robur apud eosdem obtinet, nunc in multa imperia dis-
 tracti, arma in se invicem quotidie movent; minaturque eorum discordia
idem ac minime sapiens, qui multa, quae nondum evenissent, augurari se ex meteoris asserebat, et quidquid filo suo textit illa, quam Graeci *πεπωμένην* vocant; tum alia, tum de Romanis rebus, quidnam certo futurum esset: ac moriturum quidem postridie Cantacuzenum; abituram autem omnem adversariorum hostiumque multitudinem, antequam totus annus elapsus esset. Eum, tanquam ab axe caelesti missum, et a Latinis gentilibus ad se adductum, cum vidisset imperatrix, audivissetque; ac deinde vellet eorum, quae ab illo dicta erant, rationem investigare, me ipsum quoque accessit, non adeo volentem; ut cum istius dicta intellexissem, iudex forem incorruptus. Quaecunq; igitur ille disputavit, ut firma esse ostenderet ea, quae ab astris determinata essent, singula commemorare ab re esse existimo. Ex iis autem, quae ego ut illum refutarem aperte proloquutus sum, referam non multa. (VI.) „Ac primo quidem magnus ille Ptolemaeus affirmat, non omnia, quae hominibus accidunt, ad caelestem aliquam necessitatem referri oportere, nec fatali quadam lege immutabilia esse ea, quae fiunt; sed ipsa quidem caelestia corpora ita a Deo creata esse et ordinata, ut eorum motus ab aeterno immutabilis sit constitutus: quae autem terrestria sunt, horum motum a natura gubernari, mutabilitatem insitam habente et perpetuam instabilitatem: accedere tamen utcunq; etiam causae superioris concursum, eamque aliquando, non tamen in universum, ab hominibus posse intelligi. Etenim late quidem per aërem diffusam esse solis et lunae vim in terrestria, generalibus quibusdam rationibus, apud eos omnes constat, qui ingenii et pruden-

A. M. 6852 φρονήσεως μέτεστι σύμφωνον ἂν εἴη. τὰς γε μὴν γενεθλιαλογικὰς
 Ind. 12 ἐπισκέψεις καὶ ὅσα παρ' ἐνίων γνωμολογεῖται περὶ τῆς ἐκάστου
 P. 454 ἰδιοτρόπου συγκράσεως, τοῦτο δ' ὄχλον εἶναι μᾶλα τοι σφόδρα
 μάταιον καὶ μόχθον ἀνήνυτον καὶ ἀκατάληπτον κεκτημένον τὸ
 πέρασ οὐ Πτολεμαίῳ μόνον τῷ πάνυ δοκοῦν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ τῷ 5
 τὰ θεῖα πολλῶ Βασιλεῖ. τούτοις δὴ καὶ τὰ Χαλδαίων ἄντικρυς
 Β συνάδει,

Μὴ τὰ πελώρια μέτρα γαίης (φασκόντων) ὑπὸ σὴν φρένα
 βάλλου·

οὐ γὰρ ἀληθείης ἐν χθονὶ ἐστι φυτὸν.

μηδὲ μέτρει μέτρον ἡελίου, κανόνας συναθροίσας·

αἰδίῳ βουλῇ φέρεται πατρὸς οὐχ ἕνεκέν σου.

μήνης ῥοῖζον ἕασον· αἰὲ τρέχει ἕργῳ ἀνάγκης.

C ἀστέριον προπόρευμα σέθεν χάριν οὐκ ἔλοχεύθη·

αἰθριος ὀρνίθων ταρσὸς πλατὺς οὐποτ' ἀληθής·

οὐ θυσιῶν σπλάγγων τ' ὄθομαι· τὰδ' ἀθύρματα πάντα, 15

ἐμπορικῆς ἀπάτης στηρίγματα· φεῦγε σὺ ταῦτα,

μέλλων εὐσεβίης ἱερὸν παρᾶδειςον ἀνοίγειν,

D ἔνθ' ἀρετῇ σοφίῃ τε καὶ εὐνομίῃ συνάγονται.

εἴη δ' ἂν καὶ ἄλλως ῥήδιον, εἴ τις ἀναιρεῖν ἐθέλοι τὴν πεπρωμέ-

νην. εἰ γὰρ ἔξ ἀνάγκης οἱ λησταὶ ληστεύουσιν, ἔξ ἀνάγκης δ' αὖ 20

V. 368 καὶ ὁ νομοθέτης τὸν ληστὴν τιμωρεῖται, μάχεται λοιπὸν ἡ πε-

8. σὺ μέτρα γῆς coni. Boiv. 9. ἀληθ. φυτὸν ἐν χθονὶ cod. Vat.

11. συμφέρεται cod. Vat. idemque add. ἰδίον ante πατρὸς. 12. ἕργῳ

Psellus, ἕργον cod. Vat. 15. τ' ὄτομαι Synesius, unde Boiv. τ' ὄθο-

μαι, τε τομαι cod. Vat.

tiae expertes non sunt. At natalium siderum observationem, et quaecunque a nonnullis pronunciantur de peculiari singulorum corporum constitutione, id vero negotium esse futilissimum, laboris infiniti, et exitus incomprehensi, non soli videtur Ptolemaeo, sed et in divinis versatissimo Basilio. His autem et illa Chaldaeorum prorsus suffragantur:

Ne vasti mensuram orbis sub pectore verses:

Terra etenim veri caret arbore.

Multiplici frustra solem ratione laboras

Metiri: haud illum propter te aeterna voluntas

Patris agit. Lunam rapidus sine torqueat axis:

Stat nunquam quidquid fatali lege movetur.

Sidera ne tibi nata tuis vel praevia rebus

Ire putes. Passis avium fuge credere pennis.

Extā et haruspicium, ludus: mala fraudis avarae

Praesidia. Haec fuge, qui sacros Pietatis in hortos

Tendis, ubi virtus, fas et sapientia florent.

Facile autem et alioqui fuerit volenti cuique fatum tollere. Nam si latrones ex necessitate latrocinantur, rursusque ex necessitate legislator poena affi-

πρωμένη τῇ πεπρωμένη, καὶ ἡ ἀνάγκη τῇ ἀνάγκῃ· μάχης δὲ A. C. 1344
καρπὸς φθορὰ καὶ λύσις γενέσεως. ἔφθαρται ἄρα τὸ τῆς πε- Imp. Io. Pa-
πρωμένης ἄτρεπτον, καὶ διοικεῖται πάντα κατὰ θεῖαν πρόνοιαν, E laeol. 4
ὅπως ἂν ἐκάστοις ἐστὶν ἐνδεχόμενον.” (Z.) Ταῦτα δὴ καὶ ὅσα

5 παραπλήσια πρὸς ἡμῶν εἰρημένα ἐπεστόμισέ τε τὸν Γαλάτην
καὶ ἄφθογγον ἔχων τὴν γλωττίαν ἐκεῖνος ἀπῆι τοῦ συνεδρίου.

Ἄλλ' οὐκ Ἀτρεΐδῃ Ἀγαμέμνονι ἦνδανε θυμῷ.

ὡς γὰρ σπινθῆρες καλάμην διέδρομον τὴν τῆς βασιλίδος ψυχὴν,
καὶ κότον ἔσχεν, ὅφρα τελέσῃ καιροῦ προϊόντος, εἰ καὶ τέως

10 ἔχενυθοῦσα χαροπὸν διὰ τοὺς παρόντας ἐδείκνυ τὸ πρόσωπον. F

ὅ, τε γὰρ ἀνὴρ ἐκεῖνος πατριώτης ἦν αὐτῇ καὶ ὁμόγλωττος· τὰ τ'
ἐκείνῳ πεφρασμένα κατὰ νοῦν ἐπῆρχεν ἐκείνη καὶ σφόδρα καθ'
ἡδονὴν, καὶ ἀκοῆς ἀντιφθεγγομένης ἤκιστι πάντων ἐδεῖτο πρὸς

15 σις, τὸ τῆς ἐμῆς ἐκείνης ἡσυχίας συνεχῆς διακόψασα καὶ μῆνι-

δος ἐγκατορῦξασα σπέρματα ταῖς τῆς καρδίας αἰλάξι τῆς βασιλί- P. 455
δος κατ' ἐμοῦ· δευτέρα δὲ καὶ τελευταία, ἣν προϊόντες ἐν τοῖς
καθήκουσι τόποις ἔροῦμεν, τὰ μεταξὺ διηγησάμενοι πρότερον.

(II.) Ἄλλὰ ταῦτα μὲν ἐς τόδε λεχθέντα ἀρκεῖν οἴομαι δυοῖν
20 ἔνεκα· ἐνὸς μὲν, ὅτι πρὸς ἀναγκαιοτέρας τῆμερον ἡμᾶς ὑποθέ-
σεις ὁ λόγος ἀνθέλκει, πρὸς ἧς καὶ ὁ τοῦ λόγου μάλιστα καὶ τῆς
ἐξ ἀρχῆς προθέσεως τείνει σκοπὸς· δευτέρου δ', ὅτι πολλὰ πολλῶν
εἰρηκότων καὶ ἀγωνισαμένων ὑπὲρ τῆς ὑποθέσεως, ὡς ἐνῆν, οὐ B

cit latronem, restat, ut fato fatum pugnet, et necessitas necessitati: pugnae
autem illius fructus existit perniciēs atque interitus naturae. Ruit itaque
fati immutabilitas, et omnia a divina providentia administrantur, prout cui-
que solet contingere.” (VII.) Haec et talia a nobis disputata homini Gallo
os obstruxere, atque ille obmutescens excessit e concilio.

At non aequo animo tulit Atrides Agamemnon.

Quaedam enim veluti scintillae animum imperatricis tanquam stipulam per-
vasere; arcanamque iram servavit, donec scilicet tempore procedente ex-
pleret, quamvis linguae tunc temperaverit, vultumque hilarem, eorum qui
aderant gratia, induerit. Nam vir ille et popularis erat ipsius, et eodem
quo illa sermone utebatur; et ea, quae ille dixerat, isti optatissima erant
et valde placentia; ac minime haec eas aures desideraverat, quae his re-
fragarentur. Atqui haec ita se habuerunt, ac prima haec fuit occasio, quae
meae illius tranquillitatis cursum interruperit, atque irarum in me semina
animo imperatricis altius infixerit. Alteram ac postremam suo loco infra
subiiciemus, ubi ea, quae intermedio tempore acciderunt, narraverimus.
(VIII.) Haec vero, quae hactenus dicta sunt, sufficere puto duplici de cau-
sa: primum quia nos oratio nostra hodie retrahit ad argumentum magis nec-
essarium, ad quod maxime et narratio ipsa et intentio prima operis diri-
gitur tanquam ad scopum: deinde quia, quum multi multa dixerint, et cer-
tatim de iisdem illis rebus quantum in se erat egerint, non puto eas ipsas

A. M. 6852 μακρῶν οἶμαι ἂν ἔτι τῶν ἡμετέρων δεήσεσθαι λόγων· ἀλλ' ὡς ἐν
 Ind. 12 προσθήκης μέρει, καὶ κριτικῆς τινος ψήφου, καὶ τουτωνὶ ξυν-
 εῤῥηκτότων, εἰ καὶ βραχέα δοκεῖ πως, ἀλλ' οὖν τὸν γε ἴσον
 δυνήσεσθαι τρόπον εἰς τὴν ἀληθείας ἐνάργειαν. διόπερ ἐκεῖσε
 ἐπανιτέον.

C. 9'. Ἐπεὶ γὰρ ὁ Ἀπόκωνκος ἐς βυθοῦς πρὸς τοῦ Γαβαλῦ κα-
 τενεχθῆναι δυστοχημάτων παρεκινδύνευσε μὲν, ἀνένηξε δ' οὖν
 καὶ ἐς τὴν πρὶν ἀφίκετο εὐδοξίαν, ὡς γε εἴρηται, δι' ὧν λοιπὸν
 αὐτὸν ἀμυνεῖται πάσας κινήθηκε μηχανάς· ἕως, μὴ τὰ μείζω
 τῶν δεινῶν ὑποστῆ, δέισας αὐτὸς ἐς τὸν μέγιστον τῆς τοῦ Θεοῦ 10
 Σοφίας κατεπεφεύγει νεῶν. ἔνθα μετὰ συχνόν τινα χρόνον, πολ-
 λὰς καὶ ποικίλας ἀκούων τὰς καθ' ἑαυτοῦ ἀπειλὰς, καὶ δέισας
 Δαῦθις, μὴ κάκειθεν ἀνάρπαστος ἕξαπίνης γενόμενος ἐς ταρτά-
 ρους καὶ ζόφους δεσμοωτηρίων ῥιφῆ, κάκεινο πιεῖν ἐγγένηται του-
 τῶι τὸ ποτήριον, ὅπερ ἄλλοις αὐτὸς κέκερακε πλείοσι, τὸ μο- 15

V. 369 ραδικὸν ἐξ ἀνάγκης ὑπέδν σχῆμα. φθάσας γὰρ αὐτὸς καταλέλυκε
 τὴν τοιαύτην ἄσυλον ἐκ πολλοῦ, τῶν προσφύγων ἀρχαίαν ἀσφά-
 λειαν, ἐνδιδόντος καὶ αὐτοῦ τοῦ τὸν πατριαρχικὸν διέποντος θρό-

Ἐνοχ. ῥιφῆς κακοδαίμονας, ὡς ἐπὶ τῆς ἐνεπεπτώκεισαν ἀτιμίας καὶ
 φανῶς οὕτως περιφρονηταῖς εἰκὸς ἐν τῆς τοιαύτας ἐπιέναι 20
 τίσεις, εἰς παιδαγωγίαν τοῦ βίου, δραστικῶς τὸν πῶς καταστέλ-
 λειν τὸ θηριῶδες τῆς τέχης ἰσχύουσαν. (B.) ἄλλὰ γὰρ ἕαρος
 A. C. 1345 ἐπιστάντος ἐν τούτοις, τὸν Ἑλλήσποντον μετὰ πολλῆς ἢ ὁ σαυρά-
 Imp. Io. Pa-
 lacol. 4

P. 456 7. ἀνένηξε Boiv. pro ἀνένηψε.

longiorem iam a nobis orationem desiderare: sed ista accessionis aut iur-
 cialis cuiusdam suffragii instar contributa, etsi exigua videantur, eandem
 tamen habitura vim ad veritatem declarandam.

9. Cum Apocaucus exitio prope demersus fuisset a Gabala, mox tamen
 emersisset, et in priorem gratiae et honoris locum restitutus esset, ut iam
 diximus, omnem deinceps, quo eum ulcisceretur, lapidem movit eo usque,
 donec veritus ille, ne extrema pateretur, in maximum S. Sophiae templum
 confugit. Ibi aliquamdiu commoratus multas ac varias minas cum audiret
 in se iactatas, ac rursus vereretur, ne inde subito abreptus in tartara et
 custodiarum tenebras coniceretur, atque idem sibi poculum hauriendum es-
 set, quod aliis ipse pluribus miscuerat, monasticum cogente necessitate ha-
 bitum induit. Prior enim ipse sustulerat asylum illud longo ante, profugo-
 rum vetus praesidium, ipso quoque obsecundante patriarcha. Quam ob
 causam et ipsi in summas ignominias ac vicissitudines calamitosas incide-
 runt, ut postea dicitur. Qui enim divina tam aperte contemnunt, eos ae-
 quum est eiusmodi poenas tandem aliquando subire, ut humanum genus his
 exemplis erudiat, quae efficaciorum quandam vim habent ad comprimend-
 dam fortunae ferociam. (II.) Sedenim cum interea ver advenisset, Amu-

πης Ἀμοῦρ τῆς Ἀσιανῆς δυνάμειος περὶ αἰωσόμενος ἦκεν ἐς Αἰδου- A. C. 1345
 μότειον· καὶ κείθεν αὐθις ἦκε μετὰ βουσιλέως ἄχρι καὶ ἐς Βυζάν- Imp. Io. Pa-
 τιον, θέας τε ἔνεκα καὶ πείρας εἰ δέοι. ἐπεὶ γε μὴν ἐληλύθει laeol. 4
 καὶ συμμέτρον τοῦ διαστήματος νῦν μὲν ἰστάμενος, νῦν δὲ
 5 περιῶν ἐσκόπει καὶ συνεώρα, πολλή τις αὐτὸν συνέσχε κατά-
 πληξις τοῦ τε μεγέθους τῆς πόλεως καὶ τοῦ τῶν τειχῶν ἕψους B
 καὶ κάλλους, ἔτι τε καὶ τῆς τῶν πέριξ τάφρων θαυμασίας οἰκο-
 δομῆς, καὶ τῆς τῶν προτειχισμάτων στάσεώς τε καὶ τάξεως ἐθαύ-
 μαζε δ' ἕτερον τρόπον, καὶ ὅπως οὐκ ἦν ἐπὶ τῶν ἐπάλξεων, ὡς
 10 εἴωθε ταῖς μεγάλαις τε καὶ πολυανθρώποις πόλεσι, πληθος ἀν-
 δρῶν· ἀλλὰ πλὴν ὀλίγων ἔρημον ἐδόκει τὸ τεῖχος πολεμικῆς
 ἀπάσης παρασκευῆς καὶ δυνάμειος. ὁ γὰρ Ἀπόκαυκος, μᾶλλον
 τὴν ἔνδοθεν ὁρμὴν δεδιὼς τοῦ δημοτικοῦ πλήθους, ἢ τὴν τῶν C
 ἔξωθεν πολεμίων ἔφοδον, ἄδειαν οὐκ ἐδίδου τοῖς βουλομένοις ἐπὶ
 15 τὸ τεῖχος ἄπασιν ἀνίεναι, ἀλλ' οἷς μάλιστα ἐθάῤῥοι τῶν ὀπλιτῶν
 καὶ ἱππέων. τούτων γὰρ τοὺς μὲν ἔνδον ἀψήνους ἔστησε φύλακας
 τῶν πυλῶν· τοὺς δὲ περιέειναι διανυκτερεύοντας τὰ τε τεῖχη καὶ
 πᾶσαν ἔνδον προσετείταχε τὴν πόλιν. (Γ.) Οὕτω τέταρες ἤμει- D
 ραι παρεληλύθεισαν, καὶ ἄρας ὁ βασιλεὺς ἀπῆει μετὰ τοῦ Ἀμοῦρ,
 20 καταπολεμήσων τῷ Μομιτίλῃ, πρὸς μέγα δυνάμειος κατὰ βραχὺ
 προΐοντι καὶ χειρουμένῳ πόλεις καὶ χώρας Ῥωμαϊκὰς αἰέ. καὶ τὸ
 ἔαρ ἐν τούτοις ἐτελεύτα. διαβάσης δὲ τὴν Ῥοδόπην τὸ ὄρος τῆς
 τε Ῥωμαϊκῆς ὁμοῦ καὶ Περσικῆς δυνάμειος, ἐν παρασκευαῖς ὁ
 Μομιτίλας ἦν τοῦ πολέμου. εἶχε γὰρ τέως πόλεις ἕφ' ἑαυτῷ Ἕάν-

rius satrapa, traiecto magnis cum coipis Asiaticis Hellesponto Didymoti-
 chum venit, atque inde rursus cum imperatore Byzantium usque progressus
 est, et visendi studio, et urbis, si oporteret, sollicitandae causa. Cum ita-
 que venisset, et iusto spatio interiecto, modo stans modo circumeundo,
 specularetur et oculis lustraret, maiorem in modum obstupescerat, tum ur-
 bis magnitudinem intuens, tum altitudinem murorum et pulchritudinem, tum
 admirabiles circumductarum fossarum substructiones, tum denique situm
 ipsum et ordinem propugnaculorum. Idem rursus admirabatur, quod in sum-
 mis moenibus non appareret ea hominum frequentia, quae solet esse in ur-
 bibus magnis et magno civium numero refertis; sed paucis demptis, omni
 bellico apparatu omnique praesidio destitutus murus videretur. Nimirum
 Apocaucus, intestinos plebis motus magis veritus, quam externorum hostium
 impressionem, licentiam non dabat volenti cuique murum ascendere; sed
 iis duntaxat peditum equitumque, quibus maxime confidebat. Eorum enim
 alios intus portarum custodes constituerat, ut insomnes excubarent: aliis
 ut moenia noctu circumirent, nec non totam intus urbem perlustrarent, prae-
 ceperat. (III.) Nondum dies quatuor effluxerant, quum imperator castris
 motis profectus est cum Amurio, debellaturus Momitilam, qui ad magnam
 paulatim potentiam pervenerat, urbesque et terras Romanas quotidie inva-
 debat. Atque inter haec ver abiit. Transgressis Rhodopen montem Ro-
 manis simul et Persicis viribus, coepit bellum apparare Momitilas. Habebat

- A. M. 6853 *Θείαν τε καὶ Περιθόριον, καὶ ὅσα ἐφ' ἐκάτερα καὶ μεταξὺ πολί-*
 Ind. 13 *Εχθρά τε καὶ χωρία, καὶ στρατεύματα ἵππικὰ τεττάρων ἐπέκεινα*
χιλιάδων. (A.) Θέρους δ' ἤδη μεσοῦντος, καὶ τῆς γῆς ἐν ἀκμαῖς
ἐπαρχούσης τοῦ σίτου, τὰς δυνάμεις ἀνειληφῶς ἀπάσας ὁ βασι-
λεὺς ἐγγύς που τοῦ Περιθορίου παρεστρατοπέδευσε, καὶ εἰς τά-
ξιν πολεμικὴν διεκόσμηε τε καὶ συνέταττε σφᾶς. ἤδη δὲ καὶ ὁ Μο-
F *μιτίλας, ὀρητήριον ὄχρῶν ἑαυτοῦ τὸ Περιθόριον καταστησά-*
F *μενος, ἐξῆιε πολλαῖς τε πεφραγμένοις ταῖς δυνάμεσι καὶ πλείονι*
ἐκτετυφωμένῳ τῷ θράσει. οὐδὲ γὰρ οὐδὲν οὔτε μικρὸν οὔτ' ἄγεν-
νὲς ὑπολογίζεσθαι ἦν αὐτῷ περὶ ἑαυτοῦ· ἀλλ' ὥσπερ ἐν χερσὶ 10
τὴν νίκην ἤδη καὶ πρὸ τῆς πείρας ἔχων τῶν πολεμίῳν, οὔτω μα-
κροῦ τῷ θράσει ῥέων ἐς μέσους ἤλαυνε τοὺς πολεμίους. (E.) Ὁ δὲ
P. 457 *βασιλεὺς κατὰ μέτωπον τῶν πολεμίῳν ἑαυτὸν κατὰ τῶν Ῥωμαϊ-*
κῶν δυνάμεων συνταξάμενος τὴν ἔφοδον καὶ τὸν δρόμον ἐκαρ-
τέρει τοῦ Μομιτίλου. τὰς δὲ Περσικὰς δυνάμεις, πολλὰς τινὰς 15
οὔσας, εἰς ἀκριβῆ περιήλασε κύκλον, ὡς ἐν μέσῳ, καθάπερ ἐν
V. 370 *εἰρκτῆ καὶ δικτύῳ, συγκλεισθῆναι Μομιτίλαν μετὰ πάσης αὐτοῦ*
τῆς δυνάμεως. ἐπεὶ δὲ καὶ τοῖς τῶν σαλπύγγων τε καὶ τῶν τυμ-
πάνων κρότοις συνανεκίρνατο καὶ ἡ τοῖς βαρβάροις ἤθεσι τῶν
B *Περσῶν περὶ τοὺς πολέμους ἠλικιωτὶς κλαγγή, πολὺς τε ἀνὰ 20*
πάντα τὸν χῶρον ἐκεῖνον ὁ θόρυβος ἦν καὶ πολλὴν ἐξ ἀπροσδο-
κῆτου τῷ Μομιτίλῳ τὴν κατάπληξιν ἐνεποίει καὶ πρὸ τῆς πείρας,
καὶ τὸ γαῦρον ἐκεῖνο σφόδρα καὶ μετέωρον ἔθρανε φρόνημα.
(ζ'.) Καὶ ἵνα τὰς ἐν μέσῳ τύχας καὶ ἀγχιστροφούς ἔλικας τοῦ
πολέμου παρέλθωμεν, τῶν ἵππων εὐθὺς ἀποβάντες οἱ πλείους 25

enim tunc in ditione sua urbes Xanthiam ac Perithorium, et quaecunque sive utrinque adiacent, sive interiecta sunt, municipia ac loca; et equitum ultra quatuor millia. (IV.) Media iam aestate, cum fruges maturae essent, imperator copiis omnibus secum assumptis castrametatus est iuxta Perithorium, suosque acie directa instruxit et ordinavit. Iam autem Momitilas, cum in urbe Perithorio praesidium sibi firmum constituisset, magna stipatus hominum manu et maioribus animis inflatus, prodierat. Nihil enim parvum, nihil humile de se sperare ei succurrebat; sed quasi victoriam iam, ante factum pugnae periculum, haberet prae manibus, medios in hostes ruit plenus audaciae. (V.) At imperator, adversus hostium frontem se et Romanas legiones cum collocasset, impetum atque incursionem Momitilae sustinebat. Persicas autem vires, quae numerosae erant, in orbem accurate undique explicuit, ut in medio, tanquam carcere aut retibus, Momitilas cum omni suo exercitu includeretur. Statim vero atque tubarum et tympanorum sono mista est illa barbaris Persarum moribus familiaris in bello vociferatio, plurimus per omnem illum locum tumultus exstitit, et Momitilam, antequam tentatum esset praelium, de improvviso vehementer perculit, animumque illum elatum et insolentem fregit. (VI.) Atque ut eos casus, qui medii intercessere, et celeres alternantis pugnae conversiones

τῆς Περσικῆς δυνάμεως ἐν τόξοις ἄπαντες ἦσαν κατὰ κύκλον A. C. 1345
 περιστάντες. οἱ δ' ἐν μέσῳ στρεφόμενοι, καθάπερ μονιοὶ τινεσὶ ^{Imp. Io. Pa-}
 ἄγριοι, διακόψαι καὶ διαφυγεῖν τὴν τῶν Περσῶν οὐκ ἐδύνατο C
 φάλαγγα. ἐπέκειντο γὰρ εὐθὺς οἱ τοῦ βασιλέως ἰππεῖς, νῦν μὲν
 5 κατὰ μέτωπον ἀπαντῶντες, νῦν δὲ κατὰ γώτου συχνοῖς τοῖς δό-
 ρασι παίοντες. καὶ ἐπειδὴ τὴν τοῦ Μομιτίλου πᾶσαν ἵππον ἐν
 βραχεῖ παμπληθέσιν οἱ Πέρσαι περιπείραντες βέλεσι νεκρὰν ἐποιή-
 σαντο, πεζοὶ λοιπὸν πρὸς πεζοὺς ἐμάχοντο καὶ ἐν χερσὶν ὁ πό- D
 λεμος ἦν. καὶ συνελόντι φάναι, μηδένα τῆς Μομιτίλου φασὶ δυ-
 10 νάμεως ἐν τοῖς ὅπλοις λελείφθαι, μηδὲ φυγάδα λαθόντα γενέ-
 σθαι τινά· ἀλλ' αὐτόν τε ξίφος ἔργον Μομιτίλαν καὶ ἅμα
 πᾶσαν ἄρδην αὐτοῦ γενέσθαι τὴν στρατιάν, πλὴν ὀλίγων, ὅσοι
 ζῶντες ἐάλωσαν.

ί. Τέτταρες μετὰ παρῆλθον ἡμέραι καὶ ὁ Ἀπόκικκος ἐν P. 458
 15 Βυζαντίῳ πρὸς τῶν δεσμίων, ἐντὸς τοῦ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον
 παλαιοῦ παλατίου, μετὰ μεσημβρίαν ἤδη τῆς ἡλιακῆς γενομένης
 ἀκτίνος, ἔσφακται τε καὶ αὐτὸς καὶ σκότους καὶ λήθης ὁ πολὺς
 ἐκεῖνος ὑπῆλθε μυχοὺς ἐν βραχεῖ, μηδενὸς τῶν μακρῶν ὀχρω-
 μάτων ἐκείνων συναραμένον, περὶ ἃ μακρὰς τε ἀνηλώκει δαπύ- B
 20 νας καὶ περὶ ἃ τὸ πλεῖστον ἀπησχόλει τοῦ βίου. τὸ δ' ὅπως,
 ἔρων ἔρχομαι τρανώτερον. (B.) Ἐπεὶ γὰρ εἰς μεγάλων πραγμά-
 των θορόβους καὶ διοικήσεις ἐπέβαλεν ἑαυτὸν, καὶ πολλοὺς ἐκτί- V. 371
 σαιτο, ὅσοι τε τὸ τῆς τύχης ἐβύσκεινον ὕψος καὶ ὅσοι παθόν-
 τες κακῶς ὑπ' αὐτοῦ καιρὸν ἐζήτουν ἀμύνασθαι, δέους περιγίει

omittamus, plerique Persarum, cum ab equis desiluissent, circumstetere in orbem universi cum arcubus. Hi vero in medio aestuantes, tanquam apri aliqui feroces, perrumpere et effugere Persarum phalangem haud poterant. Instabant enim continuo imperatoris equites, modo a fronte occurrentes, modo densis a tergo hastis impellentes. Ubi omnem Momitilae equitatum brevi tempore innumeris confixum telis Persae deleverunt, confligere exinde pedites cum peditibus, fuitque in ipsis iam manibus tota belli fortuna. Ut paucis absolvam, neminem ferunt ex Momitilae militibus superstitem in armis mansisse, neque eorum quemquam fuga clam evasisse, sed et ipsum trucidatum esse Momitilam, et omnem simul illius exercitum inter necione esse deletum, paucissimis, qui vivi capti fuerint, exceptis.

10. Elapsa ex eo diebus quatuor caesus et ipse Byzantii Apocaucus ab iis qui in vinculis erant, intra vetus palatium, quod ad orientem vergit, transgresso iam meridiem sole; noctisque et oblivionis penitissimos recessus subito intravit magnus ille et praepotens vir, neque ullum ei auxilio fuit magnorum illorum praesidorum, in quae et immensos fecerat sumptus, et maximam vitae partem intentam habuerat. Id quomodo acciderit, protinus exponam apertius. (II.) Cum ille se in magnorum negotiorum tumultus atque administrationes intrusisset, et plurimos fecisset sibi infensos; quotquot nempe sive fortunae illius altiori invidabant, sive ab eo iniuria affecti

- A. M. 6853 *ῥύκτιωρ καὶ μεθ' ἡμέραν μέστος· ὡς πολλὴν μὲν διὰ ταῦτα περὶ*
 Ind. 13 *αὐτὸν δορυφορίαν ἔχειν ὀπλιτῶν καὶ ἰππέων, ὁπότε τὰς τῆς πό-*
 C *λεως περιοδεύοι πλατείας, πολλὰς δὲ καὶ τὴν οἰκίαν κατάφρου-*
κτον ἔχειν δυνάμεσιν, ὁπότε οἴκοι καθῆσθαι χρεῖα τις εἶη τὰν-
δρί· καὶ τυραννίδος μελέτας ἐν καρδίᾳ τρέφειν μὲν ἐκ πολλοῦ, 5
ῶν δὲ καὶ μάλα μάλιστα, ὅτε πάντας τοὺς δόξῃ καὶ γένει προῦ-
 D *χοντας εἶχε δεσμώτας, καὶ ἦν οὐδεὶς, ὅς ἀντάραι βλέφαρον ἦν*
αὐτῷ, ἀλλὰ πάντες ἐδεδίεσαν, ὥσπερ πάλαι Συρακοῦσιοι Διο-
νύσιον τὸν Σικελίας τύραννον. (Γ.) Ὅθεν ὄχρῳόν τινα πύργον
τῶν ἔνδον τοῦ παλαιοῦ παλατίου ἀπολεξάμενος κατασκευάζειν 10
- P. 459 *ἐγνώκει πρὸς μάλα πολὺ τοῦ ἄερος τὸ ὕψος ἀνάγοντα, καὶ οἰκί-*
 σκους ἐν αὐτῷ πολλοὺς μὲν, χώρημα δ' ἕκαστον ἔχοντα μήκους
 ἅμα καὶ πλάτους οὐδὲν οὐργιᾶς μᾶλλον· τὸν γε μὴν ἐπὶ τῶν
 ἐπάλξεϊόν περιδρομον οὐκ ἔσωθεν ἀλλ' ἔξωθεν εἶναι ἐληλαμέ-
 νον· αἴτιον δ' ἵνα πάντας ὁπόσους ἐκεῖνος εἶχε δεσμώτας, καὶ 15
 ὅσους ἔξωθεν διὰ μελέτης εἶχε, συναγαγὼν καὶ συγκλείσας ἐντὸς
 μηδεμίαν ἀνεωγμένην αὐτοῖς ἐύση πύλην, δι' ἧς ἂν τις εἰσέλθοι
 B *τε καὶ ἐξέλθοι· ἀλλὰ λίθοις καὶ τιτάνῳ περιφράξας ἀπάσας*
ὥσπερ ἐν τάφῳ ζῶντας κατέχη. (Δ.) Ἐπεὶ δὲ τέλος εἶχε τὰ τῆς
ξένης ἐκείνης οἰκοδομίας καὶ ἔδει τριῶν ἡμερῶν μεταξὺ τοὺς δε- 20
σμώτας ὁμοῦ συγκλεισθῆναι πάντας ἐντὸς, καθάπερ εἰς λήθης
φρούριον ἢ κοινὸν πολυάνδριον, εἰς ἀπόγνωσιν ἦκον οἱ δέσμιοι
προφανῆ τῆς παρούσης ζωῆς καὶ τοῦ κοινοῦ τοῖς πᾶσιν ἡλίον·

occasionem ulciscendi quaeritabant: diu noctuque timoris plenus oberrabat, atque eam ob causam multos circa se habebat stipatores, tam pedites, quam equites, quoties urbis plateas circumiret; magnis idem praesidiis munitae erant aedes illius, cum domi sedere eum aliqua necessitas cogebat. Ac tyrannidis quidem invadendae consilia alebat in corde iampridem; tum autem longe plurimum, cum eos omnes vinctos teneret, qui dignitate et genere praestabant, neque ullus esset, qui oculos contra attollere auderet, sed omnes extimescerent, ut olim Syracusani Dionysium, Siciliae tyrannum. (III.) Quapropter in veteri palatio munitam quandam turrim, prae caeteris delectam, decrevit ita exaedificare, ut in multam altitudinem eveheretur, cellulaeque inessent plurimae, paterent autem singulae, tam in longum quam in latum, non plus orgyia: crepido vero seu ambulatio illa, quae murorum fastigia ambit, non intus sed extrinsecus esset circumducta; eo scilicet, ut iis omnibus, quos ille aut vinctos tenebat, aut in vincula conicere meditabatur, coactis intus atque conclusis, nullam patentem portam relinqueret, per quam aliquis introire aut egredi posset; sed lapidibus cunctas et gypso obstrueret, atque ita quasi vivos illos sepeliret. (IV.) Postquam itaque absolutum est aedificium illud novi generis, cum oporteret triduum intra eos, qui in vinculis erant, includi omnes simul, tanquam in arcem Oblivii, aut sepulchrum aliquod commune, incidere illi in apertam vitae praesentis communisque omnibus lucis desperationem, subiitque, abiecta sui ipsorum

καὶ σφῶν αὐτῶν ἀφειδήσασιν ἐπὶ τὸ παραβολώτερον τοὺς τῆς A. C. 1345
 τέχης κύβους ἀναδρίπτειν ἐπήει, καὶ πρὶν ζῶντας εἰς τὸν προκει- Imp. Io. Pa-
 μενον ἐμβληθῆναι τάφον, δυοῖν ἐργάσασθαι θάτερον· ἢ ἕξει C laeol. 4
 τὸν τύραννον διαχρησαμένους τὴν τοῦ βίου σφίσι αὐτοῖς ἔλευ-
 5 θερῖαν πορίσασθαι· ἢ τὸν ἀνδράσι πρέποντα θάνατον ἅπαξ ἐκτί-
 σασι μακρῶν τοῦ λοιποῦ δεινῶν ἀπηλλάχθαι. εἰς τέτταρας μὲν
 δὴ τῶν εὐγενεστέρων τὸ τοιοῦτον διαβεβηκὸς βούλευμα περαι-
 τέρω προβαίνειν οὐκ ἐκρίθη δεῖν, ὡς μὴ ἔκπυστον φωραθεῖη γε- D
 νόμενον. τὸ γάρ τοι προφανὲς τῶν ἐλπίδων ἀναμφισβητήτους
 10 τινὰς ὑπετίθει τὰς ὑποσχέσεις, ἐπιχειρήσασιν ἤξειν ἅμα πάντα
 συλλήπτους τοὺς δεσμώτας, καὶ μὴ προμελητήσαντας, ἐς τὸ
 κοινὸν τῆς ἔλευθερίας στάδιον. (E.) Εἰωθὸς οὖν Ἀποκαυκῶ συ-
 χρότερον ἐνδημεῖν ἐκεῖ, καὶ μάλιστα νῦν ἐπιταχύνοντι πρὸς τοῦτο-
 γον τοὺς τέκτονας· ἐπειδὴ καὶ ἡ τελευταία παρῆν ἡμέρα, καθ' E
 15 ἣν εἰς πέρας ἔδει προενεχθῆναι τὸ βούλευμα, ἦκε μεθ' ὕπνον καὶ
 τράπεζαν ὀψόμενος, τὴν τῆς ξένης εἰρκτῆς τελευταίαν οἰκοδο-
 μίαν καὶ τὸν ἀνευδεῖα τῆς ὅλης ἀπαρτισμὸν ὑποθέσεως. καὶ
 ἐπειδὴ κατὰ τοὺς τῆς ἡμέρας ἐκείνης ὕπνους (ἐνδεκάτη δ' ἦν Ἰου-
 νίου) θόρουβοί τινες ἐξ ὀνείρων ἀγρίων αὐτὸν ἐξεφόβησαν, οἷα
 20 φιλεῖ πολλάκις ἐν τοῖς τοιοῦτοις προαναφωνεῖν τὸ δαιμόνιον, ὃ
 μὲν αὐτῷ σωτηρίας εἶχεν ἐλπίδας, οὐ μεμελέτηκεν· ὃ δ' εἶχεν εἰς F
 τοὺς ἐπηρετημένους αὐτῷ κινδύνους ὀξύτερα τὰ ἐφόδια, τοῦτο δὲ
 καὶ βέλτιον εἰς σωτηρίαν εἶναι κέκοικέ τε καὶ εἴλετο. τὸ δ' ἦν,
 ἔξω παρὰ τὰς τοῦ παλατίου ἐκείνου πύλας ἀφέντα τοὺς δορυφό- V. 372

10. ἦξειν em. Boiv. pro ἔξειν.

cura, aleam omnem audacius iacere, et antequam vivi paratum in tumultum detruderentur, duorum alterum navare, atque aut tyranno trucidato parare sibi ipsis libertatem, aut virili semel morte oppetita, gravissimis in posterum aerumnis liberari. Id consilium cum inter se communicassent quatuor ex nobilioribus, ultra progredi non placuit, ne divulgaretur. Etenim ipsa futuri evidentia manifestam fidem faciebat, ubi rem aggressi essent, futuros iis adiutores in eo libertatis certamine eos omnes, qui vincti tenerentur, quanquam haud praemeditatos. (V.) Cum igitur soleret Apocaucus illuc saepius ire, ac tunc maxime fabros ad opus urgeret; ubi supremus dies affuit, quo oportebat ad exitum perduci ea quae deliberata erant, venit post somnum et mensam adspecturus, nempe singularis illius carceris ultimam exaedificationem et absolutam totius operis consummationem. Et quia per somnum illa die (erat autem undecima Iunii) pavores eum quidam ab atrocibus somniis excitati perturbaverant, qualia solet saepe numen iis casibus portenta praemittere, id quidem, quod spem aliquam salutis afferebat, non providit, quod autem ipsi ad impendentia pericula breviorē viam muniebat, illud sibi ad salutem melius esse duxit adeoque praetulit. Erat porro illud, satellites eius et armigeros omnes simul exclusos illius palatii atria

- A. M. 6853 ρους αὐτοῦ καὶ ὑπασπιστὰς ὁμοῦ πάντα μεθ' ἐνός τινός εἰς
 Ind. 13 τὸ τοῦ φιλοτεχνήματος θεάτρον εἰσεῖναι. οὕτω γὰρ ἐνόμισε, μήτ'
 P. 460 ἔξ αὐτῶν ἐντὸς ἐγγενέσθαι οἱ ἐπιβουλὴν τινα, μήτ' ἔξωθεν ἔξ
 ἄλλοτριῶν ἴσως καὶ δημοτῶν ζυμμελετηθεῖσαν· εἶναι γὰρ μεγί-
 στην ταῖς πύλαις ἀσφάλειαν τοὺς οἰκείους ἐκείνους ὑπασπιστάς. 5
 οὕτως ὁ δρασώμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν τὴν
 τούτου διάνοιαν ἔσφηλεν, ἵνα ῥῆον μᾶλλον τῶν ἄλλοτριῶν αὐτὸς
 ἑαυτῷ καταστήσῃ τὸν κίνδυνον. (ς'.) Εἰσιόντος οὖν καὶ ἀρ-
 ξαμένου τοῖς οἰκοδόμοις διαλέγεσθαι περὶ τῶν πρακτέων, τὸ προσ-
 B τυχὸν ὁ Ραοὺλ πρῶτος ἀρπάσας ῥόπαλον (μηδὲ γὰρ παρεῖναι 10
 ξίφος οὐδὲν ἐκεῖ τοῖς δεσμίοις) καὶ πρὸς τὸ μανικιώτερόν τε καὶ
 ἐνθουσιῶδες τοῦ ἡθούς ἐλθὼν ὑπὸ δέους καὶ ἀπογνώσεως ἔξέ-
 δραμε κατ' αὐτοῦ, τοιαύδε φθεγγόμενος. „ἕως πότε σου τὴν ἀπή-
 ρειαν ἢ τὰ πύγεια βόσκουσα τοῦ ἡλίου λαμπὰς διακαρτερήσει βλέ-
 πουσα; ἕως πότε θεῖοι κεραινοὶ καὶ πρηστῆρες ἐν αἰθέρι τὴν σὴν 15
 καθευδήσουσι ταμιεύοντες κόλασιν; ἀλλ' ὦρα σοι νῦν, ἀλιτήριε,
 C δοῦν θάτερον· ἢ σὺν ἐμοὶ τῷ ἡλίῳ τῷδε συγκαταδύναμι πρὸς
 ἄδην τήμερον· ἢ σοῦγε θανόντος ἐλευθέρους βλέπειν, εἰ βου-
 λομένῳ γε εἶη θεῶ, βλεφάροις λευκὰς τοῦντεῦθεν ἡμέρας ἐμὲ
 ξυνορᾶν.” ταῦτ' ἔλεγε καὶ ἅμα ἐμβριθεστέρῳ βραχίονι κατενεγ- 20
 κῶν τὸ ῥόπαλον τὴν ἐκείνου γενναίως ἐπάταξε κεφαλὴν. καιρία
 μὲν οὖν οὐκ ἐγένετό τις ἐκείνῳ τότε πληγὴ· ριφείσης δ' οὖν τῆς
 D καλύπτρας, γυμνῇ λοιπὸν περὶ ὤων ἐπεβοῦτο τῇ κεφαλῇ τοὺς ἐξαι-
 ρησομένους τῆς ἀφροῦς ἐκείνης καὶ αἰφνιδίου περιστάσεως. ἀλλ'.

20. ξυνορᾶν abundat, ut Boiv. observat.

servare; ipsum vero cum uno aliquo ingredi ad operis grati spectaculum. Ita quippe nec intus ab iis imminere sibi insidias credidit; nec foris, ab alienis forte seu a populo meditata: maximum enim stare pro foribus praesidium, suos illos stipatores. Sic ille, qui comprehendit sapientes in astutia eorum, mentem istius subvertit; quo facilius ipse sibi, et magis quam quivis extraneus, periculum conflaret. (VI.) Cum itaque esset ingressus, ac de iis quae agenda essent coepisset colloqui cum architectis, primus Raül, arrepto quem fors obtulit fuste (nec enim ullus suppetebat illic vinc-tis gladius) furiosum quendam et fanaticum induens morem prae metu ac desperatione in eum irruit haec vociferans. „Quousque tandem immanitatem tuam fax alma solis adspicere perstabit? Quousque divinum fulmen et ignei turbines, in aethere consopiti, supplicium tuum reservabunt? Sed tibi, o scelus, duorum alterum iam necessum est, ut aut mecum hac hodierna luce mortem oppetas; aut mortuo te, liberis exinde oculis intuear, si Deus velit, candidos dies.” Haec ait, et simul valentiori brachio clavam molitus illius caput strenue percussit. Non tamen lethale statim vulnus inflic-tum est. Cum autem capitis tegmen esset excussum, ille nudato iam ca-pite oberrans eos inclamabat, qui se ab subita illa repentinaque clade libe-

ἦν τὸ παράπαν οὐδεὶς, πλὴν ἑνὸς, ὃς εὐθὺς συμπλακεῖς τῷ A. C. 134
 'Ραοὺλ ἔπαιε τε καὶ ἐπαίετο· καὶ ἦν ὠθισμὸς ἐν ἀμφοτέροις μα- Imp. Io. Pa
 κρὸς, ὁπότερος ἂν ἀνέλοι τὸν ἕτερον πρότερος. ἀλλ' οὐδέτερος laeol. 4
 οὐδέτερον κίνδυνον ἐνεργεῖν ἐδυνήθη. τούτων δ' οὕτως ἐχόντων,
 5 ἕτερος τῆς τῶν Παλαιολόγων σειρᾶς ἀθροὺν τῷ Ἀποκαύκῳ ἐπι-
 πηδᾷ, τὰ παραπλήσια λέγων καὶ δρωῖν τῷ προτέρῳ, καὶ ἅμα
 ἄλλος, καὶ ἐπὶ τούτοις ἕτερος· καὶ οὕτω, συνελόντι γάναι, E
 βιαίως ἐκεῖνος ἀπέρρηξε τὴν ψυχὴν, ἀπάσης ἔρημος βοήθειας,
 ὃ πάντα χρήματα παρὰ πάντα δαπανῶν τὸν βίον ὑπὲρ τοῦ μὴ
 10 βιαίᾳ χρήσασθαι τελευτῆ. (Z.) Ἐλαθε γὰρ ὡς ἔοικεν ἑαυτὸν,
 Θεοῦ μὲν ἀφαιρῶν τὴν πρόνοιαν, ἀνθρωπίναις δὲ προσαρτῶν
 ἐπινοίαις τε καὶ σπουδάσμασι τῆς πάρουσης τοῦ βίου διαγωγῆς
 τὰ ἐνέχυρα, καὶ διὰ τοῦτο τοὺς ἄλλους διαβάλλων καὶ καθαιρεγνὺς F
 καὶ τοὺς ἐκείνων ἀφαιρούμενός βίους ἐπὶ σαθροῖς θεμελίοις ἐπε-
 15 τίθει τὰ τῆς ἰδίας ἀσφαλείας ὀγκρώματα· παραπλήσιον ποιῶν,
 ὥσπερ ἂν εἰ προσητῆρας ἐκ γειτόνων ἀρπάζων μηδὲν αὐτῷ προσ-
 ἦκοντας ἀτοχειρία τὴν ἑαυτοῦ προφανῶς ὑφῆπτεν οἰκίαν. διὸ
 καὶ παραμίθιον μὲν ἢ ἐκείνου γέγονε τελευτῆ τοῖς τε διὰ πενίαν
 οὐκ ἔχουσιν ὅτω χρήσονται φαρμάκῳ πρὸς τὰς ἐπιούσας ὁμοίως
 20 τοῦ χρόνου τύχας καὶ κῆρας καὶ οἷς ἔφεσις τῶν κακῶς ὑπ' αὐ- P. 461
 τοῦ πραττομένων ἐκδίκησιν θεάσασθαι ἦν, πρὶν ἀπογνώσει σφᾶς
 δεδωκότας ἐν τι πεπονθῆναι τῶν ἀθεμίτων· καὶ ἅμα παιδευτή-
 ριον, ἐς τὸ σῶφρον τοὺς θρασυτέρους ἀνθέλκων, καὶ οἷς τὰ
 ἀτόλμητα ζῆν οὐδενὶ δέει τολμᾶται. καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔοχε

rarent. Sed erat omnino nullus, uno excepto, qui, consortis statim cum Raule manibus, feriebat simul et feriebatur. Et hi quidem magno uterque nisu certabant, uter alterum interficeret prior. Sed neuter alteri periculum inferre poterat. Haec cum ita se haberent, de Palaeologorum catena alter statim in Apocaucum irrui, eadem ferme ac primus dicendo faciendoque, et confestim alius, atque etiam alius. Ita, ut paucis absolvam, violenta ille morte vitam abruptit, omni auxilio destitutus, qui omni sumptu per omnem vitam curaverat, ne violentum exitum sortiretur. (VII.) Non animadverterat scilicet, divinam a se tolli providentiam; in hominum autem consilii ac diligentia poni vitae huius tuendae certissimam rationem. Quamobrem cum alios crimineretur, et vinculis coërceret, et fortunis spoliaret, salutis suae praesidia vitiosis fundamentis imponebat; perinde ille agens, ac si igne non suo, sed ex vicinis raptο, suam ipse domum propria manu succenderet. Itaque illius mors solatium quidem iis fuit, quibus ob inopiam nihil supererat, quo tanquam remedio uterentur adversus temporum fortunam et calamitates, aequae ut antea subeuntes; item iis, qui vindicata illius malefacta videre cupiebant, antequam desperatione auctore nefas ipsi aliquod susciperent: documentum vero exstitit, quo audaciores, et ii qui nullo metu deterriti ea tentant, quae intentata esse oportet, ad sanio rem mentem revo-

- A. M. 6853 τὸν τρόπον. (H.) Πρὶν γε μὴν αἰσθῆσιν τοῦ δράματος ἐγγενέ-
 Ind. 13 B σθαι τοῖς ἔξω, δεσμὰ πάντα καὶ κλοιοὺς οἱ δεσμῶται ῥήξαντες
 V. 373 εἰς τὴν τοῦ πτώματος θείαν μετὰ πάσης ἐπεξέθειον ἡδονῆς, οὐ
 μείον διακοσίων ὑπάρχοντες· ὧν εἷς τις σκεπάρον τεκτονικῶ (ξί-
 φος γὰρ ἦμιστα παρῆν) τοῦ λοιποῦ τὴν κεφαλὴν ἀφελόμενος σώ-5
 ματος ἐπὶ τῆς ἐπάλλξεως ἔστησεν, ὥστε καταφανὲς γενέσθαι τὸ
 δρᾶμα καὶ πᾶσι τοῖς ἔξωθεν ἤδη παρὰ τὰ τεῖχη ποταμηδὸν εἰσ-
 ρέουσι δήμοις· ὡσθ' ὅσοι μὲν αὐτῶ κατὰ γένος ἢ καθ' ἑταιρείαν
 C εἶεν προσήκοντες μηκέτι πονεῖν ἀνήντα, πάσης τελείως σβε-
 σθείσης τοῦ ζῆν ἐκείνον ἐλπίδος· ὅσοι δ' ἀπεχθῶς εἶχον αὖ πρὸς 10
 ἐκείνον, τούτους δ' ἐρῶσθαι τὰς διανοίας, καὶ συμμαχεῖν ἔξω-
 θεν ἀδειῶς τοῖς ἔνδοθεν ὑπὲρ τῆς κοινῆς ἐλευθερίας ἡγωνισμένοις.
 ἔπειτα διελόντες ἑαυτοὺς εἰς τάξεις καὶ μοίρας τὴν τῶν πυλῶν
 D ὁμοῦ καὶ ἐπάλλξεων διέλαχον φυλακὴν. (Θ.) Μέγιστον δ' ὁμως
 ὑπῆρχέ σφισιν ἐμπόδιον εἰς τὴν τῆς παραδόξου ταυτησὶ σωτη-15
 ρίας συντηρητικὴν ἑαυτῶν δύναμιν ἢ τε τῶν πρὸς τὸ ζῆν ἀναγ-
 καίων σπάνις καὶ ἢ τῶν ὄπλων τε καὶ τῶν ἀμυντηρίων βελῶν
 ἔνδεια. οὐ γὰρ εἶχον ὄθεν ἐκ τοῦ παραχοῆμα ῥῆστα κομίσονται
 τὰ τῆς χρείας, ἀπροσδόκητον σχεδιασάσης τῆς περιστάσεως τὸ
 πραχθέν. ὁμως τῆς νυκτὸς ἐπιούσης ἐκείνης, καὶ πάντων ἐκείνων 20
 E ἐν ζάλλῃ καὶ τρικυμίᾳ λογισμῶν ὑπαρχόντων μεγίστη, ἦκε τριήρης
 ἐκ τῶν Γαλάτου περὶ μέσας πον νύκτας, ἐκ τοῦ παραλλίου τεί-
 χους κομίζουσα τούτοις ἄρτον καὶ οἶνον, καὶ ὅσα τὸ τῆς ὥρας

carentur. Et haec quidem in hunc modum gesta sunt. (VIII.) Caeterum antequam foris quisquam tragoediam illam persensisset, ruptis omnibus et vinculis et catenis, maxima cum voluptate ad cadaveris spectaculum accurrere ii qui in carcere erant, haud minus ducentis. Ex quibus unus fabrili ascia (etenim ensis nullus praesto erat) caput, ab reliquis membris abscis- sum, super fastigiis murorum statuit; quo manifestum fieret illud facinus universae multitudini, quae extrinsecus iam propter muros torrentis instar confluebat; et ut ii quidem omnes, qui illum genere contingebant, aut aliqua societate cum eo coniuncti fuerant, labore irrito supersederent, extincta prorsus saluum illum habendi spe: quoscunque vero ille infensos habue- rat, ii animo confirmarentur, adessentque extrinsecus sine ullo metu iis, qui pro communi libertate certavissent. Deinde se in ordines et manipulos dis- tribuerunt, portarumque et propugnaculorum custodiam sortiti sunt. (IX.) At magno ipsis impedimento erat, quo minus illius insperatae salutis conser- vandae facultatem haberent, eorum quae ad victum necessaria sunt inopia, armorumque et telorum quibus se defenderent penuria. Non enim habebant, unde facile et e vestigio ea quae usui essent deveherent; cum ipsa occasio id quod perpetratum erat, minime praemeditatum, ex tempore suggessisset. Ea tamen quae sequuta est nocte, cum illi omnes in maxima perturbatione curarumque aestu versarentur, venit de triremibus Galataeis una, circa mediam ferme noctem, ab maritimo muro panem et vinum apportans, et

συνεχώρει στενὸν ἐδώδιμα, καὶ ἅμα ἐπαγγελίας καὶ φιλανθρω- A. C. 1345
 πους λόγους, καθ' ὁπότερον βούλονται δοῦν· εἴτε μένειν αἰρου- Imp. Io. Pa-
 μένοις κομίζειν ἐς τὴν ὑστεραίαν ὄπλα καὶ βέλη πολέμια· εἴτ' laeol. 4
 ἐκεῖθεν ἀπαλλάττεσθαι διὰ δέος, δέξασθαι προθύμως ἐς τὸ ἐν
 5 τοῖς Γαλάτου σφῶν αὐτῶν φρούριον, καὶ πᾶσαν περιποιήσασθαι
 σφισιν ἀσφάλειαν. ταῦτ' εἰπόντες ἐπανήσαν οἴκαδε, χρηστὰς
 ἐλπίδας μὲν τοῖς ἐντὸς τείχους καταλιπόντες, οὐκ εἰς χρηστὸν δ'
 οὐδ' ἐπείρας ἐληλυθυίας. πέμψασα γὰρ ἡ βασιλις Ἄννα (οὐ γὰρ
 ἐλελήθει τὸ γεγονός) ἀπέφραξέ τε καὶ ἀνεχαίτισε τὴν ἔφοδόν τε
 10 καὶ τὸν εἰσπλὸν τῆς κούφα μελλούσης ἐπιναί Λατινικῆς ἐς τὴν
 ὑστεραίαν δυνάμειος. (I.) Τοῦτο πρὸς ἀπόγνωσιν ἤγαγε τοὺς P. 462
 τειχίρεις ἐκείνους. οὔτε γὰρ ὄπλον ἦν σφισιν οὐδὲν φυλακτήριον,
 οὔτ' ἀσπίς, οὔτε τόξον, οὔτε βέλος οὐδὲν ἀμυντήριον· καὶ
 πρὸς γε τὸ τεῖχος ἔμεληθὲν ἐκ πολλοῦ διεξῶντος ἦν τὰ πλεῖστα
 15 μέρη τοῦ τε περιπάτου καὶ τῶν ἐπάλλξεων. τὴν μὲν οὖν νύκτα πᾶ-
 σαν ἐκείνην οὕτως ἐπ' ἐλπίσιν ἀμφισβητησίμοις ἐντὸς τείχους ἡ-
 λίσαντο, τὰς τε πύλας φυλάττοντες καὶ τὰ τεῖχη περιῶντες.
 ἔωθεν δ' ὡς εἶδον σύρφακα καὶ χυδαῖον ὄχλον, παρὰ τὸν γείτονα B
 συνιόντας ἐπὶ ὁδὸν θείας εἵνεκα, καὶ ἤμιστα συμμαχίας ἴστι-
 20 νοσοῦν, ἐξ ὧν γε ἠλπίκασιν· (ᾤοντο γὰρ, ἐπεὶ μισητὸς ὑπῆρχε τοῖς
 ὄλοις σχεδὸν Βυζαντίοις Ἀπόκανκος, ἅπαντας ἤξειν εὐθὺς, στα-
 σιάσαντας κατὰ τῶν ἀρχόντων καὶ βασιλέων, ἀπαλλάξαντος ὃν
 ὡς τύραννον ἐδεδίδεσαν·) ὡς οὖν ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων ἐώρων καὶ

quidquid ciborum illius tempestatis iniquitas concedebat: item promissiones
 et benigna verba, utrumlibet illi facere mallerent. Si enim manere ibi sa-
 tius ducerent, allatum iri postridie arma ipsis et tela hostilia: sin inde ob
 metum migrare destinarent, eos se alacriter in praesidium suum Galataeum
 recepturos, et omnem ipsis securitatem praestituros. Haec cum dixissent,
 domum redierunt, bona spe iis relicta qui intra murum versabantur, sed
 quae ad bonum exitum non pervenit. Siquidem imperatrix Anna, missis
 hominibus (nec enim eam id quod acciderat latuit) praecclusoque aditu, ad-
 ventum inhibuit appulsumque illius Latinorum manus, quae clanculum af-
 futura erat postridie. (X.) Ea res obsessos illos ad desperationem compu-
 lit. Quippe nec arma iis erant, quibus protegerentur, nec clypeus, nec
 arcus, nec ullum ad vim propulsandam telum. Ac praeterea neglectus pri-
 dem murus hiabat plerisque in partibus circumductae ambulationis et sum-
 morum propugnaculorum. Totam itaque illam noctem dubia spe intra mu-
 rum mansere, portas custodientes et moenia circumeuntes. Mane autem,
 ubi plebeiam faecem atque colluviem conspicati sunt, ad vicinum Hippo-
 dromum visendi studio, ac non (ut speraverant) ferendi ullius auxilii causa
 confluentem; (etenim arbitrabantur, eo quod omnibus fere Byzantinis odio
 fuisset Apocaucus, venturos statim omnes, seditione adversus magnates et
 imperatores mota eo, quem ut tyrannum metuerant, sublatò,) ubi itaque aliud

A. M. 6853 οὐ κατὰ γνώμην ἐχώρει τὰ δρώμενα, περὶ διαλλαγῶν ὠμίλων
 Ind. 13 **Κ**τοῖς ἔξωθεν πρὸς τῆς βασιλίδος ἰοῦσιν Ἀννης. καὶ τάχ' ἂν ἐγι-
 γνητό τι χρηστὸν ἐκείνοις, εἰ μὴ τινος δαιμονίου κεκώλυκε βασκα-
 νία. ἀλλ' ἐχρῆν, ὡς ἔοικεν, ἐν θεομηνιας καιροῖς μηδὲν ἀτόλ-
 V. 374 **μητον παρόφθῆναι τῶν ἀθεμίτων.** ἔσχε δὲ οὕτως. (I.A.) Ἡ τοῦ 5
 Ἀποκαύκου γυνή, τὸ ἐνδόσιμον πρὸς τῆς βασιλίδος Ἀννης λα-
 D **βοῦσα, προσκαλεῖται πᾶν τὸ Γασμουλικὸν, καὶ χρημάτων χορη-**
γία δαφιλεστέρα πείθει, τὰς τριήρεις αὐθημερὸν ἀφεμένους ἄπαν-
τας, ὄπλα δ' ἐκείθεν ἀνεληφότας καὶ βέλη πάντα, περιεληλυ-
θέναι πολιορκοῦντας τὸ τοῦ παλατίου ἐκείνου φρούριον, ἕως εἰς- 10
πηδήσαντας ἤβηδὸν τοὺς ἐντὸς ἀνελεῖν, τοὺς μὲν ὡς ἀνδρο-
φόνους, τοὺς δ' ὡς ἀνδροφόνους δήπουθεν ὁμόφρονας καὶ ὁμο-
στέγους. πρὸς δὴ τοιοῦτους φόνους ἀγοραίων καὶ ἀσυνέτων ἀν-
 E **δρῶν ὀπλίσασα δεξιὰς ἐκείνη χρημάτων ἀβραῖς (ὡς εἰρήκει-**
μεν) δεξιώσεισι καὶ οἴνου κρατήρων πολλῶν ξιμοφοεῖσθαι δίδωσιν 15
ἀφθόνως, ἴν' οὕτωςι τοῦ καθήκοντος ἐκστάντες λογισμοῦ μαι-
νομένων δίκην χωρῶσι πρὸς τὰς τῶν ἀνθρώπων σφαγὰς. ἐπεὶ δ'
οὕτω ταῦτ' εἶχε καὶ ὁ τοῦ ἡλίου δρόμος ἤδη τὰ μεσημβρινὰ
παρήλλαττε ὑψώματα, δραμόντες ἐκείνοι κύκλῳ τὸ φρούριον
περιέστησαν ἄπαν, ἀσπίσι καὶ ὄπλοις ἄπασι πεφραγμένοι, καὶ 20
 F **ἄπαν βέλος ἐκτεβόλον ἐν χεροῖν περιφέροντες, καὶ ὅσα θύρας ἀνα-**
μοχλεύουσιν ὄργανα καὶ κατασείουσι τείχη καὶ ἀποσπῶσι λί-
θους ἐκ θεμελίων· ὧν οἱ μὲν τὰ βέλη πέμποντες ἔξωθεν κατὰ

pro alio viderunt accidisse, neque ex sententia succedere res, de reconci-
 lianda gratia egere cum iis, qui ab imperatrice Anna advenerant: et nisi
 obstitisset genii alicuius mali invidia, fortasse aliquid boni ipsis exstitisset.
 Sed nimirum oportuit, in illis furoris divini temporibus, nihil sceleris in-
 tentatum omitti. Res autem ita se habuit. (XI.) Apocauci uxor, ab im-
 peratrice Anna licentiam cum impetrasset, Gasmulicam omnem turbam ad-
 vocat, et pinguioribus pecuniae largitionibus persuadet, ut cuncti triremi-
 bus ea die relictis, sumptisque inde armis et telis quaecunque inessent, pa-
 latii illius arcem obsidione cingant, quoad facta irruptione eos trucidant,
 qui intus versentur, nulli aetati parcendo; hos, ut homicidas; illos, ut ho-
 micidarum fautores atque contubernales. Ad eiusmodi caedem cum illa ho-
 minum circumforaneorum et stolidorum dextras armavissent liberali, ut dixi-
 mus, pecuniae erogatione; multis etiam vini poculis profuse eos ingurgitat,
 ut in hunc modum recta ratione excussi furentium instar ad homines iugu-
 landos ruerent. Cum in eo res essent, solis cursu meridianum iam verti-
 cem praetereunte, ruere illi et totam undique arcem circumsistere, clypeis
 armisque omnibus instructi, et omne missilium telorum genus manibus cir-
 cumferentes, eaque omnia instrumenta, quae aut ad portarum repagula con-
 vellenda, aut ad muros quatiendos, aut ad lapides e fundamentis emovendos
 valent. Ex his alii quidem foris magnam telorum vim ac densam veluti nu-

πλήθος καὶ δίκην βαθέων νεύων πάντας τοὺς ἔνδον τῶν ἐπάλ- A. C. 1345
 ξεων ἀπήλασαν ἐκ τοῦ παραχοῆμα, μηδὲν ὄφεινον ἔχοντας ὄπλον, Imp. Io. Pa-
 ἢ φυλακτήριον, ἢ δι' ὧν ἀμυνεῖται τις τὸν ἐπιόντα πολέμιον. laeol. 4
 οἱ δὲ τὰ ἐκμοχλευτήρια φέροντες ὄργανα, προσιόντες ἔξωθεν τὰ P. 463
 5 τε τείχη πολλαχόθεν διώρυττον καὶ τὰς πύλας ἀνεμόχλεον· ὡς
 ἐν πάνυ βραχεῖα καιροῦ ῥοπῇ, πολλῶν πολλαχόθεν τῶν εἰσόδων
 ἀνοιχθειῶν, πάντας ἕρδην εἰσρῆναι τοὺς πολέμιους. (IB.) Ἦν
 τότε ἰδεῖν τοὺς μὲν ἀθλίους ἐκείνους ἀφειδῶς ἀναιρουμένους καὶ
 πρὸς ἕρδην ἐκ τῶν χθῆς πεμπομένους δεσμῶν· τοὺς δὲ φόνου
 10 πνέοντας ἄνδρας ἐκείνους εἰς πολυειδεῖς καὶ ποικίλας σφραγὰς
 χρωμένους τοῖς ξίφεσι ξὺν πολλῇ καὶ μαυιῶδει τινὶ τῇ ὠμότητι B
 καὶ βαρβαρικῇ τῇ θρασυτήτι. γυμνοὶ μὲν οὖν ἀσπίδων οἱ τάλα-
 νες ὄντες ἐκείνοι καὶ ἄοπλοι, καὶ ἥμισυ διαφυγεῖν τὸν παρόντα
 δυνάμενοι κίνδυνον, οἱ μὲν ἤδη ἐκόπτοντο, οἱ δ' ἔξεχέοντο φεύ-
 15 γοντες σύνδυο καὶ σύντρεις καὶ κατὰ πλήθος, καὶ διὰ τῶν με-
 σοτοίχων καταρῥόοντες ἐς τὴν ἐχομένην τῆς Νέας μονὴν διμερι-
 ζοντό τε τὰς θείας εἰκόνας ἀντ' ἄλλου φυλακτηρίου παντὸς ἱε- C
 ροῦ· οἱ δ' ἐνεχειρίζοντο τὰ ἐπὶ τῆς θείας τραπέζης τῶν μυστη-
 ρίων ἱερὰ σκεύη, δυσωπήσειν οἰόμενοι τοὺς ἀναιδεῖς ἐκείνους καὶ
 20 μαυιῶδεις ληστὰς διὰ τῶν τοιούτων· οἱ δ' ἠγκαλιζοντο τὴν τε
 θείαν τράπεζαν καὶ τὸν ὑπὸ ταύτῃ στύλσκον· οἱ δὲ γυμνούμε-
 νοὶ τέλειον ἐθελονταὶ τὰ ἱμάτια πρὸ ποδῶν ἐρῥίπτουν, οἰόμενοι
 διὰ τῆς γυμνώσεως πρὸς οἰκτόν τε μαλάξιν τὸν φονικὸν ἐκείνων D

21. γυμνούμενοι Boiv. pro γυμνώμενοι.

bem iacientes repulere illos omnes derepente, qui summis in propugnaculis stabant, armis undecunque destitutos, tam iis quibus corpus protegitur, quam illis quibus ingruens hostis propulsatur. Alii vero tormenta muralia admovebant, propiusque accedentes passim et muros perfodiebant, et portas vectibus labefactabant; ita ut momento temporis, patefacto sibi multis in locis aditu, universi prorsus hostes irruperint. (XII.) Iam videre erat, infortunatos quidem illos effuse interimi, et ab hesternis vinculis ad tumulum transferri: istos autem sanguinarios viros ad multas variasque hominum caedes gladiis uti, cum immani et furiali quadam crudelitate barbaricaque licentia. Destituti itaque clypeis miserrimi illi, cum et inermes essent, et praesens periculum effugere minime possent, partim iam caedebantur, partim in fugam effundebantur bini ternique, et catervatim, ac per interiectos parietes in contiguam domum, quod est Neae monasterium, delabebantur; divinasque imagines inter se pro alio omni sacro phylacterio partiebantur. Nonnulli divinae mensae imposita apprehendebant sacra mysteriorum vasa; rati per ea iniectum iri pudorem protervis illis et furibundis latronibus. Alii amplectebantur et mensam ipsam sacrosanctam et subiectam basim. Quidam denique nudati prorsus vestimenta ante pedes ultro iaciebant, arbitrati, si nudarentur, mollitum iri misericordia crudelem illorum morem, qui

- A. M. 6853 τρόπον, αἰδεσθέντων ἕως τὴν κοινὴν τῆς φύσεως γύμνωσιν· καὶ
 Ind. 13 ἅμα μηδεμίαν τοῦ λοιποῦ πρόφασιν ὑποψίας λιπεῖν, τοῦ κρύ-
 πτεσθαι εἵνεκα Καίσαρος ἐν σφίσι νόμισμα, μηδ' ἄλλο τῶν πάν-
 των εἶδος κέρδους ἄξιον ἔχειν οὐδέν. δεινὰ γὰρ αἱ μὴ προμελε-
 τηθεῖσαι περιστάσεις ἐπινοίας πρὸς τὸ ἀκίνδυνον ἄλλοις ἄλλας
 αὐτοσχεδιάζειν, αὐτοφῶν διδάσκαλον τὴν περιῖσταμένην ἀνάγκην
 Ελαμβάνουσιν, ὅταν αἰφνίδιος θάνατος εἰς ἀπόγνωσιν σφᾶς ἀπε-
 V. 375 λαύνη βίου. (II.) Ἀλλὰ τὴν ἀναιδῆ καὶ θηριώδη τῶν ἀνδρο-
 φόνων ἐκείνων ὁρμὴν μαλάττειν ὅλως ὦραν οὐκ εἶχεν οὔτε δά-
 κρυα τῶν πασχόντων, οὔτ' ἦθος ἔλεινον, οὔθ' ὁ ἱερὸς ἐκείνος τό-
 πος, ἐν ᾧ σωτηρίας εἵνεκα κατεπεφεύγεσαν οἱ ταλαίπωροι·
 ἀλλὰ δίκην ἱερῶν ἐπὶ βωμοῦ τηρικαῦτα καὶ οὔτοι ξὺν οὐδενὶ κό-
 Fσμῶ πάντες ἐθύοντο, καὶ ῥύακες αἱμάτων ἐντεῦθεν τὸ θεῖον
 ἔβαπτον ἔδαφος· εἰκόναί τε θεῖαι καὶ ἐπιπλα, καὶ ὅσα τῆς
 θείας μυσταγωγίας σκευὴ παρῆν, ἀσμένως ἅπαντα καὶ ἀδεῶς ἐρ- 15
 ῥιπτοῦντό τε καὶ διηρπάζοντο· τὰ θ' ἱμάτια τῶν ἀνηρημένων οἱ
 πάντολμοί τε καὶ ἀναιδεῖς ἐκείνοι, πλουσίων αἱμάτων πλήρη, τῇ
 θείᾳ λαμβάνοντες ἐπετίθουν τραπέζῃ. πῶς ἂν δυναίμην ἀδακρυτὶ
 P. 464 καταλέγειν τὰ θρήνων μακρῶν καὶ δακρῦων ἄξια, ὅσα ἐπὶ τοῦ
 θείου τεμένους τότε τὴν ἔλεινὴν τραγωδίαν ἐκείνην βαρβαρικῶς 20
 καὶ ἀσμένως χορηγεῖν ἐξεγένετο; εἶθε ἦν ἀντὶ μέλανος εἰς δά-
 κρυα τὸν κάλαμον βάπτοντι γράφειν καὶ διηγείσθαι τῆς τόθ' ἡ-
 ἡμέρας τὴν συμφορὰν ἐναργέστερον, ὡς ἕκαστα πέπρακται. οὕτω

14. εἰκόναί barbāre pro εἰκόνας positum ait Boiv.

fortasse reverituri essent communem naturam oculis subiectam; tum etiam ut nulla amplius relinqueretur ratio suspicandi de se, quasi Caesareum aliquod numisma, aut aliud quidquam pretio aliquo dignum occultantibus. Plurimum enim valet inopinata calamitas ad suggerenda ex tempore alia aliis consilia, quibus se ipsos defendant a periculis, magistram habentes ipsam necessitatem urgentem, cum eos repentina mors ad vitae desperationem compellit. (XIII.) At insolentem et immanem homicidarum illorum violentiam mollire nec lacrymae afflictorum poterant, nec habitus miserabilis, nec sacer ille locus, ad quem infelices isti salutis tuendae causa confugerant. Sed victimarum instar super altari et hi quoque tunc foede mactabantur, et sanguinis rivi manantes inde pavimenta sacra tingebant; et sanctae imagines, et suppellex, et quaecunque aderant vasa, sacris mysteriis assignata, omnia facile et impune disiciiebantur ac diripiebantur. Quin et caesorum vestimenta audaces illi et inverecundi, cruore largo plena sumentes, divino altari imponebant. Sed quomodo ego siccis oculis narrare possim luctuosissima et uberibus lacrymis digna, quae illi tunc sacro in solo, tragoediam illam miserabilem adornantes, alacriter et barbāre designarunt! Utinam lacrymis pro atramento uti liceret, ut calamo intincto describerem illius diei calamitatem, dilucidiusque exponerem singula ut gesta sunt! Ita enim

γὰρ ἂν οἶμαι δακρῦσαι ἅπαντας ἐκ τοῦ ῥήστος Θερμῶς, οἴκτου A. C. 1345
 καὶ σπλάγγων φρυσιῶν ἐμπλησθέντας. ὁμοῦς εἶχεν οὕτω ταυτί. Imp. Io. Pa-
 καὶ τὸ μὲν ἄλλο πλῆθος, ὅσον ἐκ τοῦ σύρφακος ὕγλου κατὰ πο- B
 ταμοὺς συνέδροι, τὰς καλύβας τῶν ἐκεῖ μοναζόντων ἡνδραποδί-
 5 ζοντό τε καὶ διήρπαζον ἀδεῶς· καὶ αὐτὰς δ' οὖν μετὰ τῶν πα-
 σταδίων τὰς θύρας ἀναμοχλεύοντές τε καὶ διαμεριζόμενοι τοῖς
 χαμαιτυπείοις προσῆγον, ἀσελγείας μίσθωμα. οἱ δ' ἀναιδεῖς ἐκεῖ-
 νοὶ καὶ φόβου πνέοντες ἄνδρες, τῶν ἀνηρημένων τὰς κεφαλὰς
 ἔστι δ' ὧν καὶ τὰς χεῖρας ἐκτέμνοντες, περιήεσαν ἐπιδεικνύμενοι
 0 τε τὸ τῆς κακίας ἄγος, εἰς ἔκπληξιν τῶν ὁρώντων καὶ δέος, καὶ C
 πᾶσαν ἀγρίαν ἐμπιπλῶντες ἀνθρωπίνων αἱμάτων τε καὶ σαρκῶν.
 (I.A.) Καὶ ἦν μὲν θρηῶν καὶ δακρῦων ἄξια τὰ δρώμενα καὶ
 θέατρον ἀνόσιον τῇ βασιλευσύνῃ ταύτῃ τῶν πόλεων· οὐδεὶς δ'
 ἐτόλμα τοῖς ὁρωμένοις ἢ τοῖς νεκροῖς ἐκείνοις ἐπιδακρῦσαι καὶ
 5 στεναγμὸν ἀποδοῦναι, οὔτε τις τῶν φίλων, οὔτε τις τῶν συγγε-
 νῶν, οὔτε μὲν οὐδεὶς τῶν ἄλλως φίλοικτον ἐχόντων καρδίαν. ἔφε- D
 ροὶ γὰρ ὀφθαλμοὶ πυραπορενόμενοι συνήρπαζόν τε καὶ τὰ
 ἱμάτια περιδύοντες ἔπαιον ὡς ἐπιβούλους καὶ ἀντιθέτους Ἄννη
 τῇ βασιλίδι. πάντα γὰρ ἦν εὐφροσύνη λαμπρὰ τις καὶ τέρψις ἄθ-
 ῥητος ἐκείνη τὰ δρώμενα, καὶ πάνν τοι σφόδρα κατὰ γνώμης ἐν-
 τρούφημα· ὡς ἐντεῦθεν καὶ δέει μακροῦ συσχεθέντας τοὺς περι-
 στέλλειν κατὰ τὸν ἀνθρώπινον καὶ φύσει πρέποντα νόμον ἐθέ- E
 λοντας, ὁπόσοι κατὰ γένος καὶ φιλίαν τοῖς κειμένοις προσῆγον,

20. γνώμην conī. Boiv.

opinor expressum iri facillime a quocunq̄ue lacrymarum uberrimam vim,
 omnibus misericordia et naturali humanitatis sensu imbutis. Atqui haec ita
 se habuerunt. Et reliqua quidem omnis multitudo infimorum hominum, qui
 torrentis instar confluebant, degentium ibi monachorum cellulas expilabant
 ac nullo metu diripiebant, et ipsas cum postibus revulsas fores partiti libi-
 dinis pretium ad lupanaria portabant. Enimvero immanes viri, et sangui-
 nem spirantes, interemptorum hominum capita, quorundam et manus ab-
 scissas circumferendo, abominandum scelus ostentabant, stuporem et metum
 intuentibus quibusque incutientes, et omnes vias cruoribus carnibusque hu-
 manis implentes. (XIV.) Erant sane ea quae perpetrabantur lamentis et
 lacrymis dignissima; dirumque illud fuit huic urbium principi spectaculum.
 Nemo tamen ea intuendo flere, nemo illos qui mortui erant lugere audebat,
 aut gemitum edere, sive amicus, sive cognatione iunctus, seu quilibet alius
 animo ad misericordiam aliunde propenso. Oculi enim exploratores obam-
 bulabant; hi vero abripiiebantur, et vestimentis detractis feriebantur, ut
 insidiatores et Annae imperatrici adversantes. Quae enim tum fiebant, ea
 omnia ipsi summum gaudium, voluptatem inenarrabilem, et quales maxime
 volebat delicias afferebant. Itaque magno posthac metu cohibiti quicumque
 mortuos, quibuscum cognatione aut amicitia iuncti fuissent, sepelire pro
 gentium et naturae iure cupiebant, abstinere ab iis continuo, ne non so-

- A. M. 6853 ἀπέχεσθαι τούτων ἀπάσῃ σπουδῇ, μὴ μετὰ τοῦ ἀποτυχεῖν τῆς
 Ind. 13 βουλήσεως καὶ τοῖς ὁμοίοις δεινοῖς περιπέσωσι. τοιαῦτα γὰρ
 ἔφασκον εἶναι τὰ τῇ βασιλίδι ἐντεταλμένα, καὶ ἅμα ἀτάφους κατὰ
 θαλάττης ῥιφέντις τροφὴν ὀρνέοις καὶ ἰχθύσι γενέσθαι. ἀλλὰ
 τοῦτο μὲν οὐκ ἐτελέσθη, ἐνίων τὴν τοῦ λαοῦ κρανυγὴν καὶ τὴν
 Ἔντεῦθεν λοιδορίαν εἰς τὰς ἐκείνης ἀνευεγκόντων ἀκοάς, καὶ τὸν
 ἀναφρόμενον οὐκ ἀκίνδυνον θόρουβον. διὸ καὶ φιλοθέων ἐνιοί, δει-
 λίαν ἀποκρουσάμενοι πᾶσαν, ἄλλος ἄλλον ἄλλοθι τῆς μονῆς ἀνε-
 λόμενοι κατώρυσαν. τὰ δ' ἐπὶ τούτοις ἔστιν ἀκούειν διαρκέστε-
 ρον ἄλλων διεξιόντων. (IE.) Ἐπεὶ δ' ὁ ἐκ τῆς προτέρας συζύ-1
 P. 465 γου πρώτος Ἀποκαύκου υἱὸς ἐπίτροπος ἦν τηνικαῦτα Θεσσαλονί-
 V. 376 κης καὶ τὸν τοῦ πατρὸς φόνον ἀκήκοε, τὴν γνώμην εὐθύς εἰς
 Καντακουζηνὸν μεταθεῖναι κέκρικε δεῖν, καὶ ἅμα συμφέρειν εἰς
 ἔργον αὐτῷ τὰ τῆς γνώμης προενεγκεῖν. ὄθεν καὶ τρόπον λοιπὸν
 ἐξήτει, δι' οὗ Θεσσαλονικίην ἀν' αὐτῷ παραδοίῃ. προσεταιρισά-1
 μενος οὖν ὅποσον ἔκκριτον ἦν τῆς Θεσσαλονικῆς τὸν Ἀθηναῖον
 μιμῆται Πεισίστρατον καὶ τὴν Θεσσαλονικέων χειροῦται ἀκρό-
 Bπολιν, ἵν' ἐκεῖθεν ὡς ἐξ ὄρητηρίου τῆς κεφαλῆς κατατρέχον
 καὶ τὸ πᾶν τῆς πόλεως ἐκ τοῦ ῥήστου σῶμα κατάσχη. ἀλλ' οὐδὲν
 τῆς τοιαύτης ἀπώνατο ἐπινοίας. αἱ γὰρ τραγικαὶ κῆρες τοῦ πα-2
 τρός, μᾶλλον ἢ αὐτοῦ, τὰς παρούσας περιφανῶς ἀντέκρουον
 τύχας. διὸ καὶ δυοῖν ἡμερῶν μεταξὺ κηρύγματος γενομένου δη-
 μοτικῷ, πάντες ἐπεξέθεον κατὰ ποταμοὺς ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν,
 καὶ οὐ πρότερον ἐκεῖθεν ἀπέστησαν, πρὶν τὴν ἀκρόπολιν ἐκπο-

lum a voto aberrarent, sed in similem calamitatem ipsi quoque inciderent. Ea enim imperatricis mandata esse dictitabatur, quae et in mare insepultos illos proiici iussisset, praedae avibus ac piscibus futuros. Veruntamen id perfectum non est, cum populi clamorem et convitia hinc profecta, et surgentem non sine periculo tumultum, quidam ad illius aures retulissent. Quamobrem et homines aliqui religiosi, omni metu excusso, alius alium hac illac per totum monasterium sublatos humavere. Quae vero inde consequuta sunt, ab aliis tradita plenius accipi possunt. (XV.) Interim primus Apocauci ex prima uxore filius, cum Thessalonicae praeesset et violentam patris mortem rescivisset, animum ad Cantacuzenum statim transferendum sibi esse iudicavit; simulque expedire credidit, id quod in animo haberet, re ipsa praestare. Ex eo itaque coepit meditari, qua ratione Thessaloniam illi traditurus foret. Lectissimos igitur quosque Thessalonicensium socios sibi adiungit, et, Atheniensem illum imitatus Pisistratum, arcem urbis invadit, ut capiti incumbens, et inde tanquam ab statione excurrens, ipsum quoque civitatis corpus totum ex facili contineat. Sed nullum consilii huius fructum percepit. Tragica enim patris, potius quam ipsius, fata praesentem fortunam manifeste repellebant. Itaque biduum intra promulgato populari decreto, ad arcem omnes undarum instar accurrunt; nec prius inde

λιορκῆσαι, καὶ τοὺς ἔνδον πολέμου νόμοις ἀνδραποδίσασθαι, καὶ A. C. 1345
 τὸν τοῦ Ἀποκαύκου νεία σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ξίφει διαχορησαμέ- Imp. Io. Pa-
 νους ἀνὰ πάσας τὰς τῆς πόλεως πλατείας περιενεγκεῖν ἀπηνῶς C
 τὰς δυστηχεῖς αὐτῶν κεφαλὰς, εἰς ἔκπληξιν τῶν ὁμοιῶ βου-
 5 λανομένων.

ια'. Ἀλλ' ἐκεῖνο μικροῦ με παρέδραμε, τὸ τοῦ Βατάτζη δη- D
 λαδῆ Ἰωάννου· ὃς καὶ αὐτὸς ἀσήμεον γένους ὑπάρχων πλούσιος
 ἔξ ἀπογραφικῶν ἐγεγόνει ἐμποριῶν, ἄλλας ἔξ ἄλλων ταχὺ μειτῶν,
 καὶ παραλλάττων ἀεὶ τῶν εὐτελεστέρων τὰς μείζους. ὕφτι δὲ καὶ
 0 τὴν τῆς Θεσσαλονίκης ἐπιτροπείαν χορήμασι μικροῖς ὠνησάμενος
 πρὸς τῆς βασιλίδος ἐκείσε πέμπεται Ἄννης. οὐ μάλᾳ δὲ συγχοῦ
 ῥνέντος χρόνου, πρὶν τὴν κερδαίνουσαν πῆραν ἐμβριθεστέραν E
 ὡς ἐβούλετο διαπράξασθαι, ἐκεῖθεν ἐκβάλλεται, τοῦ Ἀποκαύκου
 διάδοχον τὸν υἱὸν ἀποστεῖλαντος· ὃν τὴν τοῦ δήμου φορὰν πα-
 5 ρανάλωμα ξίφους ἐργουσαμένην μικρῶν δεδηλώκαμεν πρότερον.
 (B.) Οὗτος οὖν ὁ Βατάτζης, εἰς αἰσχύνης λόγον τὸ πρῶγμα θέ-
 μενος, καὶ λύπης μεστὸς γεγονῶς, προσεβόη τῷ Καντακου-
 ξηνῶ· καὶ ὀρηγήριον τὸ τῆς Θρακικῆς περιστάσεως ἔχων φρού- P. 466
 ριον συνεχεῖς ἐκεῖθεν ἐποιεῖτο τὰς ἐκδρομὰς· καὶ ἦν ἐς τὰ μά-
 λιστα φοβερός τε καὶ ὄλεθρος προφανῆς οἷς ἐπήγει καὶ καθ' ὧν
 ὠπλιζέτο, ἅτε δύναμιν ἔχων συγνήν ἐξ Ἀσίας, ἣν ἐκ Τροίας ἐξη-
 τηκότι πέπομην ὁ σατράπης Σουλμανῶν, γαμβρὸς ἐπὶ Θνηγατρὶ
 πρὸ βραχέος αὐτῷ καταστάς. (Γ.) Ἔως μὲν οὖν Ἀπόκαυκος ἔζη,
 Θεμῶς ἦν καὶ μάλᾳ τοι σφόδρα Βυζαντίοις λυπηρὸς ὁ Βατάτζης, B

18. Τεριστάσεως conī. Ducang. 24. Θεμῶς conī. Boiv.

absistunt, quam et arcem expugnent, et eorum, qui intus sint, belli iure
 potiantur. Demum Apocauci filio, cum iis quos secum habebat, trucidato,
 per omnes urbis plateas crudeliter circumferunt infelicia caesorum capita
 ad eos territandos, qui similia moliantur.

11. Sed me illud paene fugit, quod de Ioanne Batatze narrandum erat:
 qui et ipse cum ignobilis genere esset, dives ex apographicis negotiationi-
 bus evaserat, alias ex aliis subinde suscipiendo, et ab humilioribus ad maio-
 res semper transeundo. Novissime ipsius Thessalonicae praefecturam ma-
 gna pecuniae vi redemerat, atque illuc ab imperatrice Anna missus fuerat.
 Nec longo post tempore elapso, cum quaestuosam peram nondum ut vole-
 bat gravidam effecisset, inde erat eiectus, subrogante Apocaucō filium suum;
 quem et ipsum impetus plebis, ut paulo ante diximus, ferro absumpsit. (II.)
 Id Batatzes probrosum sibi duxerat, et dolore percitus ad Cantacuzenum
 desciverat; tum pro perfugio habens ditionis Thracicae castellum, continuis
 inde excursionibus factis, maxime metuendus evaserat. Nam quos armis
 aggrediebatur, iis certam perniciem afferebat, magnis ex Asia viribus ad-
 iutus; quas petenti ipsi ab urbe Troia mittebat Solymanus satrapa, cum
 quo ille paulo ante, data in matrimonium filia, affinitatem iunxerat. (III.)
 Quamdiu itaque vixit Apocaucus, acerrimus hostis ac permolestus Byzan-

- A. M. 6853 διὰ τὸν τοῦ Ἀποκαύκου παῖδα δηλαδὴ καὶ τὴν ἀφαίρεσιν τῆς
 Ind. 13 ἐπιτροπῆς ἀπεχθῶς διακείμενος πρὸς αὐτόν. ἐπεὶ δ' Ἀπόκαυκος
 μὲν ἐξ ἀνθρώπων ἦν, ἀγώνισμα ξίφους γενόμενος, καὶ ἔδει Βυ-
 ζαντίοις ἀνδρὸς θερμοτέρου καὶ δραστήριον ἐπιεικῶς ἔχοντος
 φρόνημα, γράμματα ἐφοῖτα συχνὰ πρὸς τῆς βασιλίδος Ἀννης
 V. 377 αὐτῷ, μακρῶν δωρεῶν καὶ ἀξιομάτων ἐπαγγελίας κομίζοντα, εἰ
 C βούλοιο διάδοχος ἐλθὼν καταστῆναι καὶ βουλῆς καὶ τρόπων καὶ
 δόλων Καντακουζηνῶ. ταῦτα τὴν ἐκείνου διάνοιαν ἔθραυσε, καὶ
 τὴν γνώμην μετήνεγκεν· καὶ τοῦ καιροῦ καθάπερ ὀστράκου μετα-
 πεσόντος, πλείω τὴν συμμαχίδα δύναμιν ἐκ Περσῶν μετεπέμ- 1
 πετο· καὶ συχνὰ κατατρέχων ἐδήμον καὶ ἔκαε τὰς τῷ Καντακου-
 ζηνῶ προσηδόντηκας χώρας καὶ πόλεις, καὶ τὰ τῶν Βυζαντιῶν
 ἔπειθε ῥᾶστα φρονεῖν, τὴν ἐνεστῶσαν ἀνάγκην διαδιδράσκειν
 D ἐθέλοντας. (A.) Ἄλλ' οὐδ' αὐτὸς τῆς τοιαύτης ὤνατο σπουδῆς.
 ἐπεὶ γὰρ ὁ Καντακουζηνὸς τὴν διαστροφὴν καὶ μετάθεσιν τῆς τοῦ 1
 Βατάτζη διακήκοε γνώμης, τάχιστα συνέστειλεν εἰς τὰ φρούρια
 πάντας καρποὺς ὁμοῦ τοῖς ἀνθρώποις καὶ τοῖς βοσκήμασιν,
 ἐπειπὼν, ὡς εὐρήσει τὰς τῆς ἐπιτορκίας ἐκτίσεις πρὸς τοῦ ἐπιτορ-
 κουμένου θεοῦ· ὡς ἐντεῦθεν ἐλθόντα μετὰ τῆς Περσικῆς δυνά-
 μειος Βατάτζην ἐρήμοις τε ἐντυγχάνειν οἰκητόρων ταῖς χώραις 2
 E καὶ ταῖς πόσιν ἀνευ βοσκημάτων, καὶ λιμῶν διὰ ταῦτα πιεζομέ-
 νους ἐπάγεσθαι Πέρσας. ταῦτα παρὰ τὰς ἐπαγγελίας καὶ τὰς
 ἐμβριθεῖς ἐκείνας ἐλπίδας θεασαμένοις τοῖς βαρβάροις ἄχθε-

8. Post δόλων Boiv. excidisse putat τοῦ Ἀποκαύκου κατὰ τοῦ.

tinis Batatzes fuit, ob subrogatum videlicet Apocauci filium et ademptam sibi praefecturam ipsimet Apocauco infensus. Ubi autem Apocaucus, ferro interemptus, e vivis excessit, cum indigerent Byzantini viro acri et eo, cuius animus esset ad quidlibet audendum promptissimus, frequentes ad illum Annae imperatricis litterae perlatae sunt, per quas magna ei munera magnaetque dignitates promittebantur, si vellet et consiliorum et morum et fraudum successor Apocauco existere. Ea illius animum fregere. Itaque mutata sententia, converso tesserae instar rerum statu, maiora arcessit Persarum auxilia; crebris incursionibus vastat et incendit regiones et urbes, quae ad Cantacuzenum desciverant; et facillime eas impellit, si urgentem necessitatem effugere velint, ut Byzantium partes sequantur. (IV.) Sed nec ipse fructum ullum ex hac molitione percepit. Ubi enim perversam et mutatam Batatzae sententiam Cantacuzenum audivit, statim fructus omnes cum hominibus ac bestiis coëgit intra castella; tum illum dixit luiturum periuriorum poenas numini periuriis offenso. Batatzes itaque, Persicis cum copiis mox adveniens, vacuas cultoribus regiones et sine bestiis pascua invenit; atque hinc factum, ut Persae, quos ducebat, fame laborarent. Quod cum barbari contra promissa, contra uberrimas illas spes, pati se viderent,

σθῆναί τε ἐξεγένετο καὶ ἀποκτείνουσι τοῦτον ἐς Καντακουζην- A. C. 1345
 νὸν τὴν ταχίστην μεταθεῖναι τὴν γνώμην ὁμοῦ τῇ χειρὶ. τοῦτο ^{Imp. Io Pa-}
 δὴ βουληθεῖσι καὶ πέπραχται παραχρῆμα· καὶ τοῦ δεινοῦ καὶ ^{laeol. 4}
 προσάντους ἐς τὸ δεξιὸν τε καὶ εὐμενέστερον τὰ τῆς τύχης ἔρῃει
 5 τῷ Καντακουζηνῷ, τοσούτων ἐχθρῶν ἀπονητὶ οἷον ἐξ αὐτομάτου
 φάναι καταστροφόμενων.

aegre tulerunt; istoque occiso, animum statim et vires ad Cantacuzenum transtulerunt. Quod ubi semel decretum, continuo et perfectum est; coeperuntque ab adversa infestaque fortuna melius iam et felicius ire Cantacuzeni res, tot hostibus nullo labore et suapte quasi confectis.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΙΕ.

NICEPHORI GREGORAE

BYZANTINAE HISTORIAE

LIBER DECIMUS QUINTUS.

ARGUMENTUM.

Crales, Romanis dissidentibus, inualescit. Urbes multas invadit. Serphas ipsas ad deditionem subigit. Romanum se imperatorem pronunciat. Imperium cum filio partitur. Quantam eo tempore Cantacuzenus Thraciae partem tenuerit. Thracia Persarum incursionibus crebris vastata. Cantacuzeni inopia: item Byzantinorum. Anna imperatrix pessime res administrat. Sacris imaginibus non parcit. Divites vexat. Ex ipso S. Sophiae templo abreptos in vincula coniicit. Galataei profugos excipiunt. Asyli ius vetustissimum: apud omnes gentes sanctum et inviolatum: a Christianis neglectum. Eversa ecclesiae dogmata. Ob eas causas templum subita ruina deformatum (Cap. 1). Templum sanctae Sophiae, qua parte orientem spectat, collapsio hemisphaerio dehiscit. Eius cladis magnitudo verbis amplificata. Civium concursus et comploratio. Ipsorum nobilium, ac inprimis foeminarum in exportandis ruderibus pia sedulitas. Substructa ab imperatore Andronico fundamenta ruinam sistunt. Rei Byzantinae status miserrimus. Lacedaemonii post Leutricam, Romani post Cannensem pugnam, mulieribus aurum interdixere. Byzantini cur vestibus pullis passim uti coeperint. Deus hominum morbis lente medetur. Facilius aedificat, quam destruit (2). Imperantium culpa excusantur, rerum causis ad arcanam Dei providentiam relatis. Cantacuzenus nimium supplex et abiectus in epistolis. Multum sibi et reipublicae obsuit cunctando. Quosnam viros maxime imitari debuerit. Gregoras epistolam eius selectam prolaturus, qua fide eam exhibiturus sit, docet. Epistola ad patriarcham. Scripta fuit rubris litteris, ipsius Cantacuzeni manu. Recisa sunt, quae ad rem minus pertinebant. Caetera ornatus enuntiata (3). Patriarcha minore tandem fastu respondet. Sese et Cantacuzenum partim excusat, partim damnat. Rebus lapsis succurrendum censet. Pacem suadendo Annam offendit. Huius in Cantacuzenum et Irenen odium, ex zelotypia natum; fons malorum omnium. Patriarchae tamen et totius curiae Byzantinae gravior quam Annae culpa (4). Cantacuzenus Selybriam in deditionem accipit. Orestia de Hierosolymitano patriarcha coronatur. By-

zantium clandestinis molitionibus conatur invadere. Hyrcanum, Bithyniae satrapam, generum adsumit. Anna quoque Persica auxilia arcessit. Barbari acciti praedas agunt. Captivorum ingens numerus. Animus Augustae durus et immitis. Persae Romanos viae socios ac duces dari sibi frustra postulant. Pace cum Cantacuzeno facta domum redeunt. De cometa, qui superiore anno apparuerat (5). Nobiles Genua exacti, classe instructa, Chium improvise adoriuntur. Chii se et moenia sua strenue defendunt. Commeatu interclusi dedunt se hostibus. Idem et Phocaeenses faciunt. Phaceolatus imperatorias triremes armat. Duas Latinorum naves capit. Galataei, ea re offensi, ab advehendo frumento statim abstinent. Receptis rebus suis, redeunt in gratiam cum Byzantiis. Phaceolatium minis terrent, qui idcirco stipatores circa se habere cogitur (6). Augusta implacabilis; patriarcham dignitate spoliare statuit, idque per Palamitas, ob rescissum Tomum illi infensos. Palamam iam pridem carcere incluserat. Quasnam ob causas. Eodem adversus patriarcham adiutore utitur. Magnae inde rixae et dogmaticae altercationes. Gregoras patriarcham inter et Palamam arbiter constitutus. Novas opiniones damnat. Augustam offendit. Sententiam scripto tradere iubetur. Ea occasione data, novos doctores refellit. Gregorii Nazianzeni verba opponit: item Basilii Magni. Non ideo reprehendendus, quod victoriam de adversariis non reportaverit. Immo constantiae et religionis ergo laudandus. Exulaturus fortasse, nisi Cantacuzenus Byzantium interea cepisset (7). Cum Phaceolato clam agitur de introducendo in urbem Cantacuzeno. Phaceolatus, aucto stipatorum suorum numero, rem aggreditur. Cantacuzenum urget. Diem condidit. Urbis portas noctu reserat. Cantacuzeni incruentus ingressus. Palatio exclusus in proximo diversatur. Annus et dies captae ab eo urbis. Augusta, infirmis viribus, ferox et contumax: Galataeos auxilio vocat. Aequissimas pacis condiciones proterve respuit. Galataeorum triremes duae suppeticas ei veniunt. Repelluntur. Cantacuzenus alteram et tertiam legationem mavult mittere, quam vim facere. Eisdem legat, qui biennio ante ad eum missi venerant. Iubet meminisse, quae tum praedixerit. Legati re infecta redeunt. Cantacuzeni mira clementia. Milites, eo inscio, palatium oppugnant. Maritimam partem capiunt. Revocantur. Annae anxietas. Legatio superba. Extremum discrimen. Pacem oblatam vis tandem accipit (8). Quicumque in palatio victi tenebantur, liberi omnes dimissi, solo patriarcha excepto, cuius res altius repetuntur. Eius apud Annam auctoritas summa. Palamas, ob novas opiniones, non quia Cantacuzeno faveret, in vincula coniectus. Ut patriarcha Augustam a se alienaverit. Ut haec adversus eum cum Palamitis conspirarit. Episcopis dies indicitur ad abrogandam patriarchae dignitatem. Interim Anna aegrotat. Convalescit. Diem episcopis rursus indicit. Tabellas, per quas officii admonetur, a confessore oblatas, rumpit. Ipsum, minacibus verbis correptum, domo exigit. Patriarcha absens et inauditus damnatur. Synodum mensa sumptuosa et immodesti risus excipiunt. Ea ipsa nocte Byzantium captum. Cantacuzenus, ne aut Annae eautius filio incommodet, palatio cedit. Domicilium sibi constituit circa Alexii triclinium. Qualem se erga patriarcham gesserit. Cum monasterio primum includit; deinde Didymotichum ablegat. Ea omnia Gregoras aliis relinquit accuratius narranda. Ipse ad propositum redit (9). Quibus artibus Palamitae Annam simul et Cantacuzenum sibi mancipaverint. Palamas, cum se ipsum non posset, patriarcham fecit Isidorum, Monembasiae episcopum electum. Huius erga Palamam merita. Episcopi plerique patriarcham novum iubent anathema esse, haud impune. Ut undecunque in eundem ab orthodoxis scripti et Byzantium missi anathematismi fuerint (10). Cantacuzenus et Isidorus mutam sibi operam ad summos honores adipiscendos praestant. Cur ille iterum inauguratus. Cur ea res non in S. Sophiae templo, sed in Blachernensi, celebrata sit. Duorum imperatorum et trium Augusta-

rum sedilia. Pompa equestris. Solennis e palatio prospectus. Epulae. Stannea et fictilia vasa. Corium inauratum et gemmae vitreae in diadematis ac vestimentis. Tantae inopiae causa duplex. Pecunias ab iis qui aerarium exhausserant Cantacuzenus non repetit; incertum, utrum lenitate, an timiditate. Suorum postulata et querelas ut eluserit. Eius filia Helena Ioanni Palaeologo nubit (11). Isidorus patriarcha pronunciatum a decessore suo in Cantacuzenianos anathematismum abrogat. Risum et indignationem movet, qui reus sit, et alios absolvat. Episcopus eligit rudes et indoctos. Palamas Thessalonicae episcopus ab eo ordinatus eiusce urbis ingressu prohibetur. Gregoras ecclesiasticarum rerum fusiorem expositionem aliis relinquit (12).

A. M. 6853

Ind. 13

A. C. 1345

Imp. Io. Palaeol. 5

P. 467

α'. Κράλη δὲ τῶν Τριβαλλῶν ἡγεμόνι κόρος οὐκ ἦν, ἐντρο-

φῶντι ταῖς Ῥωμαίκαῖς κατ' ἀλλήλων καὶ δι' ἀλλήλων στάσεις,

καὶ καιρὸν εἶναι λογιζομένῳ προσήκοντά μάλιστα τοῦτον αὐτοῦ

τῆ πλεονεξία καὶ δώρων τῆς τύχης τὸ κράτιστον. διὸ καὶ καθά-

περ φλόξ ἐπήει καὶ ἐπενέμετο διηλεκῶς τὰς πρόσω πόλεις καὶ χώ-

ρας Ῥωμαίων δουλούμενος, μηδενὸς ὄντος, ὅτῳ ἂν ἀνθίστασθαι

βῆ ταῖς τοιαύταις αὐτοῦ γε ὁρμαῖς. Βυζαντίοις μὲν γὰρ πολλῶν δι'

V. 378 ἐφέσεως μᾶλλον ἦν, καὶ σιωπῶσι καὶ ἐκλαλοῦσι, προδεδόσθαι

οἱ μέχρι Χριστουπόλεως ἅπαντα, ἢ Καντακουζηνῶ προσγενέσθαι

κτίσασθαι. Καντακουζηνῶ δὲ τοῦτο μὲν ἀβούλητόν ὄλωσ ἦν · 10

περισπωμένῳ δ' ὁμως ἐς τὰς ἐκ τῶν ὁμοφύλων μάχας καιρὸς

ὑπερμαχεῖν οὐκ ἐνῆν. διὰ δὲ ταῦτα καὶ πλὴν Θεσσαλονίκης

ἅπαντα μέχρι στενῶν Χριστουπόλεως ἐκείνῳ δεδούλονται · μεθ'

C ὧν καὶ Σεδῶν ὑπάρχει τὸ μέγα τε καὶ θαναμάσιον ἄστν, λιμῶ

καὶ πολιορκία μακροῦ προδοθέν καθ' ὁμολογίαν, δυοῖν ἀμυχανοῖς 15

ἐχθροῖς. (B.) Ἐντεῦθεν ὁ Κράλης μελλῶν ἐαυτοῦ καταστάς

καὶ δαψιλεστέραν ἐαυτῷ πορίζόμενος τὴν ὄφρὸν (ᾗετο γὰρ οὐδὲ

τῶν μέχρι Βυζαντίου λειπομένων Ῥωμαίοις ἀνθέξειν οὐδὲν πρὸς

1. Crali autem Triballorum principi, seditionibus iis, quibus Romani inter se et adversus se invicem saeviebant, ad delicias abutenti, satis nondum erat. Nempe is opportunum illud cupiditati suae tempus et donum fortunae esse ducebat longe maximum. Pervadebat igitur flammae instar, et continenter populabatur subigebatque obvias quasque Romanorum urbes et regiones; quod nemo esset, cui illos impetus reprimere vacaret. Byzantinis enim, et tacitis et confitentibus, optatius multo erat omnia illi Christopolin usque prodi, quam Cantacuzeno acquiri. Cantacuzeno autem omnino quidem nolente id fiebat; civilibus tamen bellis distracto propugnare non licebat. Ea propter omnia ab illo, Thessalonica excepta, Christopolin usque subacta sunt. Atque in iis ipsae etiam Serrhae, magna illa et praeclara civitas, fame et longa obsidione, duobus sane molestissimis hostibus, ad deditioem compulsae. (II.) Ex eo Crales supra se ipsum evectus sumptoque inde grandiori supercilio (nihil quippe eorum, quae Byzantium usque Romanis supererant, viribus suis et supremae potestati restitutum arbitra-

τὴν ἐκείνου ῥώμην τε καὶ ἡγεμονικὴν ἀρχὴν) βασιλεία Ῥωμαίων^{A. M. 6853}
 ἑαυτὸν ἀνηγόρευσε, τὴν τε βάρβαρον δίαιταν ἐς τὰ Ῥωμαίων^{Ind. 13}
 ἡμειψεν ἤδη καὶ καλύπτρα καὶ πάσαις στολαῖς διασήμοις, ὁπό-^{A. C. 1345}
 σαι τῇ μεγάλῃ ταύτῃ γε προσήκουσιν ἀρχῇ, περιφανῶς ἐχρήσατό ^{Imp. Io. Pa-}
 5 τε καὶ χρῆται γε μέχρι καὶ ἐς ἐμέ. ἤδη δὲ καὶ πρὸς τὸν υἱὸν τὴν ^{laeol. 5}
 ὄλην ἡγεμονίαν ἐνειμάτο· καὶ τῷ μὲν ἄρχειν παρέσχε, κατὰ τὰ
 εἰθισμένα τοῖς Τριβαλλοῖς, τῆς ἐκ τε κόλπου τοῦ Ἰονίου καὶ
 αὐτῷ Ἰστροῦ τοῦ ποταμοῦ μέχρι τῆς τῶν Σκοπίων πόλεως, ἧς καὶ
 ποταμὸς Ἀξιὸς ἕνωθέν ποθεν μέγιστος κάτεισι παραψαύων ἡγε-
 10 μονίας· ἑαυτῷ δ' αὐτῶν ἐκεῖθεν Ῥωμαϊκῶν χωρῶν καὶ πόλεων,
 κατὰ τὴν εἰθισμένην Ῥωμαίοις δίαιταν, ἄχρι καὶ ἐς τὰ περὶ Χρι-
 στούπολιν τῶν παρόδων στενά. τὰ γε μὴν ἐκ τῶν τοιούτων στε-
 νῶν ἄχρι Σηλυβρίας καὶ Δέρκου πάντ' εἶχεν ἤδη Καντακουζην-
 νὸς ὑποχείρια, πλὴν Χερρόνησου. (Γ.) Περσικαὶ δὲ δυνάμεις,
 15 ἐξ Ἀσίας δι' Ἑλλησπόντου πᾶσαν ὥραν διαπεραιούμεναι, καθά-
 περ ἐξ οἰκείων ἐς οἰκείας νομᾶς καὶ ἐπαύλεις, συγνάς ἐποιοῦντο
 νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν τὰς θηριώδεις ἐφόδους κατὰ τῶν Θρα-
 κικῶν πόλεων, νῦν μὲν αὐτονομία χρώμενοι ληστρικῇ, νῦν δὲ
 συμμαχεῖν προσποιοῦμενοι Καντακουζηνῷ. ὅπως δ' ἄρα ἦν, ἐνό-
 20 σουν αἱ πόλεις καὶ μάλᾳ πονήρως εἶχον Ῥωμαίοις πᾶσι τὰ πρά-
 γματα. οὔτε γὰρ ὑποζυγίων, οὔτε ποιμνίων οὐδὲν τοῖς ταλαιπώ-
 ροις Θραξίν ἐλλείπτο, οὔτε βοῶν ἀροτήρων οὐδέις, δι' ὧν οἱ
 γεωργοὶ τὰς τῆς γῆς ἀναμοχλεύοντες αὐλάκας τὸν ἡμερήσιον
 καὶ ἀναγκαῖον ἐκπορῶνται δασμὸν τῇ γαστρὶ. κἀντεῦθεν ἀσπό-

20. πᾶσι Βοῖν. pro παῖσι.

batur) Romanum imperatorem ipse se pronunciauit, et vivendi genus a barbarico ad Romanum morem transtulit, tiaraque et omnibus, quae magni huius imperii propria sunt, insignibus palam usus est, et ad hoc usque tempus utitur. Iam vero et cum filio totum imperium partitus illi quidem, ut secundum Triballorum instituta imperaret, ea regione cessit, quae ab Ionio sinu et Istro flumine ad Scopiorum usque urbem pertinet; quam provinciam maximus fluvius sursum alicunde praeterlabitur Axius: sibi vero Romanas regiones et urbes, Romanis institutis regendas, illinc usque ad Christopolitanae fauces reservavit. Quae autem ab illis angustiis ad urbes usque Selybriam et Dercum occurrunt, ea iam omnia Cantacuzenus subegerat, Chersoneso excepta. (III.) At Persae ex Asia per Hellespontum quacun- que tempestate, tanquam ab suis ad suas possessiones et sedes advecti, noctu atque interdium, ferarum instar civitates Thraciae adoriebantur: nunc latronum licentia utendo; nunc se Cantacuzeni copias auxiliarias simulando. Sane ut ut erat, laborabant urbes, et cum omnibus Romanis pessime agebatur. Nihil enim iumentorum, nihil pecorum miserrimis Thracibus reliqui erat; nihil ex bubus aratoribus; quorum opera agricolae, perrupto terrae gremio, quotidianum et necessarium parant faucibus vectigal. Cum itaque

- A. M. 6853 *ρον τε καταλελειμμένης τῆς γῆς καὶ ἀνθρώπων ἐρήμιον παντά-*
 Ind. 13 *πασι, καὶ τὸ ὄλον εἰπεῖν θηριώδους, ἀπορία χρημάτων ἐμάστιζε*
 D *μὲν ἱκανῶς τὸν βασιλέα Καντακουζηνόν, περιϊόντα Θράκην·*
ἐμάστιζε δ' οὐχ ἤττον καὶ Βυζαντίους, τῆς βασιλίδος Ἄννης και-
ριον οὐδὲν περὶ τῶν πραγμάτων μελετᾶν οὐτ' εἰδυίας οὐτ' 5
ἐθελούσης διοίκησιν· ἀλλ' ἀφαιρουμένης μὲν τὸν τῶν ἱερῶν εἰ-
κόνων κόσμον ἀνέδην, καὶ ὃν μὲν ἐκποιουμένης, ὃν δὲ χωνεῖα
 E *παρὰ πεμπούσης· προφάσει μὲν διὰ τὴν ἐς τὰ κοινὰ χρεῖαν, τὸ*
δὲ πλεῖστον εἰς ἑαυτῆς ἴδιον κέρδος. (Δ.) Ταῦτα δ' ἐργαζο-
μένη οὐδὲ τοῦ κακουργεῖν ἀπέσχετο τοὺς ἐνδόξους, καὶ ὅσοι 10
χρημάτων οἰκείων περιουσίᾳ προὔχον ἐδόκουν. δι' ἃ δὴ καὶ ἐς τὸ
μέγα καὶ περιβόητον ἱερὸν τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας, ἀσύλον πάλαι
καταφυγῆς κεκτημένον προνόμια, καταφεύγοντας ἀπέσπων φεῦ
 F *Ἰάπηνως, καὶ πάσαις ἀπεώθουν χερσὶν εἰς εἰρκτὴν καὶ λήθης*
ἅπαν φάναι φρούριον· ὡς ἀναγκασθέντας ἤδη λοιπὸν τοὺς τα-
 V. 379 *λαιπώρους (ἐφευρετικὸν γὰρ εἶναι φασὶ τὴν ἀνάγκην) ἐς τὸ τοῦ*
Γαλάτου καταφεύγειν φρούριον, τῆς περιστάσεως τοῦτο μηχαν-
νησαμένης ἐξ αὐτομάτου φρούριον ὀχυρὸν καὶ ἱερὸν τινα ἄγκυ-
ραν καὶ ἄσυλον ὄντως καταφυγὴν. καίτοι καὶ βαρβάροις καὶ
Ἑλλησι, καὶ πάσῃ γῇ καὶ θαλάσῃ, καὶ πάσαις ἡγεμονικαῖς 20
 P. 469 *ἐξουσίαις, εἰθισμένον αἰεὶ δι' αἰῶνος οἴκτου καὶ σπλάγγνων τοι-*
αῦτα κεκτῆσθαι δέλματα. Χριστιανοῖς δ' οὖσιν ἡμῖν, καὶ νῦν
μάλιστα χρῆζούσι τῆς ὁμοίας πρὸς Θεοῦ τυγχάνειν συμμαχίας,

5. μελετᾶν em. Boiv. pro μελετῶν. 11. περιουσία Boiv. pro πα-
 ρουσία.

ex eo terra inculta remansisset, et colonis omnino vacua, ac prorsus (ut ita dicam) fera, Cantacuzenum imperatorem, regiones illas circumeuntem, non mediocris flagellabat pecuniae inopia; nec minor Byzantios, cum imperatrix Anna nihil circa rerum administrationem opportune statuere aut posset aut vellet; sed sacrarum imaginum ornamenta licentius detraheret, et alia venderet, alia ad aurificem mitteret; specie quidem, ut in usus publicos impenderet; at maxima ex parte, ut in rem suam converteret. (IV.) Haec porro cum faceret, ne tum quidem ab vexandis iis abstinebat, qui illustriores erant, aut rei familiaris copia abundare videbantur. Quocirca et eos, qui ad magnum celeberrimumque S. Sophiae templum, inviolati iamdiu perfugii privilegiis ornatum, confugissent, avellebant heu crudeliter ac totis viribus in carcerem et in quamlibet (ut ita dicam) Oblivii arcem detrudebant. Coacti itaque miseri (etenim ingeniosum quiddam esse necessitatem ferunt) ad Galataeum castellum confugiebant, ipsa videlicet calamitate suapte illud sibi providente, praesidium firmum et sacram quandam ancoram et inviolatum vere perfugium. Atqui et barbaris et Graecis, et omni terrae ac mari, et omnibus imperiis ab omni aevo moris fuit, ut misericordiae et affectus talia apud se haberent exempla. A nobis vero, qui et Christiani sumus, et nunc maxime simili numinis auxilio indigemus, illud inter-

ἀπείρηται τε καὶ παραλέλυται. (E.) Οὐ μόνον δὲ, ἀλλ' ὡσπερ A. C. 1345
 κάλω ραγέντος καὶ δόγματα τῆς ἐκκλησίας ἀνατέτραπται, καὶ Imp. Io. Pa-
 θεῖοι πατέρων κανόνες συγκέχρυνται καὶ πεπάτηνται. δι' ἃ δὴ καὶ laeol. 5
 αὐτὶ τοῦ ναοῦ τὸ κάλλος ἠκρωτηρίασται, καὶ ἐς τὸ ἔδαφος ἔθ-
 5 ῥίπται· δεικνύντος οὕτως προφανῶς τοῦ Θεοῦ καὶ διὰ τῶν φαι-
 νομένων τὴν τῶν οὕτω παρανομομένων ὑπερβολὴν, καὶ οἶον
 τὴν μέλλουσαν προαναφωνοῦντος καὶ ἀπειλοῦντος ἐκδίκησιν. καὶ
 μοι δοκεῖ διὰ τοῦτ' ἄνευ σεισμοῦ καὶ περικλονήσεως γῆς γεγενῆ-
 σθαι τὸ πάθος τοῦτ'.

10 β'. Ἐσπέρα μὲν γὰρ ἦν ἡδὴ καὶ οὐρανὸς αἴθριος, περὶ που C
 τὰ μέσα τῆς νυκτὸς, ὅτε πᾶσι μὲν ἀνθρώπων ὀφθαλμοῖς βαθεῖς
 ληνοβατοῦσα κίρνησι τοὺς ὕπνους ἢ τῆς νυκτὸς σιωπῇ, πρὸς δ'
 ἠϊδᾶς νυκτερινὰς ἀλεκτρυόνας τὰς τε πτέρυγας κινεῖν καὶ τὰς ἐμ-
 φύτους σάλπιγγας ἀνοίγειν ἐμμελῶς μελετῶσι, καὶ τηνικαῦτα πέ-
 15 πτωκεν ἢ μία τῶν αἰθερίων φάναϊ τεττάρων ἀψίδων, ἢ πρὸς ἥλιον
 ἀνίσχοντα βλέπουσα, συνεφελέκυσά τε καὶ συγκαθελοῦσα ἑαυτῇ
 καὶ ὅσον ὑπῆρειδεν ὃ ἐπεκάθητο ἡμισφαίριον· καὶ συντέτριπται D
 μὲν τὰ κρυπτόμενα κάλλη τοῦ βήματος· συντέτριπται δ' ὃ τῶν
 θεῶν ἐκείνων κόσμος εἰκόνων· ἢ δὲ διὰ πάντων ἤκουσα χάρις
 20 ἔσβεσται ταχὺ, καθάπερ ἄνθος ἐν ἀγρῷ καὶ ῥόδον ἐν λεμιῶνι,
 ὁπότε ἄκρις καὶ κάμπη τις ἀδόκητος ἀθρόον ἐπιδράμοι. ἢ δὲ τοὺς
 ἱεροὺς ἐκείνους κίονας περιελίττουσά τε καὶ ποικίλλουσα καὶ νι-
 κῶσα τὸ ἀμιλλώμενον ἅπαν Φειδίου λαξευτικῇ παντάπασιν ἔθ-
 ῥύη τε καὶ ἔσβεσται, λεπτότητα μιμησαμένη ψηφίδων. πανη-

dicitur atque abrogatur. (V.) Quinimo, tanquam ruptis retinaculis, et ipsa quoque ecclesiae dogmata evertuntur, et sacra Patrum praescripta confunduntur ac pedibus subiiciuntur. Eam ob causam ipsa templi pulchritudo mutilata est et ad terram afflicta; Deo palam ita significante, et evidentibus ostentis declarante, quam enormis foret eiusmodi impietas, futuramque ultionem quasi praeiunctante ac minitante: unde et factum puto, ut citra terrae tremorem et agitationem clades illa accideret.

2. Nocte enim iam fere media, caelo sereno, cum silentium ipsum omnibus hominum oculis invergit ac veluti imprimi soporem altissimum; cum et galli ad nocturnos cantus alas movere et ingenitas buccinas modulate inflare meditantur, e quatuor illis arcubus, caelo paene dixerim aemulis, unus, orienti nempe obversus, procubuit, secum trahens et eadem ruina involvens, quaecunque hemisphaerium superimpositum fulciebant: atque ita deleta sunt, quae in bemate pulchra inerant et recondita; deletus est sacrarum imaginum nitor; et gratia illa ubique diffusa brevi evanuit, veluti flos in agro, aut rosa in horto, quando vel locusta vel improvisa eruca statim incurrerit. Illa vero, quae columnas sacras vestiebat ac distinguebat, omne aemulum opus supergressa Phidiae sculptura, effusa omnino et deleta est, minutissimis calculis exaequata. Conciones autem, et conventus, et quae

- A. M. 6853 γύρεις δὲ καὶ ξυναυλῖαι καὶ ἄμιλλαι συνήθεις ἐκεῖ, λογικαὶ τε καὶ
 Ind. 13 ἰεραὶ, παννύχιοι τε καὶ πανημέριοι, πρὸς ἀφωνίαν μετήνεγκαν
 P. 470 τὴν σπονδὴν ὑπ' ἐκπλήξεως. καὶ νῦν τὸ παγκόσμιον θέατρον, τὸ
 πάσης γλώττης τερπνὸν ἀφήγημα, ὃ πάσης ἀκοῆς γλυκὺς θόρυ-
 βος, ἀόρατον ἔστηκε θέαμα, καὶ στήλη τις οἶον ἔμψυχος δι' αἰ-5
 θέρους ποιουμένη τὴν τραγωδίαν, καὶ πάσης γῆς προκαλουμένη
 δάκρυα, καὶ ὡσπερ στόμα διὰ τῆς ὀροφῆς ἄνω διάρασα περι-
 φανῶς ἠλίω καὶ ἀστράσι τὴν ἀδικίαν προσαγγέλλει, καὶ τοὺς οὐ-
 V. 380 ρανοὺς μονονουχὶ προκαλουμένη μάρτυρας ἐκεῖνα δὴ τὰ τῶν
 B προσητῶν περιμάδει πρὸς κύριον· „υἱὸι μητρός μου ἐμαχέσαντό 10
 με· ἐπάταξάν με, ἐτραυμάτισάν με· καὶ ἡ ὑπερηφανία τῶν μι-
 σούντων με ἀνέβη διὰ παντός.” (B.) Τούτων δ' οὐτω συμβε-
 βηκότων, τῆς φήμης ἔωθεν ὀνείσης καὶ ἀνὰ πᾶσαν διαδοθεί-
 σης τὴν πόλιν, βοῆ καὶ θρήνος ἠγέρετο μείζων, ἢ κατ' ἐκείνον
 τὸν πάλαι, ὅποτε Ναβουχοδονόσορ ὁ Ἀσσύριος, ἄρδην ἔξανδρα- 15
 C σποδισάμενος Ἱερουσαλήμ, ὁμοῦ καὶ τὸ τοῦ Σολομωντείου νεῶ
 καθεῖλέ τε καὶ ἀφήρηται κλέος. ἐκενοῦντο τοίνυν οἰκίαι πᾶσαι
 καὶ ἀγοραὶ καὶ θέατρα, καὶ πάντες ἐπὶ τὴν θέαν τοῦ πάθους
 ἀθρόον ἐξέθειον· καὶ οὐδεὶς ἦν, ὅτι προὔργιατερον ἕτερον ἦν τῶν
 ἀπάντων, ὃ τῆς σπονδῆς ἀπασχολῆσαι ταύτης ἂν δυνηθείη. περι- 20
 στάντες οὖν καὶ ἀπολοφνυράμενοι πάντες, ὁπόσον εἰκὸς, ἔπειτα
 κῦψαντες ἐξεφόρου τὴν ὕλην τῶν λρειπίων· καὶ ἦν οὐδεὶς τῶν
 D ἀπάντων τέως ἀξυντελής· οὐδ' ἦν ἐκεῖ διακρίνειν πλούσιον ἐκ
 πενήτων, οὐδ' ἐξ ἀδόξων ἔνδοξον, οὐδ' ἐκ δεσπύτου δοῦλον, οὐ

22. κῦψαντες Boiv. pro κῦψαντες.

solebant haberi illic diebus et noctibus perpetuis dialecticae theologicaeque disputationes, studium suum in silentium prae stupore verterunt. Et nunc theatrum illud universo orbi commune, iucundus omnis linguae sermo, dulcissimum auribus quibuslibet murmur, inadspectum adstat spectaculum, et quaedam velut columna animata tragoediam medio aëre exhibet, totiusque orbis lacrymas ciet; et ore quasi per culmen superne diducto, soli et astris indignum facinus palam annunciat; caelum denique tantum non testem advocat, et prophetica illa Deo occinit: „Filiis matris meae pugnaverunt contra me: percusserunt me, vulneraverunt me; et superbia eorum, qui oderunt me, adscendit semper.” (II.) Id cum ita accidisset, manante statim fama, et per totam urbem mane disseminata, maior et clamor et luctus excitatus est, quam olim exstitit, cum Assyrius Nabuchodonosor, Solyma funditus eversa, Salomonici quoque templi magnificentiam diruit atque sustulit. Omnia itaque et tecta et fora et theatra deserebantur, omnibus ad illius cladis spectaculum confestim accurrentibus: et nemo erat, cui aliud quidquam curae impensioris esset, quod ab officio illo posset avocare. Circumfusi igitur et lamentati omnes, quantum par erat, mox inclinato corpore materiem et rudera exportabant; nec tum quisquam ex omnibus erat immunis; nec ibi divitem a paupere discerneres, nec illustrem ab obscuro, nec

μεντᾶν οὐδ' ἐκ βαναύσων εὐγενῆ. ἀλλὰ πρὸς μίαν ἐπίσης ἀνε- A. C. 1345
κίονατο πάντων ἢ πρόθεσις ζήλον φορᾶν. πολὺ γε μὴν τῶν ἀν- Imp. Io. Pa-
δρῶν ἢ τῶν γυναικῶν ὑπερεῖχεν εἰς τοῦτον σπουδῆ. ἅτε γὰρ εὐ- laeol. 5
παθέστερον πρὸς δακρῶν τὸ γένος φορᾶν, πλουσίοις λοιπὸν
5 τοῖς δάκρυσι ρυίνουσαι τὰς τε πλίνθους καὶ πέτρας ἐκείνας ἔπειτα E
ἐπετίθουσι τοῖς ὤμοις, οὐδαμῆ περιλάμπρων ἐνδυμάτων ἐνταῦθα
φροντίζουσαι, ῥηγνυμένων καὶ κόπυος πληρουμένων ὑπὸ τε τῆς
πολυμυγοῦς ἐκείνης ὕλης ὑπὸ τε τῆς ἐξ ἀλλήλων καὶ δι' ἀλλήλων
συνεχοῦς τε καὶ ἀγχιστρόφου περιφορᾶς. εἶπεν ἄν τις πηγᾶς
10 ἀφιέναι δακρῶν τὴν ὕλην ἐκφορομένην ἐκείνην· οὕτω κατὰ πο-
ταμοὺς ἐχώρει τότε δάκρυα πασῶν ἐκεῖ γυναικῶν, ἐνδόξων ὁμοῦ
καὶ ἀδόξων, καὶ οὕτω μακροῖς ἀνεμῆνυτο θρήνοις ὁ ζῆλος ἐκεῖ- F
των καὶ ἡ σπουδῆ, ῥαστώνης οὐδεμιᾶς δυνηθείσης διακόψαι τὸν
δρόμον καὶ τὴν συνέχειαν, ἐφ' ὅλοις ἐγγύς που νυχθημέροις τριά-
15 κοντα. (Γ.) Ἐλέγεται μέντοι πρὸς τῶν πολλῶν, ὡς εἰ μὴ προῦ-
πάρχειν συνέβαινε τὰς πρὸς ἑω κρηπίδας καὶ τὰ ἐρείσματα, ὅποσα
πρὸς Ἀνδρονίκου τοῦ βασιλέως πάλαι ἀνωκοδόμηγται πάνυ τοι
φιλοτίμως, κἄν πολλαπλάσιον ἐγεγόνει τὸ πτώμα καὶ τῶν γε P. 471
ἀνιάτων ἐν ἧν. καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον· καὶ τὸ
20 θέρους ἐν τούτοις ἐτελεύτα. (Δ.) Κακῶν δ' ἀνακωχῆ τις οὐτ'
ἦν, οὐτ' ἠλπίζετο· ἀλλ' ἐφ' ἑτέροις ἕτερα διηνεκῶς ἐπέβρε, καὶ ἐπὶ τὸ
χεῖρον ἠΐξε καὶ προῦβαινε. ἢ τε γὰρ γῆ παντάπασιν
εἰπεῖν ὑσπορός τε καὶ ἀγεώργητος ἐλείπετο· τῶν τ' ἐπιτηδείων

6. περὶ λαμπρῶν conī. Boiv.

servum a domino, nec nobilem ab operis mercenariis. Sed in eundem ar-
doris impetum omnium pariter voluntas coalescebat. Mulierum tamen se-
dulitas multo maior quam hominum in navanda opera fuit. Etenim illae,
utpote sexu ad uberem lacrymarum vim propensiore, largo demum fletu
lateres ac lapides illos respergebant; humeris deinde imponebant, neuti-
quam tunc sollicitae de sumptuosis vestimentis, quae et lacerabat et pul-
vere opplebat tum confusa illa materia, tum continua et crebro iterata ab
aliis ad alios per manus translatio. Dixisses materiam illam, quae exporta-
batur, lacrymarum fontibus scaturire: adeo tunc torrentium instar ibant
omnium quae erant illic mulierum, illustrium simul et ignobilium, lacrymae:
adeo ingenti luctu mixtus erat illarum zelus et officiosa diligentia: siquidem
illos cursus et continuos labores nulla potuit mollities interrumpere, per-
petuis ferme trīginta diebus et noctibus. (III.) Caeterum a plerisque dicti-
tabatur, nisi orientem versus occurrissent fundamenta et moles, quas iam-
pridem imperator Andronicus magnifice admodum substruxerat, futuram
multo maiorem ruinam, atque illud vulnus insanabile exstiturum fuisse. Porro
haec ita se habuerunt; ac in iis aestas consumpta est. (IV.) Malorum au-
tem remissio nulla neque erat, neque sperabatur; sed perpetuo alia ex aliis
affluebant, ingravescebantque et provehebantur in peius. Nam et terra se-
minibus omnino paene fraudabatur, et inculta remanebat; et rerum ad vi-

- A. M. 6853 μακρά τις ἐπεπόλαξε σπάνις διὰ τὰς τῶν ἄλλοτ' ἄλλων πολε-
 Ind. 13 B μίων ἐφόδους· καὶ ἅμα χρημάτων πόρος ἦν οὐδείς οὐδαμῶθεν,
 οὔτε τοῖς πένησιν ἐννοῆσαι δι' ἐργασίας ἡστίνοσοῦν, οὔτε τοῖς
 ἄρχουσιν, ὅθεν ἔρανόν τινα δασμολογοῦντες ἀργυρολογήσουσι.
 καὶ ἦν ἰδεῖν κενουμένας τὰς πόλεις, καὶ τοὺς μὲν ἐς ἄλλοδαπήνδ
 μετοικοῦντας, τοὺς δ' ἐν ἀπογνώσει μένοντας. (E.) Καὶ Λακε-
 δαιμόνιοι μὲν πάλαι χρυσοφοεῖν τὰς γυναικας ἔπαυσαν, καὶ ἅμα
 Cοὶ τὸ τῆς πάλαι Ῥώμης διοικοῦντες ἀξίωμα, ψηφίσμασί τε καὶ
 δόγμασι δημοσίοις καὶ ἀσαλεύτοις ἐκάτεροι· οἱ μὲν διὰ τὸ ἐν
 V.381 Λείκτροις ὑπὸ Θηβαίων σφίσι γενόμενον πάθος, ὅποτε δὴ μι- 10
 κροῦ τὴν πᾶσαν ἔκτειρεν ὀπλιτικὴν ἀκμὴν τῆς Σπάρτης Ἐπαμει-
 νώνδας ἐκείνος, Βοιωταρχῶν τηρικαῦτα· οἱ δὲ δι' Ἀντίβαν τὸν
 Καρχηδόνιον, ὅποτε περὶ τε Κανύσιον πεδῖον καὶ Ἀφείδιον πο-
 ταμὸν τοῖς κατὰ Ῥωμαίων μακροῖς ἐκείνοις τροπαιοῖς τελευταῖον
 Dτουτ' ἐπιθεῖς καὶ συγκλείσας τὴν μυριάριθμον ἐκείνην Ῥωμαίων 15
 κατηγωνίσαστο στρατιάν· ὡς τοῖς πλουσίοις ἐκείνοις αἵμασι βαφῆ-
 ναί τε ποταμοῦ τὸ ῥόδιον καὶ, ἄνευ ὕδατος, αἱμάτων ἔχειν ἄνω-
 θεν εἶναι δοκεῖν τὰς πηγάς. (ς.) Νῦν δ' ὡσπερ ἐξ ἑνός τινος αὐ-
 τομάτου κηρύγματος, διαδραμόντος ἀπάσας πόλεις Ῥωμαίων,
 μήτε μηδένα ἀνδρῶν μήτε γυναικῶν μηδεμίαν λαμπρόφορεῖν, 20
 ἀλλ' ὁμόσε πάντας ἐλέσθαι μελαίναις ἐσθῆσι ξυνεπεπτώκει κε-
 Eχρηῆσθαι, οὓς μὲν λύπης ἕνεκα προῦπαρξάσης ἕπαξ, οὓς δὲ διὰ
 τὰς κοινὰς καὶ δημοσίους κῆράς τε καὶ συμφορὰς τῶν ὁμοφύλων·
 ὡς μὴ πόλει καὶ πολιτεῖα τὰ Ῥωμαίων εἰοικέναι πράγματα, ἀλλ'

13. Κανύσιον dici pro Καννήσιον vult Boiv.

ctum necessariorum magnam quandam inopiam induxerant hostium alias aliorum incursiones; nec parandae alicunde pecuniae ratio ulla a pauperibus excogitari poterat, quamcunque illi artem exercerent: nec erat magnatibus, unde corrogata aliqua stipe pecuniam cogerent; et urbes videre erat desolatas, aliis peregre abeuntibus, aliis domi desperata salute remanentibus. (V.) Olim quidem Lacedaemonii mulieribus edixerunt, ut gestare aurum desinerent; nec non ii, qui veteris Romae imperium administrabant; consultis utrique et decretis publicis, iisque inconcussis: illi propter Leuctris acceptam a Thebanis cladem, cum robur Spartaee militare totum fere excisum est virtute illius Epaninondae, qui tum Boeotis imperabat: hi vero, eo quod Hannibal Carthaginienensis in Cannensi agro, apud Aufidum flumen, magnis illis, quas de Romanis reportaverat, victoriis novissima adiecta, coactas in unum locum innumerabiles Romanorum copias ita profligavit, ut largo cruore tinctis fluctibus, non ex aquae sed e sanguinis fontibus derivari amnis videretur. (VI.) Nunc vero, quasi edicto aliquo totas Romanorum urbes suapte pervagato, sic usu venit, ut nullus vir, nulla mulier veste candente, sed omnes pulla uterentur; alii dolore aliquo semel praecepto, alii communem ac publicam vicem et suorum civium infortunia dolentes; ita ut non civitati reive publicae simile esset Romanum imperium, sed obscura quaedam

- ἀμαρῶ τινὰ καμνόντων εἶδωλα εἶναι, καὶ πόρρωθεν μονοῦδ' A. C. 1345
 προαναφωνοῦντα ἀλλήλοις τὴν ἔνδον τῆς ψυχῆς φλεγμονὴν, ὅσην Imp. Io. Pa-
 ἐκάστῳ δαψιλῶς χορηγεῖν οὐ λήγει τὸ κακόδαιμον νῦν τῆς Ῥω- laeol. 5
 μαίων τύχης· παραπλησίως τῶν ἰατρῶν ἐκεῖνοις, ἐπάγοντος τοῦ F
 5 θεοῦ τοῖς κοινοῖς τε καὶ ἰδιάζουσι Ῥωμαίων πράγμασι τὴν ἰα-
 τρεύουσαν δίκην, οἳ μὴ τῇ ὀξύτῃ καὶ ἀνυσμιωτάτῃ κέχρηται
 καυτηρίῳ, ὅτι μὴ τῇ μαλακωτέρῳ τε καὶ διὰ μακροῦ ποιουμένη
 τοῦ χρόνου τὴν ἴασιν· ὁ πολλῶ δὲ τοῦ προτέρου δοκεῖ πῶς ἀνια-
 ρότερον, οὐ συνιεῖσι τοῖς πλείστοις τοὺς θεῖους καὶ οἰκονομικοὺς
 10 τῆς προνοίας τρόπους, ὁπότε καιρὸν ἐθέλοι διδόναι μετανοίας
 τοῖς τὰ μέγιστα ἁμαρτάνουσιν. ἀνθρώποι μὲν γὰρ πολλῶ ῥῆον P. 472
 τὰς οἰκείας ἐστὶν οἰκοδομίας καθαιρεῖν, ἢ κτίζειν· θεῶ δὲ, φι-
 λανθρώπῳ γε ὄντι, ταχίστην μὲν τὴν οἰκοδομὴν καὶ σύστασιν,
 καὶ θᾶττον ἢ λόγος, τῶν γινομένων ποιῆσθαι· τὴν δὲ γε καθαι-
 15 ρεσιν διὰ μακροῦ τε τοῦ χρόνου καὶ βραδυτέραν ὡς τὰ πολλὰ,
 καὶ μάλα μόλις· μονοουχὶ δεικνύντι περιφανῶς, ἐκύτερον εἶναι,
 τὸ μὲν αὐτῶ κατὰ βούλησιν, τὸ δὲ κατ' ἀμφοτέρα· τότ' ἀβού-
 λητον*** καὶ ὁ πρὸς διόρθωσιν ἔχει κράτιστον σύμβουλον ἅμα
 καὶ σύμμαχον τὸν τοῦ χρόνου διάυλον.
- 20 γ'. Ταῦτ' ἐννοῶν καὶ αὐτὸς οὔτε νωθρότητα περὶ τὰ πολέ- A. M. 6854
 μια καὶ ἀφέλειαν περὶ τὴν ἐνεσιῶσαν περίστασιν ἔχω καταγι- Ind. 14
 νόσκειν τοῦ βασιλέως Καντακουζηνοῦ, οὔτε ζηλοτυπίαν καὶ κότον A. C. 1346
 ἀπέραντον Ἄννης αἰτιᾶσθαι, καὶ ἀκατάλλακτον ἔχθραν· ἀλλὰ Imp. Io. Pa-
 μυστικωτέροισιν τινὰς τῆς προνοίας τρόπους· ἢ τὰ πάντῃ καλῶς B
 V. 382

18. Nonnulla desunt. Vide Notas.

simulacra luce carentium esse viderentur, quae e longinquo sibi invicem quasi praedicarent intimum animi dolorem; eum nempe, quem unicuique non desinit cumulate exhibere praesens Romanorum infelicitas. Nimirum publicis et privatis Romanorum rebus divina iustitia sic ferme medetur, ut illi medici, qui non praesentissimo efficacissimoque cauterio utuntur, sed leniore, et curationem in longum ducturo. Istud autem multo quam illud molestius videtur; non intelligentibus plerisque divina et benigna Providentiae consilia, quando illa poenitendi spatium iis largitur, qui gravissime deliquerint. Etenim hominibus quidem multo facilius est propria aedificia destruere, quam construere: Deo autem, utpote clementiori, rerum aedificatio et coagmentatio celerrime ac dicto citius, eversio non nisi longo tempore, et ut plurimum lentius, aegreque admodum perficitur. Nimirum ille tantum non aperte ostendit, alterum quidem se volente, alterum vero partim volente, partim nolente fieri *** quod ad emendationem optimum habet consiliarium et adiutorem, moram ipsam longi temporis.

3. Haec et ipse mecum reputans nec socordiae in bello gerendo, nec simplicitatis in illo rerum statu nimiae Cantacuzenum imperatorem ausim damnare, nec zelotypiam Annae et odium implacabile causari; sed occultiora quaedam Providentiae consilia, quae omnia recte administrans crimi-

- A. M. 6854 διοικοῦσα τὰς ἐν ἄλλοις ἡμαρτημένας αἰτίας καιροῖς ἐν ἑτέροις.
 ind. 14 λαμπρῶς ἀποδίδωσι, γεωργίας μιμουμένη λόγους· ἢ καὶ αὐτὴ
 C τὴν τῶν σπερμάτων καταβολὴν ἐν ἄλλοις τῇ γῆ ποιουμένη και-
 ροῖς ἐν ἑτέροις τρυγᾷ τοὺς καρπούς. (B.) Διὰ δὲ ταῦτα καὶ
 μνησθῆναι μιᾶς τινος ἀνεπιφθόνως τῶν ἐπιστολῶν Καντακουζην-5
 νοῦ, γενομένοις ἡμῖν ἐνταυθοῖ τῆς διηγῆσεως; πρὸς βουλήσεως
 γίνεται· αἱ διὰ τοῦτο σεσίγηται μοι μέχρι νῦν, καὶ ταῦτα πολ-
 λαί τινες οὔσαι καὶ συνεχεῖς αἱ πεμπόμεναι πρὸς αὐτοῦ Βυζαν-
 τίοις, ὅτι πολλὴν τινα τὴν ὑπόπτωσιν εἶχον καὶ σμικροπρεπῆ
 D τινὰ τὴν παράκλησιν· ἔξόν διαγορηγορήσαντι στρατηγικώτερον 10
 τρόπον κραταιότεραν ποιήσασθαι καὶ σπύδαιότεραν τὴν τοῦ
 ἀγῶνος κρίσιν, καὶ μὴ μάτην οὕτω τρίβειν τὸν χρόνον, καὶ φθεί-
 ρειν μὲν ἑαυτὸν, φθεῖρειν δὲ τὰ Ῥωμαίων οὐ δέον πράγματα, ὡς
 καὶ ἐς γόνυ πεσόντα ἤδη μηκέτ' ἐλπίζειν ῥαδίως ἐπὶ τῶν εἰδισμένων
 P. 473 κρηπίδων ἐστήξειν· ἔχειν γὰρ αὐτὸν, εἴπερ ἐβούλετο, πρὸς ἀρ-15
 χαιότερα τὴν μίμησιν ἀναφέρειν τῶν ἔργων, Ἀλεξίου τοῦ Κομνη-
 νοῦ δηλαδὴ καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ (ὧν ἡ ὀξύτης εὐχερῶς Βυζαν-
 τίοις ἀφείλετο, προσηκόντως φυλάττεσθαι τὴν τῶν πολεμίων ἐπί-
 νοιαν καὶ τὸ τῆς ἐφόδου τάχος) καὶ μερῖα ἐν ἄλλοις ἄλλα τῶν
 τε ὁμοφύλων καὶ ἄλλοφύλων, παραπλησίαις καὶ μελῶσιν ἐντετυ-20
 χηκότων ἄλλοτ' ἄλλως ἄλλων περιστάσεσι βιαίων καὶ δυσανταγω-
 B νιστικωτέρων μάλα πραγμάτων. (Γ.) Ὅμως ἐπεὶ τοῖς τῆς προ-
 νοίας ἀποδρόῃτοις πελάγεσι τὸ τῶν τοιοῦτων λόγων ἐπαφήκαμεν
 σκάφος, φέρε τὴν ὑπόσχεσιν ἀποδῶμεν, μιᾶς τινος τῶν Καντα-

nibus alio tempore admissis alio mercedem amplam rependit; agriculturae morem imitata, quae et ipsa, alio tempore mandatis terrae seminibus, alio colligit fructus. (II.) Quapropter hac in parte historiae libet selectam unam ex Cantacuzeni epistolis citra invidiam proferre: quas ideo hactenus omisimus (quamvis ille multas et continuas ad Byzantios miserit), quia nimiam quandam humilitatem et indignas obsecrationes continebant; cum ille posset, si (ut imperatorem decuit) vigilans fuisset, maiori strenuitate ac diligentia totam controversiam dirimere, non autem ita tempus frustra terere, simulque et se ipsum et Romanum imperium, cum minime oporteret, adeo afflictare, ut iam in genua prolapsus non speret institutum se unquam facile prioribus vestigiis. Potuit enim ille, si voluisset, antiquiora quaedam sibi ad imitandum facta proponere, Alexii nempe Comneni, et eorum, qui ipsum antecessere (quorum acris virtus Byzantiis facile praeripuit, ne hostium consilia celeritatemque impressionis opportune praecaverent) et infinita diversaque tam popularium suorum quam externorum hominum exempla, qui in similibus atque etiam in maioribus negotiorum turbulentorum difficiliorumque molestiis alias aliter versati sunt. (III.) Verum quia arcano Providentiae profundo earum rerum causas et rationes, veluti cymbam aliquam, permissimus; age, promissum absolvamus, ac unam ex longioribus

κουζήνοῦ μακρῶν ἐς Βυζαντίους ἐπιστολῶν ποιησάμενοι μνήμην, A. C. 1346
 τοῦ τε μήκους ὑφαιρούμενοι τὰ πλεῖστα, τοῦ ἐπαχθοῦς εἴνεκα, ^{Imp. Io. Pa-}
 καὶ ἕμα τὸ ἀκαλλῆς τῶν λέξεων πῆ μὲν μικρὸν ὑπερείδοντες τε καὶ ^{laeol. 5}
 ἀνεγείροντες, τοῦ εὐπρεποῦς εἴνεκα τῶν ἀκούσειν μελλόντων, πῆ
 5 δ' ἔωντες, διὰ τὴν τῆς ἀληθείας ἐναργεστέραν τῶν λεγομένων C
 δήλωσιν. (Δ.) „Οἶσθα”, φησὶν, „ἀγιώτατε δέσποτα πατριάρχα,
 τὴν φιλίαν, ὅπόσῃν ἐνεδειξάμην πρὸς σὲ καὶ τὴν σὴν τιμὴν, καὶ
 ὅπόσοι σοι κατὰ γένος προσῆκον· ὅσῃν τε σπουδῆν εἰσήνεγκα,
 πρὸς τὴν πατριαρχικὴν ἀναχθῆναί σε περιωπῆν, μήτε μηδεμιᾶς
 10 γενομένης μνήμης οὐδενὶ τῶν ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων ἐν ταῖς
 πατριαρχικαῖς ψηφηφορίαις περὶ σοῦ, μήτ' αὖ ἡμῶν εἰσαγα- D
 γόντων τὴν μνήμην ὕψὲ τὴν σὴν, ἀναμφίλεκτον εὐρηκότων τὴν
 εἰσαγωγῆν, ἀφανεία τετιμημένην τέως μακροῦ καὶ βαθεία. ὅμως
 οἶσθα, ὅπόσους τηρικαῦτα διητηλήκαμεν ὑπὲρ τῆς σῆς τοὺς πόρους
 15 τιμῆς, πάντων ἀνθισταμένων μικροῦ, καὶ τυραννικὴν καλοῦν-
 των ἐκείνην ἡμῶν τὴν σπουδῆν. οἶσθα δ' αὖ καὶ μετὰ τὸ γενέ-
 σθαι, πόσαις ἐνέτιγες περιστάσεσι πρὸς τοῦ Ἀποκαύκου, τὰς βα-
 σιλικὰς ὑπορύττοντος ἀκοῆς, καὶ συχνὰ τῶν θρόνων σε πείθον- E
 τος καθελείν. ὧν ἀπάντων καθαιρέτης ὑπῆρχον αὐτὸς, μηχανή-
 20 μασις ἀνθιστὰς μηχανήματα καὶ ἐλεπόλεσιν ἐλεπόλεις, καὶ πύρ-
 ρος σοι γινόμενος κράτιστος καὶ θεμέλιος ἄσειστος. Δέον οὖν
 καὶ σὲ τοῖς ὁμοίοις ἡμῶς ἀμείβεσθαι, σὺ δὲ καὶ προσεπιδασυ-
 λείσω τὰ χεῖριστα καθ' ἡμῶν. δεηθῆναί σε χρεῶν τοίνυν τοῦ
 Θεοῦ, μὴ πυραπλησίου τυχεῖν ἐκείνου κριτοῦ. καὶ εἰ μὲν εἰς πέ-

Cantacuzeni ad Byzantios epistolis sic afferamus, ut et pleraque taedii vi-
 tandi gratia recidamus, et invenustas dictiones, modo auditorum et decori
 ipsius causa fulciamus leviter et erigamus, modo ad rerum veritatem evi-
 dentius declarandam intactas relinquamus. (IV.) „Scis (inquit) sanctissime
 domine patriarcha, quam studiosum me et tui et dignitatis tuae et eorum
 omnium, qui te cognatione attingerent, semper gesserim; et quantum dili-
 gentiae contulerim, ut tu ad patriarchalem honorem eveherere, cum nullus
 de te sive episcopus, sive presbyter, mentionem in ferendis suffragiis eli-
 gendoque patriarcha iniecisset, nec ipsa tui nominatio, quam magna et pro-
 funda caligine ad illam usque diem dignati fuerant, controversia caruisset.
 Scis tamen, quantos honoris tui causa labores tum sustinuerimus, omnibus
 ferme refragantibus, ac nostrum illud studium tyrannicum vocitantibus. Scis
 rursus et quantis, postquam patriarcha renunciatus es, negotiis implicatus
 fueris, obtundente imperatoris aures Apocauco, atque ut te de gradu deiici-
 ceret subinde suadente. Ea ego omnia compressi, machinationes machina-
 tionibus, vires viribus opponendo, ac me ipsum tibi propugnaculum muni-
 tissimum fundamentumque inconcussum praebendo. Cum itaque paribus pa-
 ria referri oporteret, tu nos iniuriis cumulatos pessime remuneratus es. Su-
 perest igitur, ut Deum roges, ne eum iudicem experire tui similem. Quod

- A. M. 6854 ραν ἰὼν πρότερον συνεβούλευες μὲν ἔμοι τὰ δοκοῦντα χρησιὰ,
 Ind. 14 F εὐρισκας δ' οὖν δυσανασχετοῦντα καὶ μὴ πειθόμενον, ἄν τινα
 V. 383 πρόφασιν ἢ σὴ καθ' ἡμῶν τῆς κακίας ταύτης συσκευή. νῦν δ'
 οὐδένα σοι λόγον εὐπροφάσιστον οἶμαι λελεῖσθαι, πρὸς ἀπολο-
 γίαν τῶν οὕτω δρωμένων ἴοντι. ἅπαξ γὰρ ἀπειρηκῶτι παντάπασιν 5
 τὴν πρὸς ἐμὲ τοῦ λοιποῦ συμφωνίαν, ἐξ οὐδεμιᾶς προφάσεως,
 P. 474 οὐδένα περὶ τῶν ἀποβαινόντων ἐντεῦθεν τοῖς Ῥωμαίων πράγμασι
 δυσχερῶν ποιῆσθαι λόγον πεφρόντικας. Εἰ οὖν ὀπὲ γοῦν, μετὰ
 τὴν πείραν τῆς ἀποβάσεως καὶ τῶν ἐν ὕψει διηνεκεῖ κακῶν, εἰς
 τὸ τῆς εἰρήνης ἀποβλέψαις καλὸν, σῶζεις μὲν τὸ κατ'ἀλεῖμμα τῶν 10
 Ῥωμαίων, σῶζεις δὲ σαυτὸν, καὶ βασιλεία τὸν νέον, μετὰ τῆς μη-
 τρὸς καὶ βασιλίδος Ἄννης. εἰ δὲ τοῖς ὁμοίοις ἔτι θέλεις ἐμμένειν,
 ἡμεῖς μὲν οὐκ ἐθέλονται βουληθεῖν μιν ἄν ποτε γενέσθαι τῆς οἰ-
 B κείας τύχης καὶ ζωῆς προδῶται· σοὶ δ' ἔσται μετόμελος ἀνόνη-
 τος, αἰσχυνομένη καὶ κινδυνεύοντι περὶ τὰ μέγιστα, σὺν γε δὴ 15
 τοῖς ταυτὰ σοι συμβουλευομένοις. Ὄμνυμι δὲ σοι τὴν ἁγίαν καὶ
 ζωαρχικὴν τριάδα, τὸν ἕνα θεὸν, ὡς οὔτε ζῶντος τοῦ μακαρίτου
 βασιλέως, οὔτε θανόντος, μεμελέτηκα οὔτε βεβούλευμαι δοῦν
 τῶν ἀπάντων οὐδὲν, ὃ μὴ κατὰ γνώμην ἦν ἐκείνῳ, τῶν βασι-
 λείων ἕνεκα πραγμάτων δηλαδὴ, οὔτε μὴν κατὰ τῆς ἐκείνου συ- 20
 C ζύγου, οὔτ' αὖ κατὰ τοῦ νέου βασιλέως κάκεινον νείως· οὔθ'
 ἦν ἀπεδίδουν μετὰ τὸν τοῦ βασιλέως θάνατον βασιλικὴν ἔμοιγε
 τιμὴν, ἐν ταῖς ὑπαντήσεσι τῶν οἰκείων ἀποβάντες ἵππων, τῆς

2. εἶχεν add. cod. Vat. 5. ἀπειρηκῶτι pro ἀπειρηκῶς, ut Boiv. annotat.

si, facto prius mei periculo, ea quidem suasisses mihi, quae tu optima censis-
 sisses, me vero impatientem et minime audientem dicto offendisses, fuisset
 certe aliquis tuae in nos iniquae molitionis praetextus. Nunc vero nulla,
 opinor, tibi plausibilis ratio relicta est, si ad ea quae fecisti defendenda ag-
 grediare. Abiecta enim semel, nullo praetextu, omni mecum in posterum
 coniunctione, nullam deinde curam, nullam rationem habuisti eorum malo-
 rum, quae in Romanum imperium inde redundarent. At si sero saltem, ipso
 eventu et continuo malorum conspectu edoctus, ad pacis bona respicias, ser-
 vabis etiamnum et Romanorum quod superest, et te ipsum, et iuniorum im-
 peratorem cum matre Anna imperatrice. Sin velis in eodem semper institu-
 to perstare, nobis sane, ut fortunam ac vitam nostram ultro prodamus,
 nunquam volentibus accidet: te autem nequicquam poenitebit, pudore af-
 fectum, et in maximis periclitantem, cum iis qui eadem tecum senserint.
 Ego vero sacrosanctam almamque Trinitatem, Deum unicum, iuro, me nec vivo
 Divae memoriae imperatore, nec eodem mortuo, meditatam esse aut con-
 stituisse quidquam facere, quod non illi probatum fuisset, quantum scilicet
 ad imperatoria negotia attinuerit: non quidem adversus illius coniugem;
 neque etiam adversus iuniorum imperatorem, eorum filium: neque honorem
 illum, quem mihi post imperatoris mortem propriis equis desilientes obvii
 quique tribuebant, de sententia mea mihi unquam, sed proprio quodam il-

ἐμῆς ἐτύγχανε γνώμης, ἀλλὰ τις ἰδιότροπος ἐκείνων ὁρμή. ἐγὼ δὲ A. C. 1346
 πάντ' ἔδρων αἰεὶ μετὰ τῆς οἴκοθεν δαπάνης, ὅσα συντήρησιν εἴχε Imp. Io. Pa-
 τῆς τούτων ζωῆς, καὶ ἀσφαλείας σφίσι ἐπῆρχεν ἀκρόπολις. Οὐ laeol. 5
 τοίνυν σιωπήσειν εἰς τέλος τὴν θείαν οἴομαι δίκην, τοσαύτης μὲν D
 5 ῥαγείσης κατ' ἐμοῦ καὶ τῶν σὺν ἐμοὶ τῆς ἀδικίας ἐξ ὑμῶν, το-
 σοῦτων δὲ χεθόντων αἰμάτων, τοσοῦτων δὲ γενομένων καὶ γινομέ-
 νων διὰ τὴν ὑμετέραν κακίαν ἐφόδιον βαρβαρικῶν, τοσοῦτων δ'
 αἰχμαλώτων νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἀπαγομένων· ἀλλὰ ταχεῖαν
 καὶ ἀποχρῶσαν καὶ καθ' ὑμῶν ἐποίησιν τὴν ἐκδίκησιν, ὥσπερ
 10 δῆτα καὶ κατὰ τῶν ἄλλων, οὓς ἔργον ζήφους, ἐμοῦ σιωπῶντος,
 ἐπεπράχει τὸ θεῖον πρὸ ὀφθαλμῶν ὑμῶν, ἵν' ὑμεῖς τοῖς τῶν ἄλ- E
 λων κακοῖς παιδευθεῖτε. εἰ μὲντοι τοσαύτην ἐθρέψατε δι' ἐμὲ
 τὴν θηριωδίαν ἐν τῇ ψυχῇ κατὰ πάντων ἀπλῶς Χριστιανῶν, καὶ
 σιδήρου μὲν παντὸς σκληροτέραν ἐκτίσασθε τὴν καρδίαν, φειδῶ
 15 δὲ πᾶσα καὶ οἶκτος ἕπας καθάπαξ ἐρῶν τῶν σπλάγγων, μάρ-
 τυς ἔστω πρῶτον μὲν ὁ τὰ πάντα βλέπων ἀκοίμητος ὀφθαλμὸς
 τοῦ θεοῦ· δεύτερον δ', ἣ τὰ πάντα βόσκουσα τὰν γῆν λαμπὰς F
 ἡλίου, ὡς τὸ γ' ἐμὸν παντάπασιν μέρος ἀπολελόγημαι, καὶ πλειό-
 νων οὐ δέομαι λόγων. Ἄπτομαι δ' οὖν καὶ τῶν σῶν γονάτων
 20 ἀπάσῃ προθέσει ψυχῆς, καὶ πρὸς τὸν ἀπάντων ὀρκίζω σε ποιη-
 τὴν, μὴ κατοκνήσαντι γένοιτό σοι τὴν ἡμετέραν ταύτην γραφὴν
 λήθης ἐκδοῦναι ῥοθίοις καὶ ἀφανείας πυθμῆσι καλύψαι. ἀλλὰ
 κοινῶσαι φίλοις καὶ συγγενέσι, κοινῶσαι συνετοῖς ἀνδράσιν· ἵνα
 δυοῖν θάτερον, ἣ τὰ συνοίσοντα συμβουλεύσουσι πείθεσθαι ἔχης, P. 475

9. ὑμῶν em. Boiv. pro ἡμῶν.

20. τοῦ ποιητοῦ conl. Boiv.

lorum motu, delatum fuisse. Enimvero nihil non feci quovis tempore, meis
 etiam impensis, quo conservari eorum vita et salutis praesidium iis muniri
 posset. Non semper itaque, opinor, divina tacebit iustitia, cum vestra in
 me et meos iniquitas eo proruperit; cum sanguinis tantum effusum sit; cum
 tot factae sint, atque etiamnum fiant culpa vestra, barbaricae incursiones;
 cum denique tot captivi noctu pariter et interdiu abducantur. Sed celeres
 a vobis et pares meritis poenas persequetur, uti nimirum a caeteris, quos
 tacente me, sub oculis vestris, ut vos alienis cladibus erudiremini, divinum
 numen ferro absumpsit. Quod si mei causa tantam animo adversus omnes
 Christianos alitis immanitatem, et quovis ferro rigidiora corda geritis, omnis
 autem et moderatio et misericordia semel omnino e visceribus effluxit, testis
 esto primum quidem ille, a quo omnia perspiciuntur, pervigil Dei oculus:
 deinde fax ipsa solis, terrestrium omnium alitrix; me, quod ad me attinebat,
 defensionem meam abunde probavisse, nec rationibus mihi pluribus opus
 esse. Omni igitur animi voluntate genua tua amplector, et per omnium re-
 rum conditorem obsecro te, ne negligentia tua accidat, ut haec nostra epi-
 stola oblivione aut alto silentio mersa obruatur; sed ut cum intimis ac ne-
 cessariis tuis, cum viris intelligentibus eam communices. Ita quippe duorum
 alterum futurum est, ut aut melioris consilii auctores, quos sequare, habeas;

A. M. 6854 ἢ μάρτυρες γούν τῶν γινομένων τε καὶ ἀποβαινόντων εἶεν αὐτοί.”

Ind. 14

(E.) Ἐκεῖνος μὲν οὖν ἐρυθροῖς τε καὶ οἰκειοχείροις εἰς μῆκος ἐκτείνας γραμμασι τὴν ἐπιστολὴν, καὶ πολλῇ τῇ περὶ τὴν δέξιον σμικροπρεπείᾳ τοῦ ἡθους χρησάμενος, ἵνα τῷ ἄκρῳ τοῦ μέσου τύχη, τὸν λόγον ἐνταῦθα πού κατέπαυσεν. ἡμεῖς δὲ, τὰναγ-5

V. 384 καιότερα τῆς προθέσεως ἐκεῖθεν ἐρανισάμενοι, τὴν προσήκουσαν ἐξεθέμεθα δῆλωσιν ἐνταυθαῖ.

B δ'. Τῷ γε μὴν πατριάρχῃ ταῦτα ἀκηκοῦτι, οὐχ οἶαν κατὰ τῶν πρὶν πεμπομένων, τοιαύτην κἀνταῦθα τὴν ὄφρὸν ἐπεδείξατο ἄλλ' εἰς τὸ σωφρονέστερον τὴν διάθεσιν τῆς ψυχῆς ὑπὸ τῶν τοῦ 10 χρόνου κυμάτων πεπεισμένος τρέπειν τοιάδε τινα ἀπεφθέγγατο.

(B.) „Ἀμφοτέροις (φησὶν) εἰκότως ἂν τις ἐπιτιμήσειε, Καντακουζηνῷ τε κἀμοί, ἀνθρωπίνως διατεθεῖσι πρὸς τὴν παροῦσαν σπου-

C δὴν, καὶ μηδὲν ὑψηλότερον ἐννοεῖν βουληθεῖσιν, ὡς εἰ μὴ κἀν τὰ τῆς ἄνωθεν συνεπιλαμβάνοι προνοίας, μάταιος πῦσα καθάπαξ 15 εἰπεῖν τῶν ἀνθρώπων σπουδῆ. ὕθεν ὄψε, μετὰ μακρὰν καὶ δριμυτέραν τὴν πείραν, τὸ δέον μανθάνειν ἀρχόμεθα, ὅτε δυσχερῆς ἢ τῶν σφαλμάτων ἐστὶ δίορθωσις. ὁ μὲν γὰρ εἰς τὸν βασιλέα Μι-

χαῆλ τὸν Παλαιολόγον τὴν μνήμην ἀνενεγκῶν ἐμέμψατο τὴν εἰς τὸν τοῦ τελευταίου βασιλέως υἱὸν ἀδικίαν καὶ τὴν τοῦ βα- 20

D σιλείου κράτους τυραννικὴν ἀντιληψιν· καὶ βέλτιον ἢ κατ' ἐκεῖνον εἰς τὴν τοιαύτην καὶ αὐτὸς ἐληλυθέναι βεβουλημένος ἐγγείρησιν, αὐτὸς μὲν ὑπούλως καὶ μετὰ τινων ἀπατηλῶν καὶ σεσοφισμένων προφάσεων, τὸ βασίλειον περιζώσασθαι κράτος βεβού-

8. Pro ὃ γε μὴν πατρ. τ. ἀκηκῶς, ut observat Boiv.

aut saltem eorum, quae geruntur quaeque accidunt, ipsi testes existant.”

(V.) Rubris ille litteris et propria manu cum epistolam longius produxisset, et multam in supplicando pusilli animi significationem dedisset, ut medio extremum responderet, orationem ibi ferme conclusit. Nos vero quae ad praesens institutum maxime pertinebant, inde excerpimus, et eorum expositionem hoc loco, ita ut conveniens erat, edidimus.

4. His patriarcha auditis, non eodem fastu has litteras excepit, quo superiores; sed suadente illius temporis perturbatione, animi sui sententiam ad meliorem frugem revocavit, et sic ferme loquutus est. (H.) „Ambobus,” inquit, „merito quispiam succenseat et Cantacuzeno et mihi, qui nos, ut humanum erat, in praesenti negotio gessimus, ac non altiora quaedam cogitare voluimus; inanem videlicet esse omnem omnino hominum diligentiam, nisi et caelestis adsit Providentia. Unde fit, ut sero, post longam et acerbam experientiam, quid expediat tum intelligere incipiamus, cum difficile est nostris mederi erratis. Etenim hic, cum ad imperatorem Michaëlem Palaeologum animum retulisset, eum, quod imperatoris defuncti filium affecisset iniuria, ac tyrannice in summam potestatem invasisset, improbitavit; et honestius quam ille eadem aggredi volens, sibi quidem subdole, captiosius quibusdam et commentitiis rationibus allegatis, imperatoriam auctori-

λενται· τὸν δὲ τοῦ τετελευτηκότος υἱὸν βασιλέως εἰληφέναι γυμ- A. C. 1346
 βρὸν ἐπὶ θυγατρὶ πρὸς διαδοχὴν τῆς βασιλείας· πρῶγμα δι- Imp. Io. Pa-
 καιότερον ἴσως καὶ ἡμερον, καὶ πάσης μέμψεως ὑπερόριον ἔχον laeol. 5
 τὸν πόδα. οὗ κατὰ βούλησιν θείων οὐκ ὄντος, ὡς ἔοικε, συνε- E
 5 πεπτώκει καὶ πρὸς ἐπισφαλεῖς διανοίας τὸν νοῦν ἀγαγεῖν, καὶ
 πολέμιον ἰσχυρὸν τοῖς ἐκείνου τοιοῦτοις βουλευμάσι καταστήναι,
 ἀναμνησθέντα τῆς τοῦ τηρικαῦτα πατριαρχεύοντος Ἀρσενίου νο-
 θρότητας· δι' ἣν, ὡς ἡμῖν γε νερόμισται, ἐπιροχίαί ποικίλαι τε
 καὶ φρικώδεις προὔβησαν, καὶ τὰ τῆς τότε' ἀδικίας ἐπὶ τὸ μέγ- P. 476
 10 στον προκεχωρήκει· ὡς ἐκεῖθεν τῆς τοῦ Θεοῦ σφοδρῶς ἐκκαυθεί-
 σης ὀργῆς, τὰ μέγιστα κατὰ Ῥωμαίων βλαστῆσαι κακὰ, καὶ μα-
 κροὺς κακοδαιμονίας ἐγεροθῆναι κατὰ τῶν κοινῶν πραγμάτων καὶ
 βιαίους κλύδωνας ἄχρι καὶ ἔς τὴν τήμερον. ἤμην γὰρ, ὡς εἰ
 ζῶσαν ἔχων ἐκεῖνος τότε ψυχὴν ἀνθίστατο τοῖς ἐκείνου περὶ τῆς
 15 βασιλείας βουλευμάσι τε καὶ πράγμασιν, ἥμιστ' ἂν δῆπου το- B
 σαῦτα κατὰ Ῥωμαίων ἐκέχυτο τὰ δεινά. ὄθεν τὴν τότε προσήκου-
 σαν μὲν θεραπείαν, ἥμιστα δὲ γενομένην, ἐν τοῖς νῦν καιροῖς
 καὶ πράγμασιν ἐπιδείκνυσθαι θέλων αὐτὸς, καὶ πολὺν τινα τὸν
 τύφον καὶ τὴν ὄφρὸν ἐπισυρομένους θρόψας λογισμοὺς, ἀπάση
 20 προθέσει ψυχῆς εἰς τὸν κατὰ τοῦ Καντακουζηνοῦ διανέστην πό-
 λεμον, λαμπρῶς τινος δῆθεν προφάσεως ἔχων ἐφόδια πρὸς διέγερ-
 σιν, τὰ τε ἄλλα καὶ ὅπως ἐκ τοῦ παραχορήμα πρὸς ὑπεροφίαν C
 ἤθους ἑαυτὸν μετεσκεύασε, καὶ ἅμα κὰν ταῖς τῶν οἰκειῶν ἐπιστο- V. 385
 λῶν ἐπισημασίαις τὸ σύνηθες δοῦλον ἀπέπατο, ἀφαιρούμενος

tatem arrogare, mortui autem imperatoris filium generum et imperii suc-
 cessorem adsumere decrevit: id quod iustius fortasse benigniusque, et ex-
 tra omnem reprehensionem positum erat. Sed quia alia, ut videtur, Dei
 voluntas fuit, eo factum est, ut et ipse ad incautas cogitationes animum ap-
 pellerem, et hisce illius consiliis hostem me acerrimum opponerem, cum Ar-
 senii, qui patriarcha illis temporibus fuit, socordiam animo reputassem, per
 quam effectum, meo quidem iudicio, ut in varia horrendaque periuria ire-
 tur, et ea quae tum exstitit iniuria progredere longissime; ita ut, minime
 gravi ira accenso, maxima inde in Romanos pullularint mala, magna-
 que in rempublicam calamitates et violenti ad hodiernam usque diem fluctus pro-
 ruerint. Putabam enim, si is, animo acri et vivido praeditus, illius tunc
 de imperio invadendo consiliis molitionibusque obstitisset, minime utique tot
 mala redundatura in Romanos fuisse. Medicinam igitur, quae tum oppor-
 tuna quidem erat, sed neutquam facta est, cum ipse hoc tempore atque hoc
 rerum statu vellem adhibere, et cogitationes animo alerem plenas fastus et
 arrogantiae, omni studio ad persequendum bello Cantacuzenum erexi me;
 speciosas videlicet quasdam causas, quibus tanquam irritamentis uterer, tum
 alias habens, tum maxime, quod ingenium suum ille ad superbiam repente
 traduxisset, ac in propriis epistolis obsignandis usitatum subditum morem

A. M. 6854 ἄντικρος Ἄννης τῆς βασιλίδος καὶ τοῦ ταύτης υἱοῦ τὴν ἡγεμο-
 Ind. 14 νικὴν ἔξουσιαν. διὸ καὶ πεπρόχαμεν ἄμφω πλέον οὐδέν, ἢ πᾶσαν
 ἐκτρίψαι Ῥωμαίων ἄρδην ἰσχὺν, καὶ μέχρι θεμελίων αὐτῶν κα-
 D θελεῖν, εἴ τί που χρηστῶν ἐλπίδων τοῖς πράγμασι λείπεται ζώ-
 πυρον. τοῖς γὰρ ἀνθρωπίναις ἀναρτῶσι τὸ πᾶν ἐπινοίαις ἐξ ἄβου-5
 λίας ἐς τοιαύτας κατετηγῆθαι κῆρας οὐδὲν ἀπεικὸς ὅτι μὴ
 καὶ τῷ θεῷ μάλα προσῆκον σκοπῶ, χαλινον μὲν ἐπιτιθέντι σαφῆ
 τῆ τῶν ἀνθρωπίνων λογισμῶν αὐθαδεῖα, διδασκαλίαν δ' ἐναργῆ
 διὰ τῆς τῶν πραγμάτων πείρας περιφανῶς τοῖς ἐφεξῆς αἰῶσι πα-
 E ραπέμποντι· ὡς ἡμῖν τὰ τῆς παροιμίας ἄντικρος συμβαίνειν ἐκεί- 10
 νης, ἢ κάμηλος (λεγούσης) ἐπιθυμιάσασα κεράτων καὶ τὰ ὄτα
 προσαπώλεσεν. ἐπιθυμιάσαντες γὰρ καὶ αὐτοὶ δόξης καὶ τύχης
 μελλόνος, καὶ καιρὸν ἔχειν ἐκάτεροι δόξαντες ἐκτεῖναι τοὺς τῶν
 Ῥωμαίων ὄρους, καὶ τῶν ὄντων ἐξέστημεν· καὶ πλουσίον πένη-
 τες, καὶ ἐνδόξων ἄδοξοι γεγενήμεθα. ἂ τοίνυν ἐχοῖν ἡμῖν καὶ 15
 F διανοεῖσθαι καὶ δρῆν ὑπὲρ τοῦ κοινῆ συμφέροντος, πρὶν ἢ πα-
 θεῖν, ὄψε γοῦν, μετὰ τὸ παθεῖν, ἄξιον καὶ διανοεῖσθαι καὶ δρῆν·
 ἵνα μὴ καὶ τῶν ἀλίεων ἐκείνων ὦμεν χεῖρους, οἷς μετὰ τὸ πλη-
 γῆναι τὴν τῶν καθηκόντων προσγίνεσθαι ἔπεισιν αἰσθησιν.”
 (Γ.) Ταῦτα διανοηθεῖς καὶ φθειγῆς ὁ πατριάρχης λόγοις 20
 πειθανωτέρους ὑπέειπε καὶ ἐπεχείρει πείθειν συνθέσθαι καὶ τὴν βα-
 P.477 σιλίδα Ἄνναν. εἶναι γὰρ ἔφρασκε βέλτιον, ἐκόντας Καντακουζηνῶ
 σπεισαμένους, τὴν κρείττω μοῖραν καρποῦσθαι, πρὶν ἀφαιρε-

abdicasset, atque adeo ab imperatrice Anna et ab eius filio supremam po-
 testatem palam auferret. Quamobrem uterque nihil aliud fecimus, nisi to-
 tas penitus Romanorum vires attrivimus, et si qua forte bonae spei scintil-
 lula in rebus reliqua esset, eam funditus sustulimus. Nos enim, qui omnia
 ad humanam industriam imprudentes referunt, eo calamitatis devolvi nihil
 mirum; immo maxime congruit cum divina providentiā; cuius est hic scop-
 us, ut humani animi arrogantiae fraenum certum iniiciat, et per ipsam re-
 rum experientiam evidens ad posteros documentum aperte transmittat. No-
 bis itaque id plane usu venit, quod vulgari proverbio dici solet: Camelum
 cornua appetentem etiam auribus orbatam esse. Nam et ipsi cum amplio-
 rem dignitatem fortunamque appetemus, et occasionem utrique Romanos
 limites promovendi oblatam nobis putaremus, etiam iis, qui tum erant, de-
 iecti sumus; iidemque ex opulentis inopes, ex illustribus viles et inglorii
 evasimus. Quae igitur oportebat nos et providere et facere publicae utili-
 tatis causa, antequam lapsi essemus, ea sero saltem, ac postquam lapsi su-
 mus, facere aequum est ac providere: ne et piscatoribus illis stultiores esse
 videamur, quibus quae facienda fuerint sentire tunc subit, cum inflicta est
 plaga.” (III.) Haec patriarcha cum et animo agitasset et ore pronunciasset,
 dictis ad persuadendum accommodatioribus Annam subibat, eique ut sen-
 tentiae suae accederet persuadeere conabatur. Satius nempe esse dictitabat,
 pace cum Cantacuzeno sponte facta, partis potiri melioris, quam ubi ab

θέντας ἅπαντα οὐχ ἐκόντας μηδὲ τῆς ἐλαχίστης ἄδακρυτῆ κλη- A. C. 1346
 ρούχους εἶναι δύνασθαι. πρὸς ταῦτα δυσχεράνασα λίαν ἡ βασι- Imp. Io. Pa-
 λης ἐπίβουλον ἐκάλει τὸν σύμβουλον, καὶ ὄλαις παλάμαις πόρρω laeol. 5
 που τῶν ὀφθαλμῶν ἐώθει τὸν ἄνθρωπον. αὕτη σκανδάλων ἀρχὴ
 5 καὶ κατάστασις πρώτη κατὰ τοῦ πατριάρχου τῆ βασιλίδι καθί- B
 σταται. (A.) Ἀφ' οὗ γὰρ τὸ τῆς ζηλοτυπίας αὐτὴν κατέσχε πά-
 θος, ὃ κατὰ τοῦ βασιλέως Καντακουζηνοῦ καὶ τῆς βασιλίδος
 Εἰρήνης εἰς τὸ δαψιλέστερον ἔθρεψεν, οὐδ' ἄκροισ ὠσὶν οὐδαμῆ
 ποτ' ἠνείχετο λόγον ἀκούειν ὑπὲρ ἐκείνων συμβατικόν. ἀλλ' ἦν
 10 αὐτῇ διάπυρος ἔρωσ καὶ ξένον ἐντρούφημα, λοιδορίας ἀπάσας καὶ
 βλασφημίας ἀσέμνους κατ' ἐκείνων καὶ λέγειν αἰεὶ, καὶ λεγόντων
 ἄλλων ἀκούειν. τοῦτο περιφανῆ καὶ κατὰδηλον πέπραχε πῦσιν ἐν C
 βραχεῖ τῆς ὄλης κακίας τὴν ῥίζαν, ὅθεν καὶ ἡ τῆς ἐμφυλίου μά-
 χης ἐβλύστησε πρόφασις, καὶ ὅπως εἰς τέλος παρέμεινε δαπανῶσα
 15 καὶ φθείρουσα τὰ Ῥωμαίων πράγματα. ἦν δ' ἡ τῆς βασιλίδος
 Ἄννης ζηλότυπος καὶ χαιρέκακος γνώμη, καθάπερ ἡμῖν ἐν τοῖς
 ἀνωτέρω πολλάκις εἴρηται λόγοις· ἥς τὴν Ῥωμαίων ἠλλάξατο
 προδίλως εὐδαιμονίαν αὕτη, καὶ δι' ἦν τῶν ὄλων προδοτίς D
 πραγμάτων ἐγένετο. (E.) Οὐ τοσοῦτον δ' οἶμαι νειμεσῶν ἂν τις
 20 αὐτῇ, μὴ δυνηθείη διαβλέψαι καὶ διακρῖναι τὸ κρεῖττον ἀπὸ
 τοῦ χειρόνος, γυναικί τε οὔσῃ καὶ ἀλλοφύλου τροφῆς καὶ διαί-
 τῆς ἡλικιωτίδι, καὶ ἅμα μὴ δυναμένη παντάπασιν ἀνανῆσαι τοῦ
 τῆς ζηλοτυπίας πάθους, ὅσον αὐτῷ τε πατριάρχῃ καὶ συγκλήτῳ V. 336
 πάσῃ καὶ γερονσίᾳ τοσαύτῃ, τῇ παραλόγῳ ταύτῃ καθάπερ ἄν-

invitis omnia ablata essent, ne minimam quidem posse partem sine lacrymis propriam habere. At Anna imperatrix moleste admodum haec ferens eum, qui suasor esset, insidiatorem vocitare, et totis viribus hominem conspectu suo procul amovere. Et haec fuit origo ac primum fundamentum offensio- nis, quae Annam inter et patriarcham intercessit. (IV.) Ex quo enim zelotypia tenebatur, quam illa affectionem malam in Cantacuzenum impe- ratorem et imperatricem Irenen impendio alebat, ne primis quidem auri- bus audire unquam sustinuerat verbum ullum de reconcilianda cum iis gra- tia. Sed ipsi libido quaedam flagrans et mirum erat oblectamentum, omnia et maledicta et foeda in eos probra subinde iacere, aut alios audire maledi- centes. Id evidentem et manifestam omnibus brevi effecit totius mali pri- mam radicem, quae et civili bello originem dedisset, et ad extremum usque perstitisset rem Romanam atterere atque labefactare. Nimirum ea erat An- nae imperatricis zelotypia et malignitas, uti nos supra saepe diximus, quam illa Romanae felicitati palam praetulit, et cuius explendae causa totum im- perium prodidit. (V.) Minus tamen, opinor, aliquis ei succenseat, utpote quae meliora distinguere et discernere a peioribus non potuerit; cum et mul- lier esset, et educatione ac vivendi genere peregrino per omnem aetatem instituta esset, simulque haud posset omnino a zelotypiae labe ad sanitatem emergere; quam et ipsi patriarchae, et curiae omni, et tot senatoribus, qui

A. M. 6854 δράποδα πειθομένοις ἔξουσία, κύβον τ' ἀναρῶσαι τοσοῦτον
 Ind. 14 **Ε** καὶ πρὸς ἕνα λαθόντας ἐθειλοντὰς ῥιφῆναι κίνδυνον, καὶ κοινὸν
 ἀλλήλοις γενέσθαι δυστύχημα καὶ ναυάγιον. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν
 τούτοις ἦν· καὶ ἡ τῶν τῆς βασιλίδος Ἄννης κατὰ τοῦ πατριάρ-
 χου σκανδάλων πρόφασις ἐκ τοιούτων σπινθήρων ἀναρῶπιζέσθαι 15
 πρὸς αἰθερίας φλόγας ἔσχε τὴν ἀρχήν.

P. 478 **Ε**. Ὁ δὲ Καντακουζηνὸς, ἀπογνοὺς τὴν ἐντεῦθεν εἰρήνην,
 ἑτέρας ἐπεχείρησε τέμνειν ἀλλοκας ἐννοιῶν τε καὶ πράξεων. καὶ
 πρῶτον μὲν σπεύσας εἴλε Σηλυβρίαν καθ' ὁμολογίαν, ἐν ᾗ καὶ
 πύργον εἰς ἀκροπόλεως ἀσφάλειαν ὠκοδομήσατο πάνυ τοι ὀχυρόν. 10
 ἔπειτ' ἀπιὼν εἰς Ὁρεστιάδα καὶ συνηθροικῶς τοὺς τε κατὰ Θρά-
 κην ἐπισκόπους, καὶ ὅσοι φυγάδες ἐκ Βυζαντίου γενόμενοι συμ-
 παρήσαν αὐτῷ, βασιλικὴν περιτίθησι τῇ κεφαλῇ ταινίαν, κατὰ

Β τὸ πάλαι κεκρατηκὸς τοῖς βασιλεῦσιν ἔθος, τῇ τοιαύτῃ πανη-
 γύρει διακονησαμένον τοῦ τῶν Ἱεροσολύμων πατριάρχου. ἔτυχε 15
 γὰρ καὶ αὐτὸς μετὰ τῶν ἐκ Βυζαντίου φηγάδων ἐκεῖ τηρικαῦτα
 παριῶν. ἔπειτα κραταιότερον ἐπέθετο Βυζάντιον ἐλεῖν ταῖς κρύφα
 συσκευαῖς καὶ ἐπιβουλαῖς. (B.) Διὸ καὶ τὸν τῆς Βιθυνίας σα-
 τράπην Ὑρκανὸν, μεγίσταις δωρεαῖς τε καὶ ὑποσχέσεσι τῆς βασι-
 λίδος Ἄννης ὀρῶν ὑποκλίνειν σκεπτόμενον, καὶ ἅμα συννοῶν, 20

Κ ὡς τὰ μέγιστα σφῆλαι δύναται πᾶσαν ἦν ἂν οὗτος ἐπιβάληται
 δρᾶν κατὰ Βυζαντίων ἐγχείρησιν, γείτων τε ὧν ἐγγύτατος καὶ
 τῇ δυνάμει τοὺς κατ' αὐτὸν ἤδη Περσικοὺς ὑπερῆρων σατράπας
 τῶν ἀναγκαίων ἐνόμισεν, ἀγαγέσθαι γαμβρὸν ἐπὶ τῇ θυγατρὶ

veluti mancipia potestati illi insanienti adeo obsequuti sunt, ut aleam eius-
 modi iacerent, et ultro in unum omnes discrimen imprudentes inciderent,
 sibi que invicem commune infortunium atque naufragium existerent. Sed
 haec quidem eo erant redacta; semenque illud fuit offensivum, quae An-
 nam inter ac patriarcham exortae sunt; et ab hisce scintillis ducto initio,
 ad aethera usque ventilatum est incendium.

5. Cantacuzenus vero, abiecta pacis inde habendae spe, alia coepit et
 consilia et facta animo designare. Ac primo quidem cum accelerasset, Se-
 lybriam in deditionem accepit; in qua et turrin, tutandae arcis causa, mu-
 nitissimam exstruxit. Deinde Orestiadem profectus, convocatisque Thra-
 ciae episcopis, et iis omnibus, qui Byzantio egressi apud ipsam exules ad-
 erant, imperatorium capiti diadema imponit, recepto iam inde antiquitus
 principum more, ministro illius celebrationis Hierosolymorum patriarcha.
 Forte enim et ipse tunc cum iis, qui Byzantio exulabant, illic aderat. Ex
 eo enixius incubuit ad capiendum clandestinis molitionibus et insidiis By-
 zantium. (II.) Quamobrem et Bithyniae satrapam Hyrcanum cum ad im-
 peratricis Annae dona et promissa maxima animo inclinantem videret, si-
 mulque intelligeret, posse eum, quaecunque ipse adversus Byzantios esset
 conaturus, maxime labefactare, quod is et proximus esset vicinus, et po-
 tentia Persicos iam illius temporis satrapas anteiret, necesse esse sibi duxit

Μαρία, πάλαι τοῦτο ζητοῦντα σὺν σφοδρῶ καὶ φλέγοντι τῷ A. C. 1346
 πόθῳ, καὶ πρὸς τοὺς ἰσχύτους ἐλάσαι κινδύνους, εἰ μὴ τῆς ἐρω- Imp. Io. Pa-
 μένης ἐπιτυχῆς γένοιτο, σφοδρῶς ἀπειλοῦντα. οὐ γὰρ ἦν που τῶν laeol. 5
 εἰκότων, ὡς πορῶτάτῳ που διαιωόμενον, πάνυ τοι νέας οὔσης D
 5 καὶ εὐπροσώπου τῆς κόρης καὶ γένους εὐδαίμονος, ἐραστὴν ἐκ
 μόνης γενέσθαι τῆς ἀκοῆς, ἄνδρα παρηβηκότα καὶ βάρβαρον.
 κάπειδὴ τοὺς περὶ ψυχῆς ἑώρα τὸν Καντακουζηνὸν ἀγῶνας τέως
 σταδιοδρομοῦντα, καιρὸν ἔχειν ὥήθη, κραταιότερον ἐπιθέσθαι
 τῇ ζητήσῃ. διὸ καὶ νῦν μὲν ταῖς τῆς συμμαχίας ὑποσαίνων ἐλ-
 10 πῖσι, νῦν δὲ ταῖς ἀπειλαῖς περιδεῖα καθιστῶν (ἦν γὰρ εἰς πλοῦτον
 ἑλλητικῶς βαθὺν καὶ σφόδρα πολυτελῆ, καὶ μεγάλην ἔχων ἀρχὴν E
 ἐν Ἀσίᾳ, καὶ πολλὴν περιβεβλημένος δύναμιν ὕπλων καὶ στρα-
 τῶν Περσικῶν) οὐκ εἰς μακρὰν γε ἐτετυχήκει τοῦ ποθομένου,
 καὶ τὰς τῆς βασιλίδος Ἄννης σπονδὰς εὐθὺς ἀπέλυτο. καὶ ἦν P. 479
 15 ἐντεῦθεν φοβερός τις καὶ ἄμαχος Καντακουζηνός. (Γ.) Ἀχθ- V. 387
 σθεῖσά γε μὴν ἡ βασιλὶς Ἄννα τῷ γεγονότι καὶ ἀπογνοῦσα τῶν
 ἐκεῖθεν ἐλπίδων ἐφ' ἑτέρας ἐτρέπετο· καὶ δῶρα τὴν ταχίστην δα-
 ψιλέστερα πέμψασα τοῖς περὶ Φιλαδελφίαν σατραπίαις Κᾶρας καὶ
 Λυδοὺς συνήθροισε, καὶ Ἰωνας, καὶ ὅσοι τῶν ἰππέων ἦσαν ἐκεῖ-
 20 θεν ἐπίλεκτοι Περσῶν. καὶ τὸ ἔαρ ἐν τούτοις ἐτελεύτα. (Δ.) Ἄριτ B
 δὲ τοῦ ἡλίου τὰς θερινὰς ποιουμένου τροπᾶς, τὸν Ἑλλήσπον- A. C. 1346
 τον ἡ Περσικὴ διαπεραιωσαμένη δύναμις αὕτη, εἰς ἕξ χιλιάδας Imp. Io. Pa-
 ἕγγιστά που τὸν ἀριθμὸν ἀναφέρουσα, λείαν Μυσῶν τὰ ἐκεῖ- laeol. 6
 θεν ἄχρι καὶ ἐς Βυζάντιον ἐπιπορευομένη πάντα πεποιήται, μη-

eum generum adsumere, Maria filia in matrimonium ei data, id iampridem
 vehementer cupienti et ardentissime optanti, et nisi virgine amata potire-
 tur, extrema pericula illaturum se atrociter minitanti. Nec enim par erat,
 eum, qui tam procul degeret, tenerae admodum venustaeque et natalibus
 clarae virginis amatorem esse ex sola auditione, virum barbarum et aetate
 provectum. Cum itaque Cantacuzenum videret in certamen vitae tum de-
 scendentem, adesse sibi tempus existimavit incumbendi vehementius peti-
 tion. Nunc igitur auxiliorum spe demulcens, nunc terrificans minis (etenim
 ad summas opes emerserat, et imperium longe florentissimum maximumque
 in Asia habebat, magna armorum exercituumque Persicorum copia circum-
 septus) voti compos brevi factus est, statimque Annae imperatrici societa-
 tem renunciavit. Metuendus inde ac praevalens esse coepit Cantacuzenus.
 (III.) At imperatrix Anna, cum id quod actum erat aegre ferret, et quid-
 quid spei inde affulserat abiecisset, alio se convertit, et muneribus quam-
 primum ad eos satrapas, qui apud Philadelphiam versabantur, pinguioribus
 missis, Caras, Lydos et Ionas convocavit, et quidquid lectorum ibi equi-
 tum Persarum esset. Atque interea ver effluxit. (IV.) Sole autem recens
 ab aestivo solstitio sese convertente, Persicae illae vires, quae sex ferme
 hominum millibus constabant, traiecto Hellesponto, Mysorum praedam omnia
 inde Byzantium usque pervadendo effecere, nullo discrimine, utriuscunque

A. M. 6854 δὲν διακρίνουσα, ὁποτέρως εἴη τὰ ἐν ποσὶν αὐθεντίας· ἀλλ' ὁμοῦ
 Ind. 14 πάντα κέρδους ἕνεκα λογιζομένη χρήματα. ἐπεὶ δὲ ξύν γε τῷ πάντ'
 Cαριθμὸν ὑπερβαίνουντι πλήθει τῶν αἰχμαλώτων καὶ τῶν λαφύρων
 ἐκείνων πρὸ τῶν τοῦ Βυζαντίου τειχῶν ἰόντες ἠύλισαντο, πολ-
 λῆς τῆς δεξιώσεως καὶ φιλοφροσύνης ἤξιῶνται πρὸς τῆς βασιλίδος 5
 Ἄννης, μηδαμῆ τῶν πρᾶσσομένων αἰσθάνεσθαι βουλομένης,
 μηδ' οἶκτον γοῦν τινα βραχὺν λαμβανούσης ὁπωσοῦν τοῦ μεγάλου
 πάθους ἐκείνου καὶ τῆς κοινῆς τῶν αἰχμαλώτων κραυγῆς,
 Dῆ μέχρι τῶν αἰθερίων ἀψίδων ἀναφερομένη μικροῦ πᾶσαν ἐξέ-
 πληττει ἀκοήν Βυζαντιῶν καὶ πάντας ἠνάγκαζεν ὀφθαλμοὺς 10
 ἀφιέναι δακρύων πηγᾶς· καὶ μάλιστα ὅτε δίκην ὄρμαθῶν ἀλύσει
 δεδεμένους ἐκ τῶν τραχήλων κομίζοντες τοὺς ἀθλίους οἱ βάρβα-
 ροὶ παρὰ τὰς τῆς πόλεως πύλας συχναῖς ταῖς μάστιξιν ἔπιον,
 ἐπληττον, ζείρωσκον, πολυταλάντου πράσεως ἕνεκα. ἐφ' οἷς
 ἀμείλικτος ἔμενε τὸ παράπαν αὐτῆ, καὶ ὡσερ ἐπεντροφῶσα τοῖς 15
 Eγινόμενοι. ἄτε γὰρ οἶμαι ἀλλόφυλος οὔσα, καὶ ἅμα τὴν τῆς
 γνώμης ἕξιν σκληροτέραν ἐκ φύσεως ἐσχηκῦῖα, πᾶσιν ὁμοίως
 ἤχθετο Ῥωμαίοις καὶ κατὰ πάσης ἄρδην ἐχώρει τύχης. (E.) Ἐπεὶ
 δ' ἐκείνων ζητούντων τοὺς ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἄξοντας, καὶ ἡγε-
 μόνας ἔσομένους τῆς ὁδοῦ καὶ τῆς μάχης, στρατιώτας Ῥωμαίων 20
 πολλή τις ἦν ἀπορία καὶ σπάνις, καὶ οὐδ' εἰς τὴν τοῦ Βυζαντίου
 Fφρουρὰν ἀρκέσειν ᾤοντο τοὺς ἐν ὄπλοις τηρικαῦτα παρόντας,
 ἀναστρέψαντες πάντα τε ἐδήλωσαν τὰ τοῦ Βυζαντίου προάστεια

8. καὶ add. Boiv. 21. οὐδ' εἰς em. Boiv. pro οὐδεῖς.

ditionis essent ea, quae occurrebant, et eandem omnium lucri faciendi causa rationem habentes. Postquam autem omni numero maiorem captivorum et manubiarum vim secum trahentes pro muris Byzantinis consedere, ab imperatrice Anna humanissime et perbenigne excepti sunt, nolente scilicet eorum quae gerebantur sensum ullum accipere, ac ne minimam quidem misericordiam capiente magnae illius cladis et communis captivorum vociferationis, quae ad caeli usque convexa ferebatur et omnium ferme Byzantium aures feriebat, omnesque oculos cogebat lacrymarum fontibus scaturire; tum maxime quum catenis tanquam monilibus obtorto collo, miseris barbari ad urbis portas deducerent, et verberibus crebris ferirent, caederent, vulnerarent, ut grandi deinde pecunia eos venundarent. Haec inter omnino illa immisericors manebat, et iis, quae fierent, tanquam deliciis frui videbatur. Nimirum peregrina cum esset, simulque animum a natura accipisset indolis durioris, omnibus pariter infensa erat Romanis, et in quoslibet, cuiuscunque conditionis essent, grassabatur. (V.) Sed cum illi Romanos milites dari sibi peterent, qui adversus hostes praecituri viaeque et pugnae duces exstituri forent, et horum magna quaedam esset penuria atque paucitas, ac ne ad Byzantium quidem tutandum satis futuri esse viderentur ii, qui tum in armis erant, conversi retro omnia Selybriam usque By-

μέχρι Σηλυβρίας, κακέῳ σπεισάμενοι τῷ Καντακουζηνῷ καὶ δῶρα A. C. 1346
 πρὸς ἐκεῖνον λαβόντες, ὅποσα εἰκὸς, διεπεραιώθησαν οἴκαδε, Imp. Io. Pa-
 μήτε μηδὲν ὦν χάριν ἐκλήθησαν καὶ πᾶν τοῦναντίον δρᾶσαντες. laeol. 6

καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον. (ς.) Πρὸ γε μὴν τοῦ
 5 ἐνιαυτοῦ τούτου, κατ' αὐτὰς τοῦ Ὁρίωνος τὰς ἐπιτολάς, ἤρξατο P. 480
 φαίνεσθαι Ξιφίας ἐν οὐρανῷ, περὶ τὴν κεφαλὴν τῆς Ἑλίκης τὰ
 πρῶτα· ἐκείθεν ἐπὶ τὸν ζῳδιακὸν ὀσημέραι ποιοῦμενος τὴν πο-
 ρεῖαν ἦκε περὶ τὰ τέλη τοῦ λέοντος, ὅπη καὶ τὰς ἡλίου πορείας
 ἔτυχε τηρῆσθαι γίνεσθαι, κακέῳ διελύθη. καὶ εἶναι Ῥωμαίων
 10 καὶ τοῦτο τοῖς πράγμασιν ἔδοξεν ἥμιστα πάνν χρηστὸς οἰωνός.

ς. Τοῖς δ' ἐκ Γεννούας ὑπὸ Τούζου τοῦ νέου δονκὸς ἔξω- V. 388
 σθεῖσιν ἐκεῖνοις Λατίνοις διὰ τὸ τοῦ τρόπου τυραννικώτερον, B
 ὡς εἰρήκειμεν, ἐπειδὴ πλούτῳ καὶ δόξῃ τῶν πολλῶν διαφέρειν
 ἐνῆν, ἄδοξόν τι καὶ ἀγεννὲς ἐδόκει, πλανήτην ἐπὶ μακρὸν οὕτως
 15 βίον τρίβειν ἀπόλιδός τε καὶ ἀνεστίους. ὅθεν τριήρεις κατα-
 σκευάσαντες ἐγγύς που τριάκοντα ἐς Χίον τὴν νῆσον ἑξαίφνης
 κατέπλευσαν, μηδαμῆ τῶν Χίων τὸν τοιοῦτον προεγνωκότων ἐπί-
 πλουν. ἧ γὰρ ἂν ἐς τὸ δαυιλέστερον ἔσχομισάμενοι τὰπιτήδεια C
 δυσάλωτοί πως ἢ μᾶλλον ἀνάλωτοι τὸ παράπαν ὄντες ἐτύγχα-
 20 νον. δῆλον δέ· καὶ γὰρ ἕως τὰ προστυχόντα σφίσι ἐνῆν εἰς ἀπο-
 τροπὴν τοῦ λιμοῦ, θαρρόαλειώτερον τοῖς πολεμίοις ἀνθίσταντο,
 καὶ συχνὰ τῶν πυλῶν ἐπεκθέοντες συχνούς τῶν Λατίνων ἐτί-
 τρωσκόν τε καὶ ἔκτεινον. (B.) Τῆς δὲ πολιορκίας ἐκτεινομένης

zantii suburbia vastavere: atque ibi pace cum Cantacuzeno facta, muneri-
 busque ab eo, quae et quot par erat, acceptis, domum traiecere, nihil eor-
 um, quorum causa arcessiti erant, sed alia plane exsequuti. Et haec quid-
 em in hunc modum gesta sunt. (VI.) Anno superiore, in ipso Orionis
 ortu, coeperat cometes ensis specie in caelo apparere, circa Helices caput
 primo, atque inde ad Zodiacum quotidie iter flectere, donec ad Leonis po-
 stremam partem accederet, ubi et sol ipse tum versabatur, ibique evanes-
 ceret. Et esse illud quoque visum est minime faustum rei Romanae augu-
 rium.

6. Interim ii Latini, qui Tuzi illius novi Ducis edicto Genua exacti fue-
 rant, eo quod tyrannico essent (ut diximus) ingenio, cum et opibus et di-
 gnitate multum a vulgo distarent, indecorum et ignavi animi esse duxere,
 vitam errabundam tandem trahere, urbe et domo carentes. Instructis itaque
 triginta ferme triremibus, ad insulam Chium repente appulerunt. Neque
 huius classis accessum Chii ullo modo praesensere. Alioqui rerum neces-
 sariarum uberiori copia in urbem invecta, expugnatu difficiles, aut potius
 omnino hostibus inexpugnabiles exstitissent. Nec dubium. Etenim quamdiu
 ad pellendam famem ea habuere, quae fors obtulisset, hosti confidentius re-
 sistebant, crebrisque extra portas eruptionibus factis, multos Latinorum et
 vulnerabant et occidebant. (II.) At cum obsidio terra pariter et mari in

- A. M. 6854 *διὰ γῆς καὶ θαλάττης, καὶ πάσης ἐντεῦθεν ἀποκλεισθείσης ἕξω-*
 Ind. 14 **D** *θεν σιτοπομπίας καὶ πάσης ὄπλων ἐπικουρίας, τὰ τε χρειώδη*
πάντα ἐπέλιπε καὶ ὁ λιμὸς ὑφέρων ἐντὸς ἠνδραποδίξετό τε
καὶ ψυχὰς ὁμοῦ τοῖς σώμασιν ἐδαπάνη, μαστίζων τε καὶ περι-
λαύνων ἐς τὸ ἀμήχανον. ὅθεν ἀπογόντες οἱ Χῖοι παρέδωσαν
ἑαυτοὺς ὑποσπόνδους τοῖς πολεμοῖσι. τοῦ δὲ τοιοῦτου δυστυχῆ-
Ε *ματος ἔργον καὶ Φωκαεῖς, οἱ πρὸς τῇ παραλίᾳ τῆς Ἰωνίας οἰ-*
κοῦντες, γεγέννηται, καταπλευσάντων σφίσι τῶν πολεμίων εἰθὺς
μετὰ τὴν τῶν Χίων ἄλωσιν. καὶ τὸ θέρους ἐν τούτοις ἐτελεύτα.
- A. M. 6855 (Γ.) *Φθινοπόρου δ' ἐπιγενομένου βασιλικὰς τριήρεις κατα-*
 Ind. 15 *σκενασάμενος ὁ Φακεωλάτος εἰς ἐκδίκησιν δῆθεν τῶν Χίων ἕξ-*
P. 481 *πλευσε, τῶν πάντων μὲν πλουσίων ὑπάρχων, τύχης δ' οὖν οὐκ ἐν-*
δόξου, ἀλλ' ὅποιας καὶ πρὶν ὁ Ἀπόκανκος· δραστήριος δ' ὅμως,
καὶ δεινὸς ὁμιλῆσαι ποικίλοις πράγμασιν. ἐπεὶ τοίνυν παραπλέων
τὸν τοῦ Αἰγαίου ἀγχένα τριήρους μιᾶς ἀναγομένης πολεμίας
ἐπιτυχῶν, καὶ ἅμα μεγίστης ὀγκάδος ὁμοεθνοῦς, πρὸ τοῦ Τε-
B *νεδίου λιμένος ἐπ' ἀγκυρῶν σαλευούσης, ὀπλισάμενος διενανμά-*
χησέ τε καὶ εἶλεν ἄμφω, πολλοὺς μὲν τῶν πολεμίων ἐν τῇ ναυ-
μαχίᾳ κτείνας, ἔστι δ' οὗς καὶ αὐτὸς τῶν οἰκείων ἀποβαλὼν·
τοῦτ' αἰσχύνῃν τε καὶ ζημίαν σφῶν αὐτῶν οἱ ἐν τοῖς Γαλάτου νο-
μίσαντες ἐπέσχον τὴν ἐκεῖθεν ἐς Βυζάντιον σιτοπομπίαν εὐ-
θὺς, οὐκ ἄλλοθεν ποθεν οὔσαν τὴν τοιάνδε τοῖς Βυζαντίοις ἐμ-
πορίαν εἰδότες, ἢ παρὰ σφίσι κείσθαι, εὖ τε ἔχειν τοῦ ζῆν καὶ
λιμῶ διακινδυνεύειν τεθνάναι. οὐ μὴν ἀλλ' ἐπὶ τούτοις καὶ ἕτερα

longius traheretur, omnisque inde spes interclusa esset externorum com-
 meatum et cuiuscunque armorum auxilii; eos necessaria quaeque deficie-
 bant; obrepensque intus fames grassabatur, animasque et corpora simul fla-
 gellando atque ad extremam inopiam redigendo absurnebat. Omni itaque
 spe abiecta, dedunt se hostibus Chii ex pactione. Sed et Phocaeenses,
 maritimam Ioniae oram accolentes, in eandem calamitatem inciderunt, ho-
 stium classe post Chium captam ad eos statim appulsa. Haec dum gererentur,
 aestas effluxit. (III.) Insequuto autumno, imperatoriis triremibus in-
 structis, Phaeolatus Chios ulturus in altum defertur: vir admodum dives,
 non tamen illustris; eiusdem videlicet conditionis, cuius antea Apocaucus:
 at idem strenuus, et quibuscunque negotiis tractandis natus. Hic Aegaei
 maris fauces praetervectus solventem e portu offendit unam ex hostilibus
 triremibus; item maximam ex eadem gente navim onerariam, ante Tene-
 dium portum iactis ancoris fluctuantem. Arma arripit: navale praelium
 conserit; et multis hostium occisis, nonnullis etiam suorum anissis, utram-
 que comprehendit. Id sibi probro simul et damno esse arbitrati Galataei
 statim ab frumento Byzantium advehendo abstinere, haud ignari non aliunde
 Byzantiis istiusmodi mercem advenire; sed penes se esse, ut aut illi faci-
 lem victum pararent, aut fame mori periclitarentur. Quin et alia insuper

προσενεγκεῖν ἠπέλουν δεινά. ὧν οὐ φέρειν τὸ βίαιον οἱ Βυζάν- A. C. 1346
 τιοι δυνάμενοι τὰς τε ναῦς ἐπηγγείλαντο ἀποδοῦναι καὶ πῦσαν Imp. Io. Pa-
 συνεκτίσαι ζημίαν, ὅποσα τῶν πραγμάτων ἐν τε τῇ ναυμαχίᾳ καὶ C
 μετὰ τὴν ναυμαχίαν ἐστέρηται. καὶ ἐπὶ τούτοις αἱ τοιαῦται προῦ- V. 389
 5 βησαν σπονδαί. (Δ.) Ἦν δ' ὁμοως περιδεῖς ὁ Φακεωλάτος, καὶ
 φόβοις μάλᾳ συνησχημένος μακροῖς, ἀπειλὰς κατ' αὐτοῦ διακη-
 ρυτιόντων συχνὰ τῶν Λατίνων τὰς παλαμναιοτάτας· ὡς ἀναγ-
 κασθέντα φρουρὰν περὶ αὐτὸν ἔχειν ὀπλιτικὴν, ὅποτε τῆς οἰκίας D
 ἐξιέναι βούλοιο, καὶ ὁπόσους καὶ ὅποι τοὺς περιπάτους ποιοῖτο.
 10 καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον· καὶ τὸ φθινόπωρον ἐν
 τούτοις ἐτελεύτα.

Ζ. Ἦρομεῖν δ' οὐκ ἐνῆν οὐδαμῇ τῆς ὀργῆς ἐκείνης τὴν βασι- E
 λίδα, οὐδ' ὀψὲ τοῦ χρόνου μαλάττειν ὀπωστιοῦν καὶ σβεννύειν
 τὴν φλόγα, ἣν ἡ τοῦ πατριάρχου βουλὴ πρὸς τὴν ἐκείνης ἀνῆψε
 15 ψυχῆν, παραινοῦντος καὶ πείθειν (ὡς εἴρηται πρὸ βραχέος) ἐπι-
 χειροῦντος, σπείσασθαι Καντακουζηνῷ, καὶ βεβυῖαν εἰρήνην
 συνθέσθαι, πρὶν ἐς ἑσχατιὰς ὀλέθρου τὰ Ῥωμαίων ἐληλυθέναι P. 482
 πράγματα, ἐκείνου μὲν ἐπιεικῶς ἀδῶμενον, ἡμῶν δ' ὑποδρέόν-
 των ἡσυχῇ καὶ μαραινομένων ἀεὶ, καὶ ἐς τὸ μὴ εἶναι κινδυνευόν-
 20 των ἄρδην χωρεῖν. ταύτῃ τοι καὶ μελέτας ἠθροίζεν ἐν τῇ ψυχῇ
 συχνὰς ἐπὶ συχνὰς, καὶ ἄλλας δῆπουθεν ἐπ' ἄλλας, περὶ τοῦ
 πῶς καὶ τίνι τρόπῳ ῥῆστα καθελεῖ τοῦ θρόνου τὸν πατριάρχην·
 καὶ ἦν οὐδεμίαν τῶν ἄλλων εὖρεῖν ἀνυσιμωτέραν, ἢ τοὺς περὶ

20. τοι Boiv. pro tí.

gravia minabantur. Quae cum atrociora essent, quam ut ferre possent By-
 zantii, idcirco naves se iis reddituros promiserē, damnumque omne disso-
 luturos, quodcumque illi sive in praelio sive post praelium passi fuissent.
 His conditionibus in concordiam reditum est. (IV.) Erat tamen Phaceo-
 latus multum anxius, et gravissimo metu tenebatur, dirissima quaeque ei
 Latinis identidem denunciabantibus; ita ut ille praesidii causa milites circa
 se habere cogeretur, quandocumque domo vellet exire, quotiesque et qua-
 cumque ambularet. Et haec quidem ita se habuerunt: atque in his exiit
 autumnus.

7. At imperatricis ira nunquam quiescebat, nec leniebatur ullo modo
 aut tandem aliquando exstinguebatur flamma illa, quam eius animo subdi-
 derat consilium a patriarcha datum; qui, ut modo diximus, monuerat et
 persuadere illi conatus erat, ut cum Cantacuzeno rediret in gratiam, ac pa-
 cem firmam faceret, antequam rei Romanae salus in extremum adduceretur,
 illo quidem multum invalescente, nobis autem sensim dilabentibus, et quo-
 tidie fatiscentibus magis, et ad nihilum prorsus redigi periclitantibus. Ea
 propter novas illa subinde artes animo versare, alia atque alia agitare con-
 silia, anceps quo pacto et qua ratione patriarcham pontificali sede deicere
 facillime posset. Nihil porro ex omnibus efficacius ei occurrebat, quam si

- A. M. 6855 τὸν Παλαμῶν οἰκειώσασθαι τε καὶ σφᾶς κατ' ἐκείνου λαμπρῶς
 Ind. 15 B ἔς τὸ κραταιότερον ἀνθοπλίσαι, πολλὴν ἔκ πολλοῦ κατ' ἐκείνου
 τρέφοντας ἐν τῇ ψυχῇ τὴν βλάβπτουσαν ὁρμὴν διὰ τὴν τοῦ τό-
 μου κατάλλουσιν. (B.) Ἐπεὶ δ' ἔτυχεν ἐν μιᾷ τῶν ἐντὸς βασιλείων
 εἰρηκτῇ δέσμῳ ἐκ πολλοῦ κατέχουσα Παλαμῶν, ὡς μὲν ἔμοιγε 5
 οἴεσθαι ἦν, διὰ τὴν ἐς Καντακουζηνὸν ἐκείνου φιλίαν· ὡς δὲ τὰ
 πρὸς ἐκείνης ἄμα καὶ τοῦ νείως ἐδήλου πεμφθέντα βασιλικῶς
 C ἐνσεσημασμένα γράμματα πρὸς τοὺς ἐν τῷ Ἄθῳ τῷ ὄρει μονά-
 ζοντας ἄνδρας, διὰ τὴν τῶν δογμάτων καινοτομίαν, ἦν ἐς τὴν
 τοῦ Θεοῦ παρεισενεγκῶν αὐτὸς ἐκκλησίαν κυκεῶνος καὶ ζάλης 10
 ἐπλήρωσε ταύτην μακροῦ· πρὸς ἅπαν ἤδη τὴν γνώμην περιφα-
 νῶς μετένεγκε τὸ ἀντίπαλον, καὶ συνεργῶ κατὰ τοῦ πατριάρχου
 κέχρηται τούτῳ, καὶ πᾶσαν εὐμένειαν τούτῳ χαρίζεται, τὴν τε
 περὶ τὰ δόγματα γνώμην ἐκείνου κυροῦσα καὶ ταῖς ἐκείνου λαμ-
 D πρῶς ἀγομένη βουλαῖς, καθάπερ ὀγκάδος ἰστιόν, ὅποτε βιαίως 15
 τις καὶ ῥαγδαῖος ἀνέμου καταρρέουσε δρόμος, ἄνωθέν ποθεν ἔξ
 V. 390 ἄρκτικῶν ἀκροτήτων καταρρέαίσι. (Γ.) Διόπερ, ὡσπερ πύλης
 πόλεως ἀνεωγνίας ἤδη τοῖς πολεμίοις περιφανῶς, δογμάτων καὶ
 νόμων ἀνέδην εἰσεχέοντο κλύδωνες, καὶ παρῆρσιαν αὐθις εἶχον
 εἰσαγωγὰι καινοφωνιῶν, καὶ θόρυβος ἀνὰ πᾶσαν ἐφοῖτα τὴν πό- 20
 λιν, ἀντιφθεγγομένων ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων, καὶ ὅσοι βα-
 E θείας διὰ φρενὸς ἐκαρποῦντο τὰς τῆς σοφίας αὐλακας. καὶ μύ-
 χαι διὰ ταῦτα καὶ ἔριδες ἀνεφύοντο συνεχεῖς κατ' ἀλλήλων καὶ
 δι' ἀλλήλων· καὶ ἡ ὑπερηφανία τῆς κακίας ἐπὶ μέγιστον ὕψους

sibi Palamae sectatores adiungeret, eosque adversus patriarcham maiori ro-
 bore palam armaret, multam iampridem in eum alentes animo malevolentiam propter Tomi sui damnationem. (II.) Cum igitur Palamam vinc-
 tum in quodam palatii carcere teneret iamdudum, eo quod, ut mihi quidem vi-
 debatur, studiosus esset ille Cantacuzeni; ut autem eae litterae declarant,
 quae, sigillo imperatorio munitae, ab ea et eius filio ad montis Atho mo-
 nachos missae sunt propter nova dogmata, quae ille in Dei ecclesiam in-
 vexerat, turbarum exinde plenam tempestatumque maximarum; animum
 aperte statim transtulit ad contrariam omnino sententiam, eoque adversus
 patriarcham adiutore usa est, et omnem ipsi favorem indulsit; ita ut et
 eius de theologia opiniones confirmaret, et ipsius consiliis palam regeretur;
 tanquam velum in navi, cum ab extrema Arcto ventus alicunde erumpens
 violentus rapidusque incurrit. (III.) Itaque, quasi urbis porta nunc demum
 hostibus publice patefacta, insani dogmatum et institutorum fluctus effuse
 irrumpebant, et impunitatem rursus habebant nova opinionum commenta;
 ac totam urbem tumultus pervagabatur, reclamantibus episcopis et sacer-
 dotibus, et quicumque sapientiam animo altius infixam fruebantur; pugnae-
 que inde et continuae altercationes ultro citroque exoriebantur: improbita-

ἀνῆγε τὴν κεφαλὴν. (A.) Τούτων δ' οὕτως ἐχόντων, πολλὰ A. C. 1347
περὶ τῆς ἐμῆς σιωπῆς ἢ βασιλῆς ὑπῆρχεν ἀμφισβητοῦσα, καὶ τῆς Imp. Io. Pa-
ἐμῆς διὰ μελέτης ἐποιεῖτο πειροῦσθαι γνώμης. καὶ με καὶ μὴ βου- laeol. 6
λόμενον αὐθις κριτὴν προσκαλεῖται, καὶ οἷόν τινα γνώμονα τῶν F
5 αὐτῆς τε καὶ τοῦ πατριάρχου περὶ τοῦ Παλαμᾶ φιλονεικιῶν· δυοῖν
ἐν νῶ ἔχουσα θάτερον πεπραχέναι· εἰ μὲν γὰρ ὁμόφρων ἐκείνη
κατὰ τοῦ πατριάρχου γενοίμην, ἡλεώ τε ταύτης τυχεῖν καὶ βα-
σιλικῶν ἀπολελευκέναι χαρίτων, μακρὸν τὸ φιλότιμον κεκτημέ-
νων· εἰ δ' οὖν, ἀνανεώσασθαι νῦν καὶ τὴν τῶ χρόνῳ παρεδῶρη-
10 κῆσαν ἤδη διὰ τὸν Γαλάτην ἐκείνον μῆτιν· ἦν πάλαι καθάπερ P. 483
βωμὸν ἐγκαθιδρύσασα τοῖς τῆς ψυχῆς συνειτέρει θαλάμοις, καὶ
πάνθ' ὁμοῦ τὰ χαλεπώτατα καθ' ἡμῶν δεδρακέναι. (B.) Προσε-
ληλυθότας οὖν καὶ καθίσαντας προσειποῦσα καὶ ὑπυλιωτέροις τὰ
πρῶτα πρὸς ἡμᾶς χρησαμένη τοῖς λόγοις τὰς τοῦ Παλαμᾶ προε-
15 κόμιζε καινοφωνίας. καὶ ἐπειδὴ πειθομένους οὐχ εὖρισκεν, ἀλλ'
ἰσχυρῶς τῶν πατρίων ἀντεχομένους ὄρων καὶ νόμων, καὶ ὅσα B
τῶν συνοδικῶν εἰσι παραδόσεων ἔγγραφα παραγγέλματα, καὶ ἅμα
κάκεινα τοῦ Θείου προσφέροντας Παύλου· εἴ τις εὐαγγελίζοιτο (λέ-
γοντος) ὑπερόρια τῆς ἐκείνου διδασκαλίας, εἶναι ἀνάθεμα, κἂν
20 ἢ τῶν οὐρανίων τις ἀγγέλων· μηδὲ γὰρ εἶναι πρὸς ἡμῶν, ἄλλο
τι Θεοῦ προτιμῆν· (παραπλήσιον γὰρ ἂν εἴη τουτὶ, ὡσπερ ἂν εἴ
τις τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ τὴν δεξιᾶν ἀποκόπτειν ἐβούλετο·) ἀλλὰ πάντα
κύτω ῥιπτοῦντας πρὸς αὐτὸν μόνον βλέπειν· ἀγριαίνουσα ἤδη C

tis autem insolentia caput altius erectum attollebat. (IV.) Haec cum ita
se haberent, multam silentium meum imperatrici dubitationem afferebat,
eratque illi propositum, ut quid sentirem exploraret. Quamobrem me, ta-
metsi nollem, denuo arcessit, ut in iis litibus, quas de Palama cum patriar-
cha habebat, iudex essem et quasi norma quaedam: duorum illa alterum
facere in animo habens; si quidem adversus patriarcham cum illa conspira-
rem, tum ut ego propitiam ipsam experirer, et imperatoriis beneficiis cu-
mularer perquam honorificis; sin minus, ut propter Gallum illum in me olim
concepta ira, et temporis lapsu iam obsoleta, hodie suscitaretur; quam illa
iampridem, velut aram animi penetralibus infixam, religiose servabat; omni
denique in me acerbitalis genere saeviretur. (V.) Praesentem itaque se-
dentemque alloquuta me, et mollioribus verbis initio mecum usa, novas illas
Palamae opiniones protulit. Mox ubi repugnantes nos offendit, et maiorum
praescriptis institutisque pertinaciter inhaerentes, iisque omnibus praecep-
tis, quae synodis tradita essent et scripta exstarent, simulque illa Divi
Pauli verba proferentes, iubentis eum anathema esse, qui praeterquam ipse
docuisset, evangelizaturus foret, etiamsi caelestium Angelorum unus is es-
set; nec enim officii nostri esse, aliud quidquam Deo anteferre; perinde
quippe illud sit, ac si quis sinistra manu dextram amputare cupiat; sed
omnibus infra habitis, in eum solum intueri oportere: tum vero illa in me

- A. M. 6855 καθ' ἡμῶν ἔωρᾶτο, καὶ πολλὴν ὠδίνουσα τὸν θυμὸν, καὶ μάλιστα¹⁵ ὅτι καὶ τοὺς παρακαθημένους ὑπηχοῦντας εἶχε καὶ σφόδρα ἐπικροτοῦντας κολακικώτερον τρόπον. διὸ καὶ κακῶς μὲν ἀφίει, κρατερόν δ' ἐπὶ μῦθον ἔτελλεν, ἔγγραφον τὴν ἐμὴν ἀπαιτοῦσα γνώμην ἐν τῷ αὐτίκα, ὡς ἂν βεβαιότερον ἀντιλέγειν ἔχοιεν 5
- Doί** ταύτης ὁμόφρονες. (5'.) Καὶ τοῦτ' ἔστιν, ὃ καὶ τὴν ἐμὴν πρὸς ἀνάγκας ἴσως ἀντιρρήσεων ἤνεγκε γλῶτταν, ἐνότιε καὶ ἐνιαχοῦ μᾶλα τοι σφόδρα γενναίως ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῆς δεδομένης εὐσεβείας ἴστασθαι παραινούντος τοὺς προσιόντας, καὶ μηδ' ἄχρι στιγμῆς ταῖς τηρικαῦτ' ἐπιπολαζούσαις καινοφωνίαις ἐγκλίνειν, 10 μεμνημένους τῶν εὐαγγελικῶν τε καὶ ἀποστολικῶν παραινέσεων.
- Ε**καὶ ὅσα ὁ μέγας ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριος, ἐς τὰς ὁμοίας ἐμπεπτωκῶς περιστάσεις τῆς ἐκκλησίας, διέξεισιν. „ἡμεῖς (λέγων) οἱ καὶ μέχρι τῆς τυχούσης κεραίας καὶ γραμμῆς τοῦ πνεύματος τὴν ἀκρίβειαν ἔλκοντες οὐποτε δεξόμεθα (οὐ γὰρ ὅσιον) οὐδὲ τὰς ἐλα- 15 χίστας πράξεις ἐκτὴ σπουδασθῆναι τοῖς ἀναγρόρασιν, καὶ μέχρι τοῦ παρόντος μνήμη διασωθῆναι· ἀλλ' ἐν' ἡμεῖς ἔχωμεν ὑπομνή-
- V. 391** ματα καὶ παιδεύματα τῆς τῶν ὁμοίων, εἴ ποτε συμπέσοι καιρὸς, **Φ**διασκέψεως· ὥστε τὰ μὲν φεύγειν, τὰ δ' αἰρεῖσθαι, ὅλον κανόσι τισὶ καὶ τύποις, τοῖς προλαβοῦσιν ἐπόμενοι παραδείγμασι.” 20 καὶ ὅσα ὁμοίως ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῷ περὶ πίστεως ἔφασκε λόγῳ, φείδασθαι παραινῶν καὶ τῶν ὀνομάτων ἢ ῥημάτων ἐκείνων, ἃ λέξεσι μὲν οὐκ ἐμφέρεται τῇ θεῖᾳ γραφῇ, διάνοιάν γε μὴν ἀν-

efferari visa est, et multam iram parturire; idque eo maxime, quod qui assidebant ei accinerent, et immodica adulatione applauderent. Idcirco

Dimittitque superbe, additque haud mollia iussa, meam ut sententiam confestim scripto traderem efflagitans, quo possent firmius contradicere iis, qui cum ea sentirent. (VI.) Atque illud videlicet necessitatis fuit, quod et me ipsum ad contradicendum impulit, cum obvios quosque, ut religionis sibi traditae fundamentis insisterent magno animo nonnunquam et alicubi hortarer, atque ut ne puncto quidem tenus ad eas, quae tum gliscebant, opinionum novitates declinarent, sed ut evangelicas et apostolicas admonitiones reminiscerentur, et quae magnus theologiae doctor Gregorius disseruit, cum in similia religionis tempora incidisset. „Nos (inquit) cum accuratam Spiritus diligentiam ad quemlibet apicem, ad quamlibet virgulam trahamus, nunquam dederimus (neque enim fas est) vel in minimis actis recensendis, eorumque memoria ad praesens usque tempus conservanda, temere elaborasse eos, qui scripserunt; sed eo ut nos haberemus monumenta et documenta, quibus in similibus rerum tractatione, si unquam incideret occasio, uteremur: ita ut praeterita exempla tanquam regulas et archetypos nobis proponendo, haec quidem fugeremus, illa vero eligeremus”: et quae pariter magnus Basilius disputavit in ea, quam de Fide scripsit, oratione: parcendum monens iis quoque nominibus et verbis, quae in sacra Scriptura diserte quidem et expresse non exstant, vim autem eam

τὴν ἐκείνην τὴν ἐγκειμένην τῇ γραφῇ διασώζει. (Ζ.) Ὡπερ δ' A. C. 1347
οὐ πάνυ τοι ῥάδιον εἶναι δοκεῖ δύνασθαι συνορᾶν ἀσφαλῶς τὸ δί- Imp. Io. Pa-
καιον, εἴ τις ἐν λιμένι καὶ γαλήνῃ καθήμενος ἡσυχῇ τῶν ἐν πε- laeol. 6
λάγει κύμασι καὶ πνεύμασι προσταλαιπωρούντων ἀγροίσι τοὺς πό- P. 484
δονους ἐξετάζειν ἐθέλοι, οὐδ' αὖ τὸ βίαιον τοῦ χειμερίου ψύχους,
εἴ τις ὥρα θέρους βούλοιο κρίνειν ὅποιον καὶ ὅσον· οὕτω καὶ εἴ
τις ἀγῶνων τοιούτων ἄπειρος ὢν, ἔπειτ' ἐξ ἡσυχίας ὀρμώμενος
κρίνει τοὺς ἀγῶσι μακροῖς ἐναθλοῦντας ὑπὲρ τῆς ἀληθείας. πρό-**B**
χειρον γὰρ ἔχει πρὸς λοιδορίας τὴν γλῶτταν, ὅτι μὴ πέπεικέ τις
δρῶν καὶ λέγων, μηδὲ τὸ πᾶν τῆς νίκης ἐξείργασται· πρὸς τὴν
παροῦσαν ἡσυχίαν καὶ οὐ πρὸς τὴν τότε βίαν παραμετρῶν τῶν
πραγμάτων καὶ λόγων τὰ τέλη, ὡς ἔοικεν· οὐκ εἰδέναι δυνάμε-
νος, ὡς οὐ τὴν αὐτὴν ἔχει τάξιν καὶ δύναμιν ἀγῶνος καὶ ἡσυχίας
καιρὸς, καὶ χειμῶνος καὶ θέρους, καὶ πρὸς γε ἔτι λιμένος καὶ **C**
διαποντίου κλύδωνος. εὐδηλον γὰρ δήπου τοῖς ὅλοις, ὡς ἀμει-
βομένης τῆς τῶν ἀγῶνων ὥρας συναναιρεῖται καὶ ἡ τῆς ἀπο-
βύσεως ἀκριβῆς μαρτυρία καὶ τὸ προσῆκον τοῖς πράγμασι δί-
καιον. ὁ δ' αὐτὸς μοι δοκεῖ καὶ τὸ στεφανοῦσθαι τοὺς πάλαι τῆς
ἀληθείας μάρτυρας ἀναιρεῖν, ὅτι πάντα τὸν τῆς ἀθλήσεως ἀνύ-
σαντες διάυλον οὔτε πεπέικασι τοὺς τυράννους, οὔτε μὴ πεί-
σαντες οὐκ ἀνεῖλον τὰς σφῶν κεφαλὰς, οὐδὲ τοῦ παρόντος βιαίως **D**
ἐξήνεγκαν βίον. τούτων δ' οὕτως ἐχόντων, οὐκουν οὐδ' ἐμὲ λοι-
δορίας ὑπεύθυνον ἡγεῖσθαι δίκαιον, ὅτι καλῶς εἰπὼν ἤμισα

4. κύμασι Boiv. pro κυμάτων.

ipsam retinent, quae Scripturae inest. (VII.) Quemadmodum autem non omnino videtur ille sanum facere posse iudicium, qui, cum in portu ac tranquillitate ipse placide sedeat, eorum labores velit expendere, qui pelagi fluctibus et saevissimis ventis conflictentur, nec de hiberni frigoris vi, is qui velit, quae et quanta sit, aestivo tempore iudicare; ita nec ille, qui eiusmodi certaminum expers antehac ex ipso mox tranquillitatis sinu prodeat, iudicaturus de iis, qui labores pro veritate maximos pertulerint. Est enim illius lingua ad criminandum prona, eo quod agendo dicendoque non persuaseris, nec plenam victoriam reportaveris. Nimirum ille praesenti tranquillitate, non illorum temporum iniquitate, factorum dictorumque exitus metitur; nec potest intelligere, non eandem esse rationem et opportunitatem certaminis et placidae quietis, hiemis et aestatis, portus denique et saevientium pelagi fluctuum. Enimvero prorsus manifestum est, mutato contentionum tempore, incorruptum quoque de eventu testimonium et conveniens rebus iudicium tolli. Idem certe (ut mihi videtur) illis martyribus, qui veritatis testimonium olim perhibuerunt, coronam eo detraxerit, quod cum ii totum patientiae curriculum confecissent, nec tyrannos ad credendum compulerint, nec iis incredulis caput praeciderint, nec vitam violento fato ademerint. Haec cum ita se habeant, nec me aequum est reprehensione dignum videri, quod quae recte dixerim, ea illi, quae contrarium

- A. M. 6855 πέπεικα τὸ τῆς γνώμης ἐκείνης ἀντίθετον· ἀλλ' ἐκείνη μέμφεσθαι
 Ind. 15 δίκαιον μᾶλλον, ὅτι μοι καλῶς εἰπόντι ἤκιστα πέπεισται. τῶν
 μὲν γὰρ λόγων ἐγὼ κύριος· τῶν δὲ πράξεων ἡ δυναστεύουσα
 Εχειρ. πάσης δ' ὑπέροτερον λοιδορίας τίθησι τὸ μὴ κατὰ γνώμην
 ἅμα καὶ πρὸς τὸ βέλτιστον φερομένην ὁρμὴν ἀπαντῶν. οὐ γὰρ
 πῦξ ἐνάλλεσθαι κατὰ τῶν τῆς ἀληθείας ἐχθρῶν ὁ τῆς εἰρήνης
 παραινεῖ λόγος· ἀλλ' ἡμέρῳ τε ἤθει καὶ πραεῖαις γλώττης ἀγ-
 κάλαις αὐτοῖς προσιέναι. (H.) Οὐ μέμφεσθαι τοίνυν, ὅτι μὴ
 θαναμάξιν ἄξιον μᾶλλον, ὅτι παρὸν ἡμῶν ἐκ τοῦ ῥύστου σιγώσης
 γλώττης βασιλικὴν εὐμένειαν πρίασθαι, μακρὸν τὸ φιλότιμον τῶν
 F χαρίτων ὑπισχνουμένην, οὔτε κλονουμένην διάνοιαν ἐκτησάμεθα,
 καὶ ἅμα τῶν ὄρων τῆς εἰθισμένης ἐς τὰ χροῖσιμα τάξεως ἔνδον
 ἐμείναμεν, ἀκήρατον συντηροῦντες τὸ φρόνημα τῆς ψυχῆς. οὐ
 γὰρ τοσοῦτον ἀνθρώποις ἀρέσκειν ἐκρίναμεν δεῖν, ὅσον τῷ τῶν
 ἀδύλων ἐπόπτη Θεῷ. οἱ μὲν γὰρ τῶν δρωμένων ἐς τοῦμαρῆς κα-
 θίστανται μάρτυρες μόνων, οὓς καὶ παραλογίσασθαι ἔξεστιν
 ἐνίοτε, εἴ τις τοὺς τῆς κακίας καρποὺς τοῖς τῆς ἀρετῆς ὑποτί-
 P. 485 θησι σχήμασί τε καὶ χροῖμασι. Θεὸς δ' ἐν αὐτοῖς πρὸ τῶν ἔργων
 τοῖς τῆς καρδίας κινήμασιν ἐρείδει τὰ τῆς ἐξετάσεως ἵγνη, καὶ τὸ
 βῆμα τῆς δίκης ἐν αὐταῖς συγκροτεῖ τῶν λογισμῶν ταῖς ἀρχαῖς·
 ἔνθα χώραν οὐκ ἔχει σχῆμα καὶ χροῖμα καλύπτειν, εἴ τι κακίας
 ἐκεῖ παραφύεσθαι βούλοιο βλάστημα. (Θ.) Τούτων δ' οὕτω
 συμβεβηκότων, οἴκοι λοιπὸν καθημένοις τὴν καταψηφισθεῖσαν
 V. 392 ἡμῶν ἔξοριαν νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἐπήει καταδοκεῖν. καὶ τάχ'·
 B ἂν εἰς ἔργον τὰ καθ' ἡμῶν μελετώμενα προὔβαιεν, εἰ μὴ Καν-

sentiebat, non persuaserim vera esse: sed illi potius succensendum est, quod mihi recte dicenti haudquaquam crediderit. Nam dicendi quidem potestas penes me est; facta ipsa pendent ex manu praepotenti. Ego vero ab omni longe reprehensione absum, quatenus non successit mihi ex sententia, ne prout animo ad optima propenso cupiebam. Non enim, ut veritatis hostes pugnis impetamus, pacis ratio suadet; sed ut blandis moribus et mitibus alloquiis eos ambiamus. (VIII.) Non est igitur criminandi, sed admirandi potius locus, quod cum ex facili possemus solo silentio imperatoriam benevolentiam redimere, praemia magna proponentem, tamen et mentem immotam retinimus, et simul intra consueti officii limites perstitimus incorrupta animi moderatione. Placendum enim existimavimus non tam hominibus, quam Deo, qui occulta perspicit. Illi quippe testes existunt eorum duntaxat, quae palam fiunt, et aliquando possunt decipi, si qui fructum improbitatis obvolvunt specie et colore virtutis. Deus vero illis ipsis, qui actiones antecedunt, motibus cordis examinis sui vestigia imprimit, et iustitiae tribunal in ipsis figit cogitationum radicibus, ubi specie et fuculo celari non potest, si quis illic adnasci velit improbitatis foetus. (IX.) Haec cum ita accidissent, domi deinceps sedendo, quoad exilli damnaremur, noctu pariter et interdium exspectabamus. Et ad exitum fortassis perducta essent

τακουζηνοῦ μεταξὺ Βυζάντιον ἐλεῖν ἐγίνετο· ὃ δὴ καὶ λέξων εἰμι A. C. 1347
 σαφέστερον. Imp. Io. Pa-
laeol. 6

η'. Ἐπεὶ γὰρ, ὡς ἔφθημεν εἰρηκότες, ἔνοπλον ἔχειν φρου- C
 ρὰν συγκεχώρηται τῷ Φακεωλάτῳ, τὴν τῶν Λατίνων διὰ τὴν
 5 προγεγονυῖαν σκανδάλου πρόφασιν δεδιότι αὐθάδειαν, προσε-
 ληλυθέναι συνέβη τινὰς τουτωὶ, οἷς λάθρα ἔσεφοῖτα γράμματα
 ἐκ Καντακουζηνοῦ, μηχανήσασθαι τινα τρόπον, ὃς ἂν ῥυθίαν
 ποιήσεται οἱ τὴν ἐς Βυζάντιον εἴσοδον· οἷς ἐπαγγελίαι μακρὰι
 συνεπλέκοντο χρημάτων ἅμα καὶ τιμῶν· τούτοις οὖν προσεληλυ-
 0 θόσι καὶ προσεταιρισμένοις αὐτὸν, καὶ ἀνακαλύψασι τὴν τῶν D
 μελετωμένων δυνάμιν, συνάρασθαι σφισι καὶ αὐτὸς ἐπηγγέλλετο
 πάσῃ χειρὶ καὶ σπουδῇ. (B.) Καὶ δὴ λοιπὸν ἕτεραν πλείω τῇ
 προτέρῃ δυνάμει προσειληφώς (ἐν ἔξουσίᾳ γὰρ ἦν αὐτῷ, πρὸς
 τῆς βασιλίδος πρότερον τὸ συγκεχωρηκὸς εἰληφότι, διὰ τὴν προει-
 5 λημμένην τῶν Λατίνων πρόφασιν, ὁπόσῃν ἂν εὐποροίη φρουρὰν
 ἑαυτῷ πορίζεσθαι) ὅλος τῶν ἔργων ἐγίνετο. παρὰ γὰρ ἐκόντων E
 τῶν συνειδότην ταξίαρχου καὶ στρατηγοῦ φροντίδα λαβὼν ἠξίου
 μὴ περὶ ὅσα διατριβὴν ἔχει χρόνιον τρίβειν τὴν σπουδῆν, ἀλλ'
 εἰς τὸ τοῦ ἔργου κεφάλαιον ἐμβαλεῖν, καὶ ἐν βραχεῖ μετὰ τῆς
 ἐνούσης ἰσχύος τὸν ὅλον ἀναδρῶσαι κίνδυνον· καὶ μάλιστα νῦν,
 10 ξρημίας ἀντιπάλων ὄπλων μακρᾶς ἐπιπολαζούσης ἤδη τῇ πόλει. P. 486
 μὴνυε τοίνυν τῷ βασιλεῖ Καντακουζηνῷ τὴν ὅλην τῆς ἐγχειρή-
 σεως πρόθεσιν, οὐ πᾶν τοι πόρρω τοῦ Βυζαντίου τὰς διατριβὰς
 ποιουμένῳ· καὶ ἅμα κελύει, σπουδῇ παρελάσαντα σὺν ἐπιλέκτοις

ea, quae in nos deliberata fuerant, nisi interim accidisset, ut Byzantii Cantacuzenus potiretur; quod et ipsum planius statim exposituri sumus.

8. Phaceolato, ut supra diximus, Latinorum proterviam, ob novissimam illam offensionem, pertimescenti, armatos circa se satellites habere permisum fuerat. Quod cum ita esset, aliqui eum adeunt, quibus clam a Cantacuzeno litterae venerant, ac in iis magnae pecuniarum simul et honorum promissiones, si qua ratio excogitaretur, qua facilis ei in urbem ingressus pateret. Hi, inquam, ad istum accedunt: eum sibi socium adiungunt: consilii sui rationem aperiunt: atque eos ipse omni opera et studio adiuturum se pollicetur. (II.) Exinde priori satellitum turbae alia ampliore adiecta (poterat enim ille, data semel ab imperatrice licentia ob illam quam diximus rationem, tot adiungere sibi custodes, quot ei commodum futurum esset) totus in executione negotii erat. Volentibus ergo coniuratis ducis et praefecti munere suscepto auctor fuit, ne in eas res, quae longioris morae essent, opera insumeretur; sed ut in id, quod caput erat, statim incumberetur, et tota quamprimum alea cum ea quae aderat hominum manu iaceretur; praesertim cum magna iam esset armatorum in urbe paucitas. Quamobrem Cantacuzeno imperatori, non longissime ab urbe commoranti, totam indicat suscepti negotii rationem; et simul iubet paucis cum equitibus, iis-

- A. M. 6855 ὀλίγοις ἱππεῦσιν, ὡς μὴ κατάφωρον τοῖς ἀντιθέτοις τὸ δρᾶμα
 Ind. 15 γένοιτο, περὶ τὰ τείχη τῆς πόλεως ἐς ῥητὴν τινα ἐσπέραν ἡσύχοις
 Β ποσὶν ἐφεδρεύειν, καρδοκοῦντα τὴν ἔνδοθεν ἀναμόχλευσιν τῶν
 πυλῶν. (Γ.) Ἄρτι δὲ περὶ πρῶτην φυλακὴν τῆς νυκτὸς γενομέ-
 νης, ἐν ᾗ τῆς ὥρας μάλιστα τῶν τε ἀνθρώπων οἱ πλείστοι, τὰς
 ἐσπερίους σβεννύοντες δᾶδας, τῇ τῶν ὑπνῶν ἡγεμονίᾳ τὸ τῶν
 V. 393 βλεφάρων ἐκδιδώσι στάδιον, καὶ πᾶσαι τῆς πόλεως αἱ ὁδοὶ παν-
 τὸς ἐρημίαν ἔχουσιν ὄχλου, μεταπέμπεται τοὺς τε συνειδότας τῶν
 Βυζαντιῶν ἱπέων καὶ ἅμα τῶν συγγενῶν τοὺς οἰκιοτάτους,
 C καὶ ἐπὶ τούτοις τὴν πεζικὴν ἐκείνην φάλαγγα, ἣν εἰς φυλάκων
 καὶ φρουρῶν εἰρήκειμεν εἶναι τάξιν αὐτῶν· ζὺν οἷς ἅπασιν, πλείους
 τῶν ἑκατὸν γενομένοις, ἐς πύλην ἀπιῶν, ἣ χρυσεῖα καλεῖται,
 ταύτην τε ἀνεμόχλευσε καὶ ἅμα ἐκεῖθεν ἀρξάμενος πάσας ὁμοίως
 ἀνεπέτασε, διῶν ἄχρι τῶν βασιλείων ἐγγύς. (Δ.) Τοῦ μέντοι
 τείχους ἐντὸς γενόμενος καὶ ὁ βασιλεὺς μετὰ τῶν οἰκείων ὑπλων,
 D αἵματος ἐμφυλίου παντάπασιν καθαρὰν τε καὶ ἀμιγῆ τῆς προνοίας
 τὴν εἴσοδον διατηρησάσης, ἡρέμα τε καὶ ζὺν γε ἀνηκούσῃ τάξει
 παρήει μέχρι καὶ ἐς τὰς βασιλείους πύλας, ἀγαζούσης ἤδη τῆς
 ξω. κἀπειδὴ κέκλεισμένας τε εὔρεν αὐτάς καὶ ἅμα ἐπὶ τῶν ἐπάλ-
 ξεων φρουρὰν ἐθεᾶτο καὶ ὅπλα πολέμια, ἐπὶ πόδα τε ἀνεχώρει καὶ
 ἀνεξέβηκε, καὶ ἀντὶ χάρακος ἄλλου καὶ στρατοπέδου ἐς τοὺς
 ἄντικρον τῶν βασιλείων ὑπορόφους οἴκους σκηναῖα τε ἐξ αὐτο-
 E σχεδίου κέκρικε δεῖν τηρικαῦτα καὶ ὅ,τι χρὴ ποιεῖν διασκέψασθαι.

11. πλείους posuit pro πλείοσιν, observante Boiv. 22. βασιλείων
 Boiv. pro βασιλέων.

que selectis, ne id quod agebatur adversarii deprehenderent, diligenter pro-
 gredi, et conducto vespere circum urbis muros tacito gradu insidiari, atque
 exspectare, quoad portae, revulsis introrsum claustris, patefierent. (III.)
 Nocte itaque, circiter primam vigiliam, quo maxime tempore homines ple-
 rique, nocturnis facibus extinctis, oculos suos somno regendos commit-
 tunt, cum omnino civibus vacuae sunt urbis viae omnes, accessit ille tum
 equites Byzantinos, quotquot conscii erant, tum eos cognatorum, quibus-
 cum erat illi arctissima coniunctio; tum illam praeterea peditum manum,
 quos ad custodiam et praesidium datos habuisse eum circa se diximus. Cum
 his omnibus, qui quidem plus quam centum erant, ad illam portam abit,
 quae Aurea vocatur, eamque reserat; et inde ducto initio omnes pariter re-
 cludit, ad ipsum prope palatium. (IV.) Imperator in urbem cum suis co-
 piis intromissus (hunc autem eius ingressum divina providentia sanguinis
 omnino purum et expertem servavit) pedetentim et composite ad palatii us-
 que portas progreditur, illucescente iam aurora. Eas offendit clausas: si-
 mul summis in moenibus stantes propugnatores armaque infesta conspicit.
 Quamobrem cessim redit, et signa convertit. Tum pro aliis quibuscunque
 aggeribus et castris illas, quae e regione palatii sitae sunt, altas aedes
 ex tempore eligit, ac in iis interim diversari, et quod factum opus sit con-

ἦγε δ' ὁ φεβρουάριος τρηκαῦτα τρίτην ἡμέραν τοῦ ζῶνε ἔτους. A. C. 1347
καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς Καντακουζηνὸς ἐν τούτοις ἦν. (E.) Ἡ δὲ Imp. Io. Pa-
βασιλὶς Ἄννα, τῆς ἀκροπόλεως ταύτης ἐντὸς συγκλεισθεῖσαι, καὶ
πρὸ ὀφθαλμῶν ὀρῶσα τὴν ἑαυτῆς σπουδὴν τελευτῶσαν εἰς ἀπρα-
5 ξίαν, οὐδ' οὕτω μεταμανθάνειν ἔγνω τὸ δέον ὄψε γοῦν, καὶ
ταῦτα μὴθ' ὄπλων εὐπορίαν ἐντὸς κεκτημένη, μήτε στρατιωτῶν F
πλῆθος εἰς φρουρὰν ἀποχρῶν· ἀλλὰ πέμπουσα κρούφα τὸν τε δῆ-
μον ἠρέθιζε τῶν Βυζαντίων κατὰ τοῦ βασιλείως, μεγάλων ἐλπί-
δων τὰς σφῶν ἐμπιπλῶν ἀκοάς· καὶ ἅμα Λατινικὰς στρατιωτῶν
10 ἐκ Γαλάτου μετεπέμπετο φάλαγγας, καὶ ὅσα ἐς βελῶν καὶ μη-
χανημάτων ἀντιπάλων ἀρκέσουσι χρεῖαν. ζητοῦντί γε μὴν τῷ
βασιλεῖ Καντακουζηνῷ, δίδόναι τὴν ἀκρόπολιν μετ' εἰρήνης
ἐκοῦσαν, εἰ βούλοιο κοινωνεῖν τε τῆς βασιλείας αὐτῷ καὶ μετὰ P. 487
τὴν ἤτιαν, καὶ ἡγεῖσθαι μετὰ τοῦ υἱέως ἐν ἅπασιν, ὅποσα τι-
15 μὴν σὺν αἰδοῖ τε καὶ κόσμῳ φέροι σφίσι βασιλικῶς, ἔν τε εὐφη-
μαῖς καὶ ἀναστάσεσι καὶ καθέδραις καὶ ὅσα μετὰ τοῦ πρέποντος
ἔποιτο λόγου (τοιαύτην καὶ γὰρ εἶναι τούτῳ τὴν τῆς γνώμης ἔξ
ἀρχῆς πρόθεσιν) καὶ μὴ μάτην οὕτω τρίβειν τὸν χρόνον, καὶ τὸν
ἐκ τῆς ἀλώσεως περιμένειν πρόδηλον κίνδυνον· ἡ δὲ τὴν ἀπὸ B
20 Σκυθῶν εἰπεῖν ἀντεδίδου ῥῆσιν, ὕβρεσί τε πλύνειν τοὺς ἀγγελια-
φόρους ἐκέλευεν ἐκ τοῦ τείχους καὶ μηδ' ἄκροις ὡς προσέειπαι
τὰ λεγόμενα. (ς.) Ἄρτι δὲ τῆς ἐσπέρας ἐληλυθυίας, καὶ περὶ
λύχων ἀφὰς τῶν ἀνθρώπων ἀσχολουμένων, κατέπλευσαν ἐς αἰ-

16. ἀναστάσεσι em. Boiv. pro ἅμα στάσεσι.

siderare statuit. Erat dies ille Februarii tertius anni sexies millesimi octin-
gentesimi quinquagesimi quinti. Et imperator quidem Cantacuzenus in
eo erat. (V.) Imperatrix vero Anna, intra illam arcem conclusa, cum suos
labores palam videret ad nihilum recidisse, ne sic quidem volebat sero sal-
tem intelligere quid expediret: tametsi nec armorum intus copiam haberet,
nec militum satis ad praesidium: sed missis clam hominibus et populum
Byzantinum in imperatorem instigabat, magnifica videlicet promissa auribus
ingerens; et Latinorum militum cohortes Galata arcessebat, telorumque et
machinarum quantum ad bellicum usum satis futurum esset. Quin etiam im-
perator Cantacuzeno postulanti, ut arcem sponte et cum bona gratia trade-
ret, si partiri cum eo imperium, etiam victa, et praeire cum filio vellet in
iis omnibus rebus, quae honorem cum reverentia et cultu coniunctum eis
pro imperatoria dignitate afferrent; nempe in acclamationibus, et quoties
una consistendum aut sedendum esset; aut ubicunque rationi consentaneum
foret (etenim id ipsum sibi ab initio fuisse propositum): id inquam postulanti
Cantacuzeno, simulque ne ita tempus frustra tereret, neve periculum ab ob-
sisione evidenter imminens exspectaret roganti, illa Scythicum, ut aiunt,
responsum dabat, et probis legatos perfundi ex muro iubebat, ac ne pri-
moribus quidem auribus dicta admitti sinebat. (VI.) Primo vespere, cum
homines lucernis accendendis vacant, Galataeae triremes duae expeditae,

- A. M. 6855 **γιαλὸν δύο ταχυναντοῦσαι τριήρεις ἐκ τῶν Γαλάτου, πλήρεις**
 Ind. 15 **C** στρατιωτῶν τε καὶ ὀπλῶν Λατινικῶν, δυοῖν θύτερον ἐν νῶ δια-
 πράξασθαι ἔχουσαι, ἢ τῇ βασιλίδι συμμάχους ἕσεσθαι, τοῦ
 πληρώματος ὅλου παρεισελθόντος ἐντὸς, ἢ παισί τε καὶ χρήμα-
 σιν ὁμοῦ συναρπάσαντας ἀπάγειν αὐτήν. ἀλλὰ τὸν ἐπίπλου ἀ-5
 σθόμενοι σφῶν οἱ περὶ τὸν Καντακουζηνὸν σφᾶς τε ἀπήλασαν
 τὴν ταχίστην, τόξα πολλὰ περιστήσαντες, καὶ τὴν ἀκρόπολιν
 ἕξωθεν τέως ἐν φυλακῇ ἐποιοῦντο, τὴν ἱκανὴν ἐπενεγκόντες στρα-
D τιάν. (Z.) Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πάντες, πολιορκεῖν ἐς τὴν ὑστεραίαν
 αἰρούμενοι, καὶ τὴν τῆς νίκης κρίσιν τοῖς ὀπλοῖς ἐπιτρέπειν, οὐ
 μᾶλα γέ τοι ἀρεστά τῷ βασιλεῖ Καντακουζηνῷ προθυμείσθαι
 V. 394 **ἔδοκουν.** ἀλλὰ τὸν αὐτῷ συνήθη τρόπον κἀνταῦθα τηροῦντι, καὶ
 χωρὶς αἵματος ἐμφυλίου τὰ κατὰ γνώμην τελεῖν οἰομένῳ βέλτιον
 εἶναι, καὶ δευτέραν καὶ τρίτην ἐπήει πέμπειν πρεσβείαν, καὶ ἀνα-
Ε μμινήσκειν τὰ πρότερα, ὅθεν τε ἤρξατο καὶ ὅποι πεπόρευται, 1
 καὶ ὅπως ἐς τοιοῦτον ταυτὶ κατηνέχθη τὸ πέρας, ἐς ὁποῖον αὐτὸς
 αἰεὶ προὔλεγέ τε καὶ διεμαρτύρετο, κούφα τε καὶ ἐς προὔπτον, καὶ
 γράφων καὶ πρεσβευόμενος. προσκαλεσόμενος οὖν τὸν τῶν Φι-
 λίππων ἀρχιθύτην, καὶ ὅσοι ξύν γε αὐτῷ πρὸ δυοῖν που τοῖν
 ἐναντιοῖν πρέσβεις πρὸς τῆς βασιλίδος Ἄννης ἐπέμφθησαν ἐς Δι-2
Φ δυμότειχον ὄντι αὐτᾶ, διεξῆει τοιάδε. (H.) „Πάλαι μὲν ὁ κύ-
 ριος, ἀγανακτῶν ἐπὶ τῷ ἡγαπημένῳ τῶν Ἰουδαίων λαῶ, οὓς πρό-
 τερον διὰ Μωσέως τὸν νόμον διδοῦς διεμαρτύρετο, λέγων· πρόσ-
 εχε οὐρανὸν καὶ λαλήσω· καὶ ἀκούετω γῆ ῥήματα ἐκ στόματός

Latinis militibus armisque plenae, ad littus appelluntur; duorum alterum facturae, sive, omnibus copiis in arcem introductis, imperatricem adiuturæ, sive eandem, cum liberis simul et pecunia abreptam, illinc abducturæ. Sed illorum adventum odorati ii, qui circa Cantacuzenum erant, multis arcibus circumsepto aditu, eos statim abigunt; atque inde extra arcem, idonea militum manu admota, excubias agere incipiunt. (VII.) Ac alii quidem omnes postridie in obsidionem incumbi, et victoriam armorum iudicio permitti volebant. Imperatori autem Cantacuzeno non admodum placere videbatur id, quod illi cupiebant. Enimvero huic, suum morem tum quoque retinenti, et absque civium sanguine perficere ea quae decrevisset satius ducenti, visum est alteram et tertiam mittere legationem, et antea in memoriam revocare, unde scilicet coepissent, et quorsum recidissent; atque ut eo tandem deducta essent, quo ipse praedixerat, clamque et palam tam itteris quam legationibus testatus fuerat. Arcessito itaque Philipporum pontifice, et iis omnibus, qui cum illo circiter biennium ante legati ab imperatrice Anna venerant, tum cum ipse Didymotichi versaretur, in hunc modum disserit. (VIII.) „Olim Iudaeis, populo dilecto, Deus iratus; quos per Moysen iam antea, cum legem traderet, testes advocaverat his verbis: Attende caelum, et loquar; et audiat terra verba ex ore meo: eosdem

μον· τοὺς αὐτοὺς καὶ πρὸς τὰς ἐλέγχους τῶν ὑστερον πυριβάσεων A. C. 1347
 διεμαρτύρατο, διὰ Ἡσαΐου λέγων· ἄκουε οὐρανέ, καὶ ἐνωτίζον Imp. Io. Pa-
 ἡ γῆ· υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὑψωσα, αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν· καὶ laeol. 6

τὰ ἐξῆς. τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ αὐτὸς ἐγὼ τήμερον, ὑμῶς προσ- P. 488

5 καλεσάμενος μάρτυρας τῶν πάλαι μοι πρὸς ὑμῶς λεχθέντων
 καὶ δι' ὑμῶν πρὸς Ἄνναν τὴν βασιλίδα, ἀναμνησάμενος τῶν εἰρημέ-
 νων ἀρτίως ἔκρινα δεῖν, καὶ πρέσβεις ὑμῶς ἐμοὶ πρὸς ἐκείνης τότε
 πεμφθέντας πρέσβεις τοὺς αὐτοὺς ἐκείνη πρὸς ἐμοῦ νῦν ἤδη πεμ-
 φθῆναι. ἵστε πάντως, ὅτε πρεσβεύσοντες ἦκατε, ὅσα ὑμῖν εἶπον

10 ἀπαγγεῖλαι τῇ βασιλίδι· ὡς ὁ θεὸς, δίκαιος ὢν, καὶ δίκαια κρί-
 νειν οἶδε, καὶ σὺν δίκῃ τὰς τῶν πρηγμάτων ἀποβάσεις ποιῆσθαι B

ὁ τοίνυν σύνηθες τῷ θεῷ ποιεῖν τοῖς τε ἀδικοῦσιν ὁμοῦ καὶ ἀδι-
 κουμένοις, τοῦτο καὶ νῦν ἐλπίζω καὶ πρὸς τὸν νῦν ὄψεσθαι πρά-
 γμασι. καὶ τί δεῖ πρὸς εἰδότας πάντα διεξιέναι καθ' ἕκαστα; ἵστε

15 γὰρ ὡς, οὐ μύητις ὢν, προὔλεγον τὴν τῶν ἐμῶν ἐπιβούλων φθο-
 ρὰν καὶ τὴν ἐμὴν ἐς Βυζάντιον ταύτην εἴσοδον· ἀλλὰ πρὸς τὸν
 τῆς δίκης ἔφορον καὶ ἀκοίμητον ὀφθαλμὸν ἀφορῶν, καὶ κείνῳ

προσαναρτῶν τὰς ἐμοὶ πρὸς ὑμῶν ἐπενηνεγμένους ἀδίκως ἐπεικῶς C
 συμφορὰς, ἠλπιζόν τε καὶ προὔλεγον τὰς ἐκβάσεις ἐν ὑμῖν ἀκροα-

20 ταῖς. διὰ δὴ ταῦτά μοι καὶ ἀξιοχρεώτερον ἔδοξεν, ὑμῶς καὶ οὐχ
 ἑτέροισι διαμαρτύρασθαι καὶ πρέσβεις εἰσπέμψαι τῇ βασιλίδι,
 ἵνα συνείραντες τὰ πρότερα τοῖς παροῦσι καὶ τὰ γε προειρημένα
 μετὰ τῶν ἐκβάσεων παραινέσητε τοὺς τῆς δίκης αἰδεῖσθαι θρό-

postea, quum sequentis aevi delicta argueret, per Isaiam testatus est: Audi caelum, et auribus percipe terra: filios genui et exaltavi; ipsi autem spreverunt me, etc. Eodem modo et ipse vos hodie testes adhibeo, ac eorum, quae olim vobis dixi, quaeve imperatrici Annae per vos significavi, commonefaciendos esse nunc demum puto; et legatos ab ea ad me tunc missos ad eam iam nunc mittere decrevi. Meministis certe ea, quae, cum legati ad me venistis, vobis mandavi ut imperatrici renunciaretis: Deum scilicet iustum esse; proinde et iusta esse illius iudicia; et rerum eventus ab eo iuste ordinari: quod soleret igitur Deus rependere tam iis, qui iniuriam inferrent, quam iis, qui paterentur, id et in praesentibus negotiis exhibitum iri sperare me. Quid porro necesse est a me singula commemorari vobis, haud nescientibus? Scitis quippe, me, non quia vaticinandi peritus forem, vobis praedixisse et meorum insidiatorum tristes exitus, et hunc meum in urbem ingressum: sed quia ad exploratorem et insomnem divinae Iustitiae oculum respicerem, et calamitates, quas mihi per summam iniuriam inferebatis, illi relinquerem ulciscendas, ideo et spem aluisse, et vobis audientibus futuros rerum exitus praenunciasset. Ea propter melius facturum esse me existimavi, si non alios, sed vosmet ipsos testarer, legatosque ad imperatricem mitterem, ut priora cum praesentibus et praedicta cum eventis componendo eam hortemini, ut Iustitiae tribunal vereatur, ac ne ultra Deo pugnet, neu

- A. M. 6855 νους, καὶ μὴ περὶ τὴν θροναρχίαν, καὶ Θεοῦ κρίσιν δικαίαν πε-
 Ind. 15 **D** ρᾶσθαι συγγεῖν, καὶ τοῖς ἀδυνατοῖς οὕτως προδήλως ἐπιχειρεῖν,
 ἐπ' ὀλέθρου τῶν τε παίδων καὶ ἑαυτῆς. ἐγὼ γὰρ τῆς αὐτῆς ἔχο-
 μαι γνώμης αἰεὶ· καὶ δυνάμενος ὄπλοις καὶ δυνάμεισι ὁμοῦ τῇ
 ἀκροπόλει χειρώσασθαι τοὺς ἔνδον ἅπαντας ἐν βραχεῖ τὴν θεί-
 λησιν οὐκ ἔχω συνάδουσαν." (Θ.) Ταῦτ' εἰπὼν προὔπεμπεν αὐ-
E τοὺς. οἱ δὲ ἀπελθόντες καὶ πάντα συνείραντές τε καὶ ἀπαγγελ-
 λαντες ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς Ἄννη τῇ βασιλίδι ἤνευσαν οὐδὲν
 πλέον, ἢ ὅτι πρὸς πλείονα κακίαν ἀναφλεχθεῖσαν ἰδόντες κατε-
 πλάγησάν τε καὶ ἀνεχώρησαν. ἐπεὶ δὲ ταῦθ' ὁ βασιλεὺς ἤκηκόει, 10
 καὶ ὡς τῆς αὐτῆς αἰεὶ σκληρότητος ἡ βασιλὶς ἔχεται ἔγνω, καὶ τὴν
 αὐτὴν οἱ ταύτης λόγοι μετὰ τῆς γνώμης τηροῦσι βαρῦτητα, καὶ
 V. 395 οὐδὲν τῶν προτέρων ἀτυχημάτων παρέσχεν αὐτῇ τὸ λυσιτελοῦν
F ἄπλανῶς ἰδεῖν, ὥρμησε μὲν τὰ πρῶτα πολέμου νόμῳ καὶ πολιορκ-
 κία δοῦναι τὴν τοῦ πράγματος ἔκβασιν· ἔπειτα ἐπέσχεν αὐθις, 11
 καὶ πρὸς τὴν ἀμείνονα τῆς πραότητος τύχην τὸ τῶν πρακτικῶν
 ἀνελθῆτο βούλευμα. (I.) Ἄλλ' οὐκ ἤρεσκε τοῦτο τοῖς ἀμφ' αὐ-
 τὸν στρατιώταις καὶ στρατηγοῖς. ὅθεν τῆς ὑστεραίας ἐπιούσης
 ἐν παραβύστω κατὰ σφᾶς αὐτοὺς αὐτοὶ ποιοῦνται συνθήκας,
 P. 489 αἰφνίδιον ἐπιθέσθαι τῇ ἀκροπόλει, πρὶν αἰσθῆσθαι τὸν βασιλέα. 20
 καὶ δὴ μικρὸν ὑστερον ἢ κατὰ μεσημβρίας εἶναι τὸν ἥλιον, τῶν
 σημείων ἀρθέντων, κύκλῳ περιστάντες οἱ μὲν τοῖς ἐκηβόλοις
 ἐχρῶντο βέλεσιν· οἱ δ' ἐν χεροῖν ἀνειλημμένοι πῦρ καὶ φρυγάνων
 φακέλλους ὑφῆψαν τὴν πρὸς τῷ τεμένει τῶν Βλαχερονῶν τῆς

8. Ἄννη em. Boiv. pro ἄμα.

instum Dei iudicium confundere conetur, neu denique ea, quae maiora sunt quam ut perfici possint, in liberorum et sui ipsius perniciem sic palam aggre-
 diatur. Ego enim in eadem usque persto sententia; et cum possim armis ac viribus brevi tam arcis, quam eorum omnium, qui in arce sunt, potiri, ta-
 men voluntate ab eo consilio abhorreo." (IX.) Haec fatus eos dimittit. Illi
 abeunt: omnia in unum conferunt, et a capite usque repetita imperatrici
 renunciant: nihil autem proficiunt; sed ubi eam maiori furore inflammata
 vident, percussi recedunt. Quod postquam imperator accepit, et Augustam
 in duritie sibi constare, eandemque tam in dictis quam in animo acerbita-
 tem retinere didicit, neque ulla priorum cladum effectum esse, ut quid ex-
 pediret certo perspiceret; statim quidem rei eventum belli legibus et ob-
 sidioni permittere voluit; mox se iterum continuit, et felicioribus clementiae
 consiliis quid agere oporteret statuendum reliquit. (X.) Id iis, quos secum
 habebat, militibus et ducibus non placuit. Postera igitur die clanculum ipsi
 inter se arcem drepente adoriri, antequam imperator sentiat, constituunt:
 ac paulo post meridiem sublatis signis circumfusi alii telis missilibus rem
 agunt; alii ignem manibus praetendentes et virgultorum fasciculos eam ar-
 cis portam succendunt, quae ad Blachernarum templum spectat; statimque

ἀκροπόλεως πύλην· καὶ ἅμα εἰσέβηε τὸ πλῆθος τῶν ὀπλιτῶν. A. C. 1347
 καπειδῆ τὸ παράλιον οὕτω τῆς ἀκροπόλεως μέρος ἔάλω, καὶ οἱ ^{Imp. Io. Pa-}
 στρατιῶται τὰς τῶν οἰκητόρων οὐσίας διήρπασαν, οὐ λήγειν ἔτι B ^{laeol. 6}
 τῆς βλαπτούσης ἐκείνης ὀρμῆς ἐνενοοῦν· ἀλλ' ἔμελλον ἤδη πει-
 5 ρῶσθαι καὶ τῶν ἀνωτέρω τῆς ἀκροπόλεως μερῶν καὶ ὄλον ἐκεῖσε
 λαμπρῶς τὸ πολέμιον πῦρ ἐνεγκεῖν. καὶ τάχ' ἂν ἀλώσεως ἔργον
 ἑμοῦ καὶ πρὸς κάκεινα ἐγίνετο παραχρῆμα, εἰ μὴ κεκώλυκε
 πέμψας ὁ βασιλεὺς τὸ τῆς ὀρμῆς ὑπερβάλλον. καὶ ταῦτα μὲν τῆδέ
 πη ἔσχεν. (IA.) Ἡ δὲ βασιλις Ἄννα ἐν τοῖς μεγίστοις τῶν φό- C
 10 βων τὴν νύκτα πῦσαν ἐκείνην διήνεγκεν. ἅμα δ' ἔω προσκαλεσα-
 μένη τοὺς ἀμφ' αὐτὴν περὶ τῶν πρακτέων συνδιεσκέπτετο· καὶ
 κοινῶ συνεδόκει ψηφίσματι, πέμψασθαι δεξιᾶν, οὐκ ἐπὶ τοῖς
 ἡμαρτημένοις συγγνώμην ζητεῖν (σμιχροπρεπὲς γὰρ ἐκείνη νεόμι-
 σται τοῦτο καὶ ἥκιστα εὐδαίμων, σκληρότητι καὶ ὀφρῦ' συντετη-
 15 κίας γνώμης) ἀλλ' ἐπαγγελίαις ἐνόρκους περὶ μεγάλων καὶ ξένων D
 πραγμάτων, ὑπερηφανία κεκομψευμένας μακροῦ, ὀπόσαι ξύν
 γε τοῖς ἁωρίαν μακρὸν ἐπισυρομένοις ζητήμασιν ἄλλοις καὶ τὸ
 μὲν μοναρχεῖν ἀπήτουν, τὸ δὲ συνάρχειν ἀπελέγοντο. καὶ ἵνα μὴ
 ἐν μικροῖς μακρὸν ἀναλίσκωμεν λόγον, ἀστοχῆσασα τῶν ἀκαίρων
 20 ἐκείνων ἐλπίδων, καὶ δεῖσασα μὴ, ἐπὶ ξυροῦ τῶν πραγμάτων αἰω-
 ρουμένων αὐτῇ, καὶ ἄκοντος τοῦ Καντακουζηνοῦ παραπόληται E
 πρὸς τῶν ἄλλων, ὅσοι πρὸς αὐτῆς ἐπεπόνθεισαν τὰ ἀνήκεστα,
 πρὸς τὰς φιλανθρώπους νένευκε τοῦ βασιλέως συμβάσεις, συνάρ-
 χειν ἅμα καὶ προεδρεύειν.

irrumpit armata multitudo. Capta in hunc modum maritima arcis parte, di-
 reptisque habitatorum facultatibus, nondum milites impetum illum noxium
 sistere statuebant; sed erant iamiam oppugnaturi superiorem quoque arcis
 partem, totamque illuc aperte translaturi flammam hostilem. Ac fortasse
 obsidionis simul et ignis vim etiam illa pars statim experta esset, nisi im-
 petum illum immoderatum imperator, missis qui reprimerent, cohibuisset.
 Et haec quidem ita ferme se habuerunt. (XI.) At imperatrix Anna totam
 illam noctem maxima trepidatione traduxit. Primo autem mane, convocatis
 iis quos habebat secum, coepit quid agendum esset consultare; tum de com-
 muni omnium sententia visum est, eos mittere qui dextram iungerent, ac
 non modo delictorum veniam non petere (id enim, quia illius animo durities
 et fastus penitus inoleverant, indignum esse duxit et minime decorum) sed
 etiam magna quaedam et inaudita iurato promittenda stipulari multo cum
 fastu; ac praeter alia postulata insolentiae plena totam auctoritatem re-
 petere, partiri vero nolle. Ac ne in parvis longius immoremur, cum intem-
 pestivae illae spes irritae fuissent, verereturque illa, ne in praecipiti con-
 stitutis iam rebus suis, etiam invito Cantacuzeno aliorum manu periret, quot-
 quot ab ea gravius aliquid passi fuerant, ad benignas imperatoris conditio-
 nes descendit, ut collegam quidem eum pateretur, ipsa tamen praecederet.

A. M. 6855

Ind. 15

P. 490

V. 396

9'. Καὶ ἀνοιχθέντων ἤδη τῶν βασιλείων, ἐξεχέοντο κατὰ πλῆθος οἱ δέσμοι, ὅσοι τε τῶν εἰς γεγονότων καὶ ὅσοι τῶν ἄλλως ἐχόντων. μόνω δ' Ἰωάννη τῷ πατριάρχῃ, τῆς ἀξίας τέως ἐξωσθέντι, ἐξιέναι οὐκ ἐνῆν· περὶ οὗ καὶ διαλαβεῖν ὀφείλοντας ἔνια, πρὶν ἐνταυθοῖ κατακληλυθῆναι τοῦ λόγου, καὶ ἄκοντας ἡμῶς.

Βὸ τῶν ἄλλων σφόδρα παρέσυρεν εἰρμός. (B.) Ἐξότου γὰρ Ἄννα ἡ βασιλὶς τὴν ἑαυτῆς πρὸς Καντακουζηνὸν ἐξεπολέμωσε γνώμην, συνεργῶ τε ἅμια καὶ πιστοτάτῳ ἐκέχρητο τῷ πατριάρχῃ τούτῳ συμβούλῳ πρὸς ἅ πάντα κρούφα τε καὶ ἐς τοῦμφανῆς δρώμενα ἦν· καὶ νῦν μὲν αὐτῆ τῆς ἐκείνου γνώμης ὀλοσχερῶς ἐξήρητο, 10 νῦν δὲ τῆς ἑαυτῆς ἐξαορώμενον εἶχεν ἐκείνου· καὶ συνελόντι φάσθαι, φρόνημα ἐν ἀμφοτέροις ἦν ἐν ἕκαστῳ, τοῖς τε ἄλλοις δηλαδὴ καὶ οἷς ὁ Παλαμᾶς ἐδογματίζε καινοτέροις καὶ ἀθήσει.

Κπάνυ τῆ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ. καὶ δεῖγμα τοῦ λόγου σαφές, ἃ τοῖς τὸν ἱερόχιον ἐν Ἄθῳ τῷ ὄρει βίον ἀσκοῦσιν ἐπεμπεν αὐτῆ γράμματα ζῆν γε τῷ πατριάρχῃ κατὰ τοῦ Παλαμᾶ· τὰ τε οἰκεία ταύτης φημὶ καὶ ὅσα ὁ ταύτης υἱὸς Ἰωάννης ὁ βασιλεὺς ὑπ' αὐτῆς προσταττόμενος ἔγραψεν· οἷς τὰ τε ἄλλα ἐνεγέγραπτο καὶ δὴ καὶ ὡς ἥκιστα χοῖναι νομίζε, εἰρκταῖς καὶ φροουαῖς ἐνέχε-

10 σθαι Παλαμᾶν διὰ γε δὴ τὸ Καντακουζηνῶ τὴν γνώμην τίθεσθαι, ὅτι μὴ διὰ τὸ ζῆν οὐδενὶ κόσμῳ περιούνητα Θεοτήτων ἀκτίστων διδάσκειν ἀπειράκις ἀπειρών ἐσμὸν, κατ' ἀλλήλων διύσταμένων (εἶναι γὰρ φησι τὰς μὲν ὑπερκειμένας καὶ νοητάς· τὰς δ' ὑφειμένας καὶ ὄρατάς) καὶ τοιοῦτα ἅττα βλασφημοῦνται συγ-

9. Iam itaque apertis palatii portis, magno agmine effusi ruere ii, qui vincti antea tenebantur, quotquot sive nobiles sive alterius cuiuscunque conditionis erant. Uni patriarchae Ioanni, sua tum dignitate deiecto, exire non licuit: de quo, antequam nostra oratio huc processisset, quaedam dicere debuimus; caeterarum autem rerum series ab eo argumento nos invitos longissime abduxit. (II.) Imperatrix Anna, ex quo animum hostilem in Cantacuzenum induerat, hoc ipso patriarcha, ad ea omnia, quae sive clam sive palam agerentur, adiutore simul et fidissimo consiliario usa fuerat: et modo quidem haec ex istius, modo iste ex huius sententia totus pendebat: atque, ut paucis absolvam, unus utrique animus erat, tum in omnibus aliis rebus, tum adversus ea dogmata, quae Palamas nova et inusitata in sanctam Dei ecclesiam invehebat. Id certo indicio constat: nempe ex litteris, quas contra Palamam sive Anna ipsa cum patriarcha, sive matris iussu Ioannes imperator, ad montis Atho monachos scripsit: quibus litteris tum alia inerant, tum ne quis vinculis custodisque ideo Palamam coërceri existimaret, quod illi est animum ad Cantacuzenum adiecisset; sed quod idem, immodeste huc illuc vagando, Divinitatum aeternarum, earumque inter se dissidentium (alias enim supereminentes et intelligibiles, alias humiliores visibilesque esse dicitur) infinite infinitum examen doceret existere, et talia

χεῖν καὶ ταράττειν τὴν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν. (Γ.) Διειλίγει γε μὴν A. C. 1347
 ἢ τοιαύτη παρ' ἀμφοτέροις ἀκμάζουσα σύμπνοια καὶ ὁμοφροσύνη, Imp. Io. Palaeol. 6
 τῷ τε πατριάρχῃ δηλαδὴ καὶ τῇ βασιλίδι, πρὶν δι' ἀκριβοῦς γε P. 491
 τῆς πείρας ἀπογνόντα τὸν πατριάρχῃν τῆς τῶν κοινῶν σωτηρίας
 5πραγμάτων ἄρξασθαι παραινεῖν αὐτῇ τὰ συνοίσοντα, καὶ βου-
 λευτὴν καθίστασθαι περὶ ξυναλλαγῶν καὶ σπονδῶν πρὸς τὸν
 Καντακουζηνόν. ἀφ' οὗ δὲ τοιαύτην ἔγνω συμφέρον βαδίζειν V. 397
 ὁδὸν, παραχρῆμα καθ' ἑαυτοῦ καὶ τὴν βασιλίδι ἐξέμηχε. καὶ B
 τοῦτ' ἦν ἀρχὴ καὶ κατάλυσις πρώτῃ συμπνοίας τε καὶ ὁμοφροσύ-
 10νης ἐκείνης, καὶ νόσημα, μήτε μάλαγμα μηδὲν μήτε καταδέ-
 σμους οὐδένας παραδεχόμενον. πῦσαν μὲν οὖν ἐκείθεν ἡ βασιλις
 ἐπίνοιαν στρέφουσα κατὰ τῆς τοῦ πατριάρχου καθαιρέσεως, καὶ
 πάντας ἐφ' ἑαυτῆς κυλίουςά τε καὶ ἀνακκλοῦσα λογισμοὺς, οὐ-
 δὲν ἀννσιμώτερον εὔρισκεν ἐς τὴν τοιαύτην πρόθεσιν, πλὴν τοῦ
 15δογματῶν ἐκείνων, ὧν ἐξ ὅλης ἀπεωθεῖτο πρότερον τῆς ψυχῆς, C
 καὶ ἀθέσμων φωνῶν τοῖς περὶ τὸν Παλαμῶν κοινωνήσασα γί-
 λους ἑαυτῇ καταστήσασθαι, καὶ συμμάχοις σφίσι χρῆσασθαι
 θερμοτέροις κατ' αὐτοῦ. (Δ.) Πρῶτον μὲν οὖν ἀπρόϊτον ὡς ἐν
 εἰρηκτῇ τῷ οἴκῳ συγκεκλειῖσθαι τοῦτον ἐπέταττεν· ἔπειτα συνό-
 20δους ἐπισκόπων νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἤθροισέ τε καὶ ὠπλιζε
 κατ' αὐτοῦ. τὴν γοῦν ὑστεραίαν ὀρισμένη ποτὲ πρὸς τὴν ἐκέ- D
 ρου καθαιρέσιν ἀθροισθῆναι τοὺς ἐπισκόπους ἐπέσχεν ἡ νύξ
 ἐκείνη, φλεγμονὴν τῷ λαίμῳ δεινὴν ἐπενεγκοῦσα, θάνατον ἀπει-
 λοῦσαν πάνυ τοι σφόδρα αἰφνίδιον. καὶ ἦσαν ἐντεῦθεν ἄχρι τριῶν

quaedam execranda proferendo Dei ecclesiam confunderet ac perturbaret.
 (III.) Et ea quidem voluntatum consensio et concordia non prius ambos
 inter, patriarcham dico et imperatricem, vigere desiit, quam ille, post ac-
 curatam experientiam desperata reipublicae salute, coeperit huic ea suadere,
 quae profutura essent, auctorque exstiterit gratiae reconciliandae et pacis
 cum Cantacuzeno faciendae. Ex quo autem utilius esse statuit eam sequi
 viam, ex eo repente in se ipsum quoque imperatricem exacerbavit. Et haec
 fuit mali origo ac prima labes, quae coniunctionem illam concordiamque dis-
 solveret: hoc fuit vulnus, quod nec fomenta nec ligamina ulla admitteret.
 Augusta igitur omnes ex eo artes animo versare, ut patriarchae pontifica-
 tum abrogaret, omnia secum volvere ac revolvere consilia; denique ad id,
 quod sibi propositum erat, nihil invenire efficacius, quam si opinionum il-
 larum et impiarum vocum, quas impensissime antea repudiarat, cum Pala-
 mae sectatoribus demum particeps facta, amicos eos sibi redderet, et ipsis
 adiutoribus uteretur adversus istum acerrimis. (IV.) Primum igitur domo,
 tanquam carcere, ita eum includi iubet, ut a nemine adiri possit: tum pon-
 tificum coetus diu noctuque in eundem cogit et instigat: tandem episcopis
 edicit, ut postridie conveniant ad eum gradu deiciendum. Ei vero rei mor-
 ram nox attulit, inducta in fauces gravi inflammatione, quae interitum re-
 pentinum minabatur. Atque inde usque per triduum mortis terrores illam

- A. M. 6855 ἡμερῶν οἱ τοῦ θανάτου φόβοι κυκλοῦντες καὶ τὸ τῆς ψυχῆς τα-
 Ind. 15 ράττοντες λογιζόμενον. τὸ γὰρ τοῦ θεοῦ μακρόθυμὸν ἐπέχεν ἔτι
 τὰ τῆς τελευταίας ὁργῆς βέλη καὶ τὸν τῆς γυναικὸς ἀνεβάλλετο
Eὐλεθρον, πλὴν ὅσον τὴν ἀπειλὴν ἐν τοιοῦτοις ἀθρόωστήμασι τε
 καὶ πράγμασιν ἀμυδρῶς ἐξωγράφει, μεταμελείας καιρὸν μαινο-5
 μένη ψυχῇ παρεχόμενον. ἐπεὶ δὲ ἡ τετάρτη ῥαίονά τε ἐπεπράχει
 καὶ ὑπερσεχεῖν παρεσκεύασε, τοὺς προτέρους αὐθις ἀνεκαλεῖτο
 κατὰ τοῦ πατριάρχου τρόπους, καὶ ἐς τὰ πρότερα ἐπαλινδρομεῖ
 βουλευμάτα. Ἐξ μεταξὺ παρεθρόνησαν ἡμέραι, καὶ τὴν ὑστεραίαν
Fαῦθις ὀρισωμένη τοὺς ἐπισκόπους ἐπὶ τοῖς ὁμοίοις ἐπέταττεν 10
 αὐθις ἀθροῖζεσθαι. (E.) Ἄρτι δὲ τοῦ ἡλίου τῆς γῆς ὑπερκό-
 ψαντος, σπουδῇ ταχύνας ἤκεν αὐτῇ μοναδικὸν καὶ ἡσύχιον ἄγων
 βίον ἀνὴρ, ᾧ σύνηθες φοιτῶντι συχνότερον ἀκούειν τὰς μυστι-
 κὰς τῶν λογισμῶν ἐξαγορεύσεις αὐτῆς. καὶ δέλτον ἐγχειρίζων
 ἔλεγεν αὐτῇ, πρὸ τῶν θυρῶν εὔρειν αὐτομάτως ἐξιόντα αὐτὸν 15
 ὀρθρῆαίτερον, ἀγνοῶν ὅστις ὁ ῥήσας εἶη, καὶ ὅτου χάριν. τὰ γε
P. 492 μὴν ἐγγεγραμμένα εἶχε πρῶτον μὲν ὄρκους φρικώδεις κατὰ τοῦ
 πνευματικοῦ ἐκείνου ἀνδρὸς καὶ κολάσεων δεινῶν ἀπειλὰς, ὅσαι
 ψυχῇ καὶ σώματι μακρὰν ἐπιφέρουσι καὶ ἀφόρητον τὴν δριμύτη-
 τα, εἰ βουληθεῖη διὰ δειλίαν, ἢ δι' οἰονδήτινα τρόπον, συστει-20
 λαι καὶ ἡκιστα ἐθελῆσαι δοῦναι τῇ βασιλίδι τὴν δέλτον. ἔπειτα
 ἔστρεφε τὸ τοῦ λόγου πρόσωπον ἐς τὴν βασιλίδα· καὶ ἦν ἡ τῶν
 λεγομένων δύναμις τοιαύτη. „εἰ μὴ παύση μαχομένη καὶ πόλεμον
Bεγείρουσα κατὰ τῶν ἱερῶν τῆς ἐκκλησίας δογματίων, οὐκ ἂν φθά-
 νοις φθείρουσα τὴν σὴν ἀθθεντίαν καὶ τὸν τῆς οἰκείας δόξης 25

circumsteterunt, et eius iudicium perturbarunt. Etenim perseverantissima Dei clementia cohibebat adhuc supremæ iræ tela, et mulieris differebat exitium; atque ad poenitendum animo furenti spatium largita his tantum incommodis et difficultatibus leviter adumbrabat poenam reservatam. Cum autem quartus dies aegram confirmasset et erexisset, suum illum priorem animum in patriarcham denuo recepit, et ad priora rursus consilia rediit. Sex intercesserant dies, cum episcopis iterum edicit, ut iisdem de rebus acturi postridie conveniant. (V.) Sole recens orto, ad eam propere accurrit vir monasticæ et tranquillioris vitæ addictus; cui illa subinde ad se ventitanti arcana conscientiae aperire consueverat. Hic tabellam porrigit, aitque se, summo mane egressum, eam ante fores casu offensis: nescire autem, a quo et quorsum iacta esset. In ea quæ legebantur, hæc erant. Primo horrendæ execrationes in virum illum religiosum, et poenarum gravissimarum denunciationes (earum scilicet, quæ et animæ et corpori diuturni ac intolerandi doloris acrem sensum afferunt) si metu ille aut quacun- que alia ratione deterritus supprimeret ac tradere imperatrici eam tabel- lam recusaret. Deinde ad ipsam imperatricem oratio convertebatur; et hæc ferme erat vis verborum. „Nisi desieris pugnare et bellum inferre sacrosanctis ecclesie dogmatis, non poteris facere, quin et tuam auctori-
 25

ἄλεθρον αὐτῇ ἐαντῇ δημιουργοῦσα καὶ ἐξυφαίνουσα.” τοῦτων αὐ- A. C. 1347
 τήκοος ἢ βασιλῆς γενοῦσα ἐχαλέπηνέ τε καὶ ὀξύτερον ἀνεβόησε, Imp. Io. Pala-
 λαιολ. 6

λοιδουμένη σφόδρα τᾶνδρῖ, καὶ ἀπειλοῦσα τὰ μέγιστα τῶν δει-
 νῶν, εἰ τῶν βασιλείων ἔνδον ὀφθείη τοῦ λοιποῦ. κᾶπειτα δια-
 5 ῥήξασα τὴν δέλτον ἐξὲν πολλῶ τῷ θυμῷ τὸν προκειμένον ἦει
 κατὰ τοῦ πατριάρχου σκοπόν· καὶ συνεκάλει τοὺς ἐπισκόπους,
 καὶ ὅσοι τῆς τοῦ Παλαμᾶ φατρίας ὑπῆρχον, λῆρον ἠγῆσαμένη τὰ C
 ἠκουσμένα. (ζ΄.) Ὅθεν ἀπεκλείοντο μὲν αἱ πύλαι τῶν βασιλείων
 ἅπασιν, ὅσοι τῷ πατριάρχῃ συνηγοροῦντες εἶεν· ἀπεκλείετο δ' ὁ
 10 πατριάρχης αὐτὸς παρθένιας ἀπάσης καὶ τῆς ἐς τὴν σύνοδον V. 393
 ἐκείνην τῶν ἐπισκόπων ἀπαντήσεως. καὶ οὕτως ἐρήμη χρησάμενοι
 δίκη καθαιρέσειν ἐγγραφον ἐποιήσαντο κατ' αὐτοῦ, δι' οὐδὲν
 ἕτερον αἴτιον, ἢ ὅτι τὸν Παλαμᾶν ὁμοῦ ταῖς αὐτοῦ καινοφωνίαις D
 ἀναθέματι καθυπέβαλλε, καὶ τὸν ἐπὲρ ἐκείνου κατέλυε τόμον
 15 ὕστερογενέσιν ἑτέροις τόμοις. ἐκείνην μὲν οὖν τὴν ἡμέραν ἐν τού-
 τοις ἢ βασιλῆς ἀνγλωκῦτα περὶ δύσιν ἡλίον τροφῶσαν παρετίθει
 τράπεζαν καὶ γλιδῶντα συμπόσια τοῖς ἐς τὴν τοῦ πατριάρχου κα-
 θαιρέσειν ἀγωνισαμένοις· καὶ γέλωτές τινες οὐ μάλᾳ εὐσχήμονες
 καὶ χαρμόσυνα διηγήματα πανταχόθεν τὴν εὐωχίαν ἐκείνην συνε-
 20 κρότουν τε καὶ ἐθώπεον. ἄρτι δὲ περὶ τὰς τῶν ὀρνίθων ὠδᾶς E
 τῆς νυκτὸς γενομένης ἐκείνης, πάντα ἐς τοῦναντίον τὰ τῆς χα-
 ρᾶς ἐκείνης ἀντέστραπται. ἐσπέρας γὰρ ἠέλυστο ἀγαλλισις, καὶ
 εἰς τὸ πρῶτ' κλαυθμός. καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον.
 (Ζ.) Τῷ δὲ βασιλεῖ Καντακουζηνῷ, τῶν βασιλείων ἐντὸς γενο-

5. ἦει Boiv. corr. pro εἴη.

tem labefactes, et tuae ipsa gloriae exitium conflēs atque moliare.” His im-
 peratrix auditis, stomachari et acutioribus exclamationibus in hominem
 acerbe invehi, eique gravissimas poenas minari, si unquam in palatio post-
 hac cernatur. Tabella deinde rupta magno cum spiritu, ea quam institue-
 rat via patriarcham aggredi pergit: ac ea quae audierat floccifaciens epi-
 scopos convocat, et quotquot Palamiae factionis erant. (VI.) Praeclude-
 bantur itaque palatii fores illis omnibus, qui patriarchae defensionem sus-
 ciperent: eratque ipsi patriarchae praecisa omnis dicendi licentia, et ad
 illius synodi episcopos interdictus accessus. Ita sententiam in eum absen-
 tem et inauditum scripsere, nullam aliam ob causam, nisi quod Palamiam
 simul et ipsius nova dogmata anathemate perculisset, et scriptum pro eo
 Tomum posterioribus Tomis rescidisset. In his consumpto illo die, impera-
 trix circa solis occasum sumptuosam mensam apponit, et epulum dat lautis-
 simum iis, qui, ut patriarcha dignitate spoliaretur, operam navaverant: ac
 risus quidam non adeo modesti et fabellae festivae undecunque convivium
 illud adornarunt et permulserunt. At illa ipsa nocte, circa gallicinium,
 omnis ea laetitia in moerorem versa est. Vespere enim demorata est exul-
 tatio, et ad matutinum fletus. Et haec quidem ita se habuerunt. (VII.) Im-
 peratori autem Cantacuzeno, palatium ingresso, locus minime idoneus erat,

- A. M. 6855 μένω, προσήκων τόπος ἤκιστα ἦν εἰς καταμονήν· καὶ ταῦτα μήπω
 Ind. 15 μηδὲ τῆς συζύγου παρουσίας, ἀλλ' ἐν Διδυμοτείχῳ διατριβούσης
 F ἔτι. οἷς μὲν γὰρ ἀρμόττουσαν ἔχειν ἐνῆν οἰκήμασι δίαιταν βασι-
 λεῖ, ταῦτα προκατέχουσιν οὐκ ἐξέστησεν Ἄνναν τὴν βασιλίδα
 ζύν γε τῷ παιδί καὶ βασιλεῖ Ἰωάννῃ, οὐδ' ἐμποδῶν ἐγγόνει τὴν
 προτέραν σφᾶς ἐν τούτοις ἔχειν ἀνάπανσιν· ἀλλ' ὥσπερ σφίσι
 τῶν βασιλικῶν πρωτείων ἐξεκχωρήκει λαμπρῶς ἐν τε καθέδραις
 καὶ εὐφημίαις, οὕτω καὶ ταῖς οἰκήσεσιν ἐπεπράχει. αὐτὸς δ' ἐν
 P. 493 τοῖς περὶ τὸν Ἀλεξίου τοῦ πάλαι μέγιστον τρίκλινον ἐρειπίοις μᾶλ-
 λον ἢ οἰκήμασιν εἰπεῖν δέδωκε φέρων οἰκεῖν ἑαυτόν. (H.) Ἰωάν-
 νην γε μὴν τὸν πατριάρχην, δέσμιον τηρικαῦτα παρόντα τοῖς
 βασιλείοις εὐρῶν, οὐδὲ μιᾶς ἠξίωσε προσαγορεύσεως. διώκτην
 γὰρ αὐτοῦ καταστάντα, καὶ θερμὸν ἐξ ἀρχῆς πολέμιον, οὐτ'
 εὖ τι δοῦν εἶχε, τῆς καρδίας ἤκιστα προθυμονυμένης ὁμαλὸν προ-
 τανεύειν οὐδέν· οὐτ' αὖ τοῖς αὐτοῦ κακοῖς κακὰ προστιθέναί κέ-
 15 Βήρικεν ἕτερα δειν· πλὴν ὅτι ταῖς τοῦ Παλαμᾶ πειθόμενος εἰση-
 γήσει τῇ τε τῆς ἐπισκοπῆς καθαιρέσει προσεπῆγε καθαιρέσειν
 καὶ ἅμα ἐν τῇ τοῦ θείου Βασιλείου μονῇ προσεταχῶς ἀπενεχθῆ-
 ναι τέως ἐς Διδυμοτείχον ἐκείθεν ἐξόριστον μετ' ὀλίγον αὐτὸν
 ἐπεπόμφει. (Θ.) Καὶ ταυτὶ μὲν, ἰδίας καὶ πολυτελεστέρως δεό-
 20 μενα πραγματείας, κεφαλαιώδως πως ἡμεῖς καὶ σφόδρα τοι πε-
 C ρφεισμένως οὕτως διέξεληλύθειμεν, πλείσταις ἄλλαις διεξιέναι
 λόγοις ἀφθονωτέροις τὰς ὑποθέσεις γλώτταις παραχωροῦντες,
 καὶ ἄλλοτ' ἄλλαις αἰ πανταχόθεν εἰς ἓνα τινὰ συγκεκροτημένον

17. Post καθαιρέσει Boivino excidisse videtur τὴν τῆς ἱερωσύνης.

in quo habitaret; idque, etsi nondum adesset uxor, sed adhuc Didymotichi commoraretur. In qua enim aedium parte versari imperatorem conveniens erat, ab ea imperatricem Annam haud movit, quae cum filio Ioanne imperatore ibi habitare occupaverat; neque impediit, quo minus ii sedem illic ut antea haberent. Sed ut imperatoriis praerogativis aperte iis cesserat, tam in sessionibus quam in acclamationibus, ita et in ipsis habitationibus cessit. Ipse vero ad illas, quae circa maximum Alexii veteris triclinium occurrunt, ruinas potius quam aedes se contulit et habitatum ivit. (VIII.) Ioannem autem patriarcham, qui tum in palatio vinculus adstabat, obvium cum habuisset, nulla allocutione dignatus est. Ei enim, qui se persequi instituisset, et ab initio hostis acerrimus exstitisset, nec poterat benefacere, voluntate minime propensa ad benigne consulendum; nec illius malis alia addere mala visum est: nisi quod suadenti Palamae obsequutus episcopalem dignitatem iterato illi ademittit, et cum in Divi Basilii monasterium interim transferri eum iussisset, Didymotichum inde paulo post exulatum misit. (IX.) Et haec quidem, tametsi peculiari fusiorique expositione egebant, summatim quodammodo nos ieiuniusque percurrimus; aliis videlicet bene multis, ad eundem finem quotidie et undecunque tendentibus, eadem argumenta copio-

- A. M. 6855 *κουζηνὸν εἰς ἅπαν τὸ σφίσι βουλόμενον, ἀφ' οὗ τὸ βασίλειον εἰς τὸ ἐντελὲς περιεζῶσθαι ξυνεβρόνῃ κράτος. (B.) Δύξαν οὖν εἰς τοὺς ἰδίους τῷ Παλαμᾷ τρόπους ἀνυσιμώτατον δυοῖν πεπραχέ- και θάτερον· ἢ ἑαυτὸν, εἰ δυνηθείη, τοῖς πατριαρχικοῖς ἐγκα- θιδρῶσαι θρόνοις, ἢ γοῦν τῆς φατρίας τό γε δεύτερον ἕνα ὄντι-5 νοῦν· ἐπειδήπερ αὐτῷ μὲν ἤκιστα κατὰ σκοπὸν ἐχώρει τὸ πρῶγμα,*
- C *ἀντισηνεγκεῖν Ἰσιδώρον ἐξεγένετο, ὃς Μονεμβασίας μὲν ἐψηφιστο πρότερον· ἔπειτα διὰ τὸ ταῖς τοῦ Παλαμᾷ καὶ αὐτὸν ἀλίσκεσθαι καινοφωνίας καθήρηται τε καὶ τῆς ἱερῆς ἀφώρισται κοινωνίας· δι' ὃν δὴ καὶ πατριαρχεύσαντα νῦν τὸ τῆς ἐκκλησίας εὐθύς ἐβ-10 ῥάγη σύστημα. (Γ.) Καὶ πρῶτον μὲν τῶν ἐπισκόπων οἱ πλείους εἰς τὸ τῶν θείων ἀποστόλων ἀθροισθέντες τέμενος, δεύτερον δ'*
- D *εἰς τὴν Στεφάνου τοῦ θείου πρωτομάρτυρος μονὴν, αὐτὸν τε Ἰσι- δωρον καὶ ὅσοι ὁμόφρονες εἶεν ἀναθέματι κανονικῶ καθυπέ- βαλλον, καὶ ἅμα τὴν ψῆφον ὑπογραφαῖς ἰδίαις κυρώσαντες παρ-15 ῥησίᾳ σφίσι ἐπεπόμφισαν. ἐφ' οἷς ἀχθεσθέντες σφόδρα τὸν βασιλέως θυμὸν ὀξύνουσι κατ' αὐτῶν. κἀντεῦθεν τοῖς μὲν παρα- θεωρεῖσθαι ξυνέβαινε, κἀξ ἐνδόξων ἀδόξοις καθίστασθαι, κἀξ εὐπόρων αὖ ἀφηνίδιον ἀπόροις· τοῖς δ' ὑπερορίοις γίνεσθαι τῆς*
- E *μεγάλης πόλεως, οἷς μὲν ἐκοῦσιν, οἷς δ' οὐ. (Δ.) Καὶ τὰ ἐπὶ 20 τούτοις ἔστι διηγουμένων ἐτέρων ἀκούειν πλατύτερον· ὅπως μὲν ἄλλος ἄλλοθι διεσπάρησαν ἅπαντες, καὶ ἀπεβρόλίφησαν μετὰ τῆς παρῥησίας καὶ τῶν ἐλέγχων· ὅπως δ' αὖ τῶν πανταχῇ θαλάσσης*
- V. 400 *τε καὶ γῆς ὀρθοδόξων εἰς Βυζάντιον συχνὰ ἐσεφοίτα γράμματα,*

is plenissimam auctoritatem imperatoriam induit, vix ab iis magnum putabatur. (II.) Ac Palamas quidem sic statuebat, conducere admodum rationibus suis, duorum alterum effici; ut aut se ipsum, si posset, sedi patriarchali imponeret; aut quemvis saltem e suis sectatoribus. Quia igitur ipsi pro se agenti minime ex sententia succedebat, idcirco Isidorum promovendum duxit. Hic Monembasiae electus antehac episcopus mox novorum Palamae errorum cum et ipse convictus fuisset, deiectus dignitate fuerat, et a sacra communione segregatus. Eodem nunc patriarchatum obtinente, scisum est statim ecclesiae corpus. (III.) Atque episcopi plerique, cum in sanctorum Apostolorum aedem primum, deinde in Divi Stephani Protomartyris monasterium convenissent, canonico anathemate Isidorum, et quotquot illi assentirentur, perculerunt. Deinde decretum, propriis subscriptionibus confirmatum, confidenter illis miserunt. Quod illi aegre admodum ferentes imperatoris animum in hos stimulant: eoque factum, ut horum alii despicerentur, et ex illustribus obscuri, ex opulentis inopes statim existerent; alii magna urbe exularent, volentes quidam, nonnulli invitati. (IV.) Quae deinde gesta sunt, ea ab aliis narrata fusius accipere est: ut nempe omnes alius alio dispersi sint et eiecti, sua cum dicendi libertate suisque illis criminationibus; ut rursus ab orthodoxis, ubique maris et terrarum degentibus, frequentes litterae Byzantium ventitarint, zeli divini plenae, quae Palamam

ζήλον θείου μεστὰ, περιφανεῖ παραπεμπόντων ἀναθέματι Παλα- A. C. 1347
 μῦν ὁμοῦ καὶ Ἰσιδώρον, καὶ ὅσοι ὁμόφρονες ἔκ τε Ἄντιοχείων Imp. Io. Pa-
 φημὶ καὶ Ἀλεξανδρίων καὶ ἕμα Τραπεζουντίων ἐπισκόπων καὶ F
 πρεσβυτέρων· ἔκ τε Κυπρίων ὁμοῦ καὶ Ῥοδίων καὶ ὀρθοδόξων
 5 προσοίκων· ἔκ τε Μυσῶν καὶ Τριβαλλῶν, καὶ ὅσοι τοῖς τῶν
 θείων πατέρων ὄροις ἐμμένειν μακροῦ παρελήφεσαν ἐθισμῶ, καὶ
 μηδέν τι νεώτερον δέχεσθαι παρ' οὐδενὸς τῶν ἀπάντων, κἄν ἀγ-
 γέλων τις ἔξ οὐρανοῦ κομιῆξ.

ια'. Ἡμεῖς δ' ἐς τοσοῦτον ἤχομεν τοῦ παρενεχθῆναι λαθεῖν P. 495
 0 τῷ πολυειδεῖ καὶ ποικίλῳ τῶν ὑποθέσεων, ὡσθ' ἂ παρεῖται δο-
 κεῖν εἶναι τὰ καιριώτερα. τὰ δέ ἐστιν, ὅπως τε ἐκάτερος ἐκατέρῳ
 χορηγῶ καὶ ταμίᾳ τοῦ ἀξιώματος ἐχρήσατο· Καντακουζηνῶ μὲν
 Ἰσιδώρος τῆς πατριαρχίας, Καντακουζηνὸς δ' Ἰσιδώρῳ τῆς βα-
 σιλείας τὸ δεύτερον. ἡ γὰρ ἐν Διδυμοτείχῳ πρὶν ἀναγόρευσις τὸ
 5 τέλειον ἔχειν ἤκιστα ἐδόκει τοῖς Παλαμίταις. (B.) Γεγονέναι δὲ B
 τὰ τοιαῦτα συμπέπτωκε κατὰ τὸν ἐν Βλαχέρναις θεῖον νεών. τὸ
 γὰρ θυῦμα τῆς οἰκουμένης ἐκεῖνο, τὸ μέγα λέγω καὶ περιβόητον
 τῆς τοῦ θεοῦ Σοφίας τέμενος, ἀφ' οὗ τὸ μέρος ἐκεῖνο καθήρη-
 0 ται, πρὸς τὸ ἀχρεῖον φεῦ ἀπενεχθὲν, μακρὰν τινα τὴν ἀωρίαν
 εἶχε τοιαύταις ἐορταῖς διακονεῖσθαι καὶ πανηγύρεσιν. μὴ οὖν
 πρὸς τοσοῦτον οὗτος ἀποχρῶν πλῆθος πνηγρὸν τι χωρίον ἐδό-
 κει καὶ ἀτερπές. τοῦ γὰρ δημοσίου βήματος ἐκείνου μῆκος ἀνά- C
 λογον ἔχειν ἀπαιτουμένου τῷ τε ὕψει καὶ πλάτει, ἐφ' οὗ τοῖς

4. καὶ ante ὀρθοδόξ. add. Boiv.

simul et Isidorum, et omnes eorum fautores, apertis execrationibus prosequerantur, ab Antiochensibus dico, et Alexandrinis, Trapezuntisique tam episcopis quam presbyteris; item ab Cypriis, Rhodiisque, et orthodoxis adiacentibus; nec non Mysis et Triballis, et quicumque sanctorum Patrum inherere praescriptis, ac nihil quidquam novi ab quocunque allatum admittere, vel si id ab Angelo afferretur, tradito iam inde antiquitus more instituerant.

11. Sed nos argumentorum copia et varietate eo usque sensim abrepti sumus, ut ea omissa sint, quae potiora videntur existisse; nempe ut alter alterum auctorem habuerit et architectum dignitatis, Cantacuzenum quidem Isidorus patriarchicae, Isidorum vero Cantacuzenus imperatoriae, secundo delatae. Quae enim celebratio Didymotichi peracta fuerat, ea Palamitis completa minime videbatur. (II.) Isthac vero in templo Blachernensi perfecta est. Etenim illud orbis miraculum, magnum inquam illud et omnium sermone celebratissimum S. Sophiae templum, ex quo pars eius eversa erat, eo redactum (proh dolor!), ut nulli esset usui, minime erat opportunum eiusmodi festis ac celebritatibus apparandis. Hoc vero tantam multitudinem capere haud poterat; adeoque arctior locus et insuavior videbatur. Nam cum publicus ille suggestus, cui imperatorios thronos imponi oportebat, eam exigeret longitudinem, quae et altitudini et latitudini responde-

- A. M. 6855 βασιλικὸς ἔδει τεθῆναι θρόνους, ἔχρῃν ἑκατέρωθεν τὴν προσήκουσαν ἔχειν εὐρυχωρίαν καὶ τοὺς τοῦ θεραπευτικοῦ τάγματος, ὁπότε δεήσειεν· ὡς εἶναι βραχὺ λοιπὸν τὸ λειπόμενον τοῦ νεῦ πρὸς ὑποδοχὴν διαφόρων ὄχλων. ὁμῶς ἐφαμίλλου τῷ μεγίστῳ θεῶ ἐκείνῳ τεμένει τῶν πάντων ὄντος οὐδενός, ὁ δεύτερος ἔξ 5
- D ἀνάγκης ἔδοξε πλοῦς εἰς τὴν χρεῖαν αὐτός. (Γ.) Καὶ ἦσαν οἱ τοὺς βασιλικούς τηρικαῦτα θρόνους πληροῦντες ἐκείνους δυοῖν τε βασιλέων ὁμωνύμων ὁμοφροσύνη καὶ ἅμα βασιλίδες τρεῖς, Ἄννα τε καὶ Εἰρήνη ἢ Καντακουζηνή μετὰ τῆς θυγατρὸς Ἑλένης. τούτων δ' οὕτω τετελεσμένων, περὶ δεκάτην ὥραν που τῆς 1
- V. 401 πρώτης καὶ εἰκοστῆς τοῦ μαΐου ἵππων εὐθὺς ἐπιβάντες, ὡς εἶχον, μετὰ τῶν βασιλικῶν ἐνδυμάτων ἐκείνων ἦγον ἐς τὸ παλάτιον. κακεῖ τὴν συνήθη πεποιηκότες ἐμφάνειαν ἀφ' ὑψηλοῦ τοῦ βήματος εἶτα κατήεσαν, καὶ τράπεζαν παρετίθεσαν, ἐπὶ πέντε
- P. 496 θρόνων αὐθις καθίσαντες. (Δ.) Τοσαύτῃ δὲ πενία κατείχετο τὰ 1 βασιλεία τηρικαῦτα, ὥστ' οὐδὲν ἦν τῶν τυρβῶν καὶ ἐκπωμάτων ἐκεῖ χρυσοῦν ἢ ἀργυροῦν· ἀλλ' ἔνια μὲν καττιτέρινα, τὰ δ' ἄλλα πάντα κεραμεῖα καὶ ὀστράκινά. ἔξ ὧν ἔξεστι συνίεναι τοῖς ὅσοι μὴ ἀδαιεῖ τῶν τοιούτων καὶ περὶ τῶν ἄλλως ὀφειλομένων, ὁπόσα μὴ κατὰ τὸ εἶκος τελεῖσθαι ξυνέβαινε, τῷ τῆς ἐνδείας βιαίῳ τῶν 2
- B γὰρ λέγειν, ὅτι καὶ τὰ βασιλικά τῆς ἐορτῆς ἐκείνης διαδήματά τε καὶ περιβλήματα, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, χρυσοῦ μὲν εἶχον τὴν φαντασίαν καὶ λίθων δῆθεν πολυτιμῶν· τὰ δ' ἦν ἐκεῖνα μὲν

ret, necesse etiam erat utrinque spatium satis amplum diaconis patere ad sedendum, ubi opus futurum esset; ita ut templi reliqua pars angustior iam foret, quam ut posset capere variam hominum multitudinem. Tamen cum ex omnibus templis nullum esset, quod maximo illi posset equiparari, altero hoc velut subsidiario uti necesse visum est. (III.) Erant autem ii, qui sedilia illa imperatoria tunc tenebant, cognomines et socii duo imperatores; item tres imperatrices, Anna et Irene Cantacuzena cum filia Helena. Quae cum ita essent, primo et vigesimo Maii die, circa decimam horam, conscensis statim equis, ita ut erant, cum imperatoriis illis insignibus, venerunt ad palatium. Cumque ibi de more spectandos se ex alto suggestu exhibuissent, mox descenderunt, ac mensa apposita, rursus in quinque sedilibus consedere. (IV.) Tanta porro tunc laborabat inopia palatium, ut in lancibus et poculis nihil ibi esset aurei aut argentei; sed stannea quidem nonnulla, caetera vero omnia fictilia et testacea essent. Ex his quilibet, earum rerum non rudis, caetera quoque aliunde requisita, nec ita ut par erat perfecta (tyrannica quippe inopiae vi in factis, in consiliis, tum temporis dominante) facile intellecturus est. Nam illa quidem dicere omitto, ut et ipsa in ea solennitate diademata et vestimenta, maxima ex parte, auri quidem speciem haberent et gemmarum pretiosissimarum; con-

ἀπὸ σκνύτους, ὅποσα χρυσὸς ἐπιχωρῶζει πρὸς τὴν τῶν σκνυτίων A. C. 1347
 ἐνίστε χροίαν· ταῦτα δ' ἔξ ὑέλων, παντοδαπὴν ἐχόντων χροιάν Imp. Io. Pa-
 πρὸς τὸ διαγλῆς. ἦσαν δ' οὗ καὶ σποράδην εἰπεῖν εὐκοσμίαν ἔχον- laeol. 6
 τες ἀληθεύουσαν λίθοι πολυτελεῖς καὶ μαργάρων στιλπνότης,
 5 οὐκ ἀπατώσα τὰς ὄψεις· οὕτως ἔρρει καὶ σφόδρα ἔσβη καὶ κα-
 τηρέχθη τὰ τῆς ἀρχαίας ἐκείνης εὐδαιμονίας τε καὶ λαμπρότητος
 τῶν Ῥωμαϊκῶν πραγμάτων· ὡς νῦν γε μηδ' ἄνευ αἰσχύνης ἔχειν
 ἡμᾶς ἐκτιθέσθαι τὴν τῶν τοιούτων ἀφήγησιν. (E.) Αἰτίαι δ' ἦσαν
 τῆς τοιαύτης καταφορᾶς τε καὶ κακοδαιμονίας· πρώτη μὲν, ἡ
 10 τῶν ξιφουλίων στάσεων φορὰ τε καὶ σύγχυσις· ἡ ῥάσθη μὲν ἡ τῶν
 ὄντων ἦν χρηματικῶν εἰσόδων ἀνατροπὴ· ῥάσθη δ' ἡ τῆς οὐκ
 οὔσης δαπάνης εὐρεσις καὶ ἐπίνοια· δευτέρου δὲ καὶ τελευταία, D
 τὸ φιλόργυρόν τε καὶ χρυσομανὲς τῆς γνώμης τῆς τε βασιλίδος
 Ἄννης καὶ Ἀλεξίου τοῦ Ἀποκαυκόν· οἷς ἡ τοῦ στρατεύεσθαι
 15 χρεία κατὰ τοῦ Καντακουζηνοῦ, πρόφουσιν παρασχοῦσα πλουτεῖν
 κακοτρόπως, ὅλαις ἔξαντλεῖν ἐπινενόηται χερσὶ τὰ ἐκ πολλοῦ τοῖς
 βασιλικοῖς ταμιείοις ἐντεθῆσανρισμένα πολυτελεῖ κειμήλια. προσ-
 ποιούμενοι γὰρ ἑτέροις πιπρᾶσκον τὰ μὲν αὐτῶν αὐτοὶ κατ' E
 ἐκλογὴν ἐσφετερίζοντο λάθρα· τὰ δ' αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἐπίπρασκον,
 20 πάνν τοι εὐώνον, καὶ ὅποια βουλομένοις σφίσι ἦν, τὴν πρᾶσιν
 ποιούμενοι. ἦν δ' ὁμως καὶ ἐξεπίτηδες τὸ γινόμενον, ὡς αὐτοῖς
 ἐνίστε ἐκλαλούμενον ἦν· ἔν' εἰ τύχοι παρεληφῶς τὴν βασιλειον
 ἀρχὴν ἐς Βυζάντιον εἰσεληλυθὼς ὁ Καντακουζηνός, μὴ εἶναι οἱ
 χρημάτων εὐπορίαν, δι' ὧν τοῖς ἡγεμόσιν ἰσχύς κατ' ἐχθρῶν

starent autem illa corio, qualia nonnunquam inaurantur ad coriariorum
 usum; haec vitro, omnigenis coloribus perlucete. Erat tamen alicubi, sed
 sparsim, sincerus pretiosorum lapidum nitor, et is, qui oculos non deciperet,
 margaritarum fulgor. Adeo dilapsa erat penitusque exstincta et pes-
 sumdata vetus illa rei Romanae fortuna et magnificentia, ut ne nunc qui-
 dem sine pudore earum rerum narrationem edere possimus. (V.) Cur au-
 tem adeo res perditae et afflictae essent, hae causae erant. Prima, civi-
 lium dissidiorum tumultus et caeca perturbatio; cui facillimum fuit et id quod
 rei pecuniariae erat effundere, et eos sumptus comminisci atque excogitare,
 qui nulli erant. Altera, eademque ultima, avaritia et auri amore furens
 animus Annae imperatricis Alexiique Apocauci; quibus belli Cantacuzeno
 inferendi necessitas occasionem praebens perperam ditescendi ideo excogitata
 est, ut plenis manibus pretiosas illas gazas haurirent, quae in impe-
 ratoriis thesauris iam pridem erant repositae. Aliis enim vendere simulan-
 tes nonnulla, delectu habito, in rem suam convertebant: quaedam ipsi sibi
 vili admodum pretio, et ut libitum erat, vendebant. Id tamen et consulto
 fiebat, ut ab ipsis temere aliquando vulgatum: ne videlicet Cantacuzeno,
 si forte is Byzantium ingressus rerum potiretur, parata esset copia pecu-
 niarum, unde et principibus vires ad debellandos hostes suppetunt, et or-

- A. M. 6855 περιγίνεται καὶ κόσμος τῇ ἀρχῇ δημιουργεῖται· ἀναλογίαν γὰρ
 Ind. 15 F ἔχειν βίῳ παντὶ τὰ χροῖματα, καὶ μάλιστα πάντων ταῖς ἡγεμονι-
 καῖς ἀρχαῖς, ὅποιαν δῆπου τοῖς πῦσι ζώοις ἢ τῶν νευρῶν σύμ-
 πηξίς τε καὶ ἀρμονία. (ς.) Ὅθεν ἐλθόντι τῷ Καντακουζηνῷ
 πάντ' ἦν παντάπασιν κεκενωμένα τὰ βασιλέων ταμιεῖα· καὶ πλὴν
 ἀέρος καὶ κόνεως καὶ τῶν Ἐπικουρείων εἰπεῖν ἀτόμων, εὔρηται
 πλέον οὐδὲν ἐν αὐτοῖς. δέον οὖν ζητῆσαι καὶ λαβεῖν ἢ μὲν ἐκ τῆς
 P. 497 βασιλίδος Ἄννης εἰς τὰς τῶν βασιλικῶν ἐνεργειῶν ἀναγκαίας δα-
 πάνας· ἢ δ' ἐκ τῶν τὰ δημόσια κατεδηδοκότων, κακῆθεν πορι-
 σαμένων τὴν τοῦ πλουτεῖν εὐπορίαν, κακῶν πενήτων πάννυ τοι γε-
 γονότων ἐξαιρήνης πλουσιῶν· ὁ δὲ σιωπῇ παρέδραμεν ἅπαντα·
 εἶθ', ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τῇ συμφυεῖ καὶ συντροφῶν προύτητι κἄν-
 ταῦθα χρώμενος· εἶθ', ὡς ὁ τῶν πλείστων ἐκράτει λόγος, δει-
 λίας τε συνηχημένος τρόποις ἐξ ὁμοφροῦς τινος ἀφελείας καὶ
 Β ἄμα δεδιὼς ἀδόκητόν τινα στάσιν, ἔτι τεταραγμένων αὐτῷ τῶν 1
 V. 402 πραγμάτων καὶ ἀνωμάλων ὄντων. (Z.) Τοσοῦτον γὰρ ἀπέ-
 σχετο τοῦ μηδενὶ δι' ὄχλον γενέσθαι τῶν ὄσοις, τῷ καιρῷ πρὸς
 ἀρπαγὴν χρησαμένοις συμμάχῳ, διανεμίσθαι ξυνεπεπτώκει τὰ
 τε αὐτοῦ καὶ τὰ τῶν ἀκολουθησάντων αὐτῷ πράγματα, οἰκίας
 τε καὶ ἀγροὺς δηλαδὴ, καὶ ὅσα χρυσὸς καὶ μάργαρος καὶ λίθοι 2
 C πολυτελεῖς συνοικοδομοῦσι καὶ συννυφαίνουσιν· ὥστε καὶ ὀφείλων
 ἀποδοῦναι πρὸς τῶν ἠρπακῶτων ἀνεληφότα μὲν τὸ οἰκεῖον ἅπαν
 πρότερον τοῖς μυρίοις ὑπομεμενηκόσι δι' αὐτὸν κινδύνους, προσ-
 αποδοῦναι δ' αὖ καὶ τὰ τοῖς πόνοις ἀνάλογα ἔπαθλά σφισιν, ὅ

7. & add. Boiv.

namenta imperii conflantur: pertinere enim pecuniae rationem ad quemlibet statum; maxime vero ad principatus conservandos, ad quos ita se habet, ut ad animantem compactio et coagmentatio nervorum. (VI.) Offendit itaque Cantacuzenus thesauros imperatorum omnes omnino exhaustos, nihilque in iis praeter inane et pulverem et Epicureas (ut ita dicam) atomos. Cum igitur quaerere et accipere oporteret partim ab imperatrice Anna, ad necessarias functionum imperatoriarum impensas, partim ab iis, qui rempublicam depeculati fuissent, et magna sibi inde opum vi parata ex inopibus ditissimi statim evasissent; ille silentio omnia praeteribat: sive, ut mihi videtur, suam illam ingenitam coalitamque lenitatem in eo quoque retineret; sive, ut plerique dictitabant, timidus moribus praepediretur, naturali quadam animi humilitate; et quia, turbidis adhuc rebus et nondum ordinatis, improvisam aliquam seditionem extimesceret. (VII.) Tantum nempe aberat, ut molestus esset ulli eorum, qui tempore usi ad rapiendum opportuno partiti inter se fuissent cum ipsius proprias facultates, tum eorum, qui eum sequuti erant; domos nempe et praedia, et quaecunque auro ac margaritis pretiosive lapidibus seu compinguntur, seu contextuntur; ut inmo, cum deberet, primo quidem rem omnem familiarem, ab iis qui diripuissent repetitam, restituere iis, qui pericula pro se infinita obiissent, deinde et praemia

δὲ οὐδ', ὅποι καταλύσειεν ἐκείνων ἕκαστος ἐσπέρας, ἣν πεφρον- A. C. 1347
 τικῶς· ἀλλὰ καὶ ἀπαιτοῦσιν ἐπετίμα, καὶ καταβοῶσιν ἤχθει, Imp. Io. Pa-
 καὶ διανυκτερεύοντας ἐν τοῖς ὑπαίθροις καὶ πλανωμένους ἐς ἀλ- laeol. 6
 λοτριᾶς θύρας ὑπερεώρα, ὑπόδειγμα τιθεῖς, ὡς ἔφασκε, σφίσιν D
 5 αὐτὸς ἑαυτὸν διὰ τῆς τῶν παθημάτων ταυτότητος, ὡσερ τις
 βραβευτῆς καὶ ζυγοστύτης μέσος ἰστάμενος καὶ νέμων ἐπίσης
 ἑαυτῷ τε καὶ τοῖς ἄλλοις τὴν τοῦ βίου ῥοπήν καὶ τὴν τῶν ὕβρειων
 πρόφασιν· ῥίξοθεν οὕτως ἐκτέμνων καὶ ἀποφράττων κακῶς τὰς
 τὸ δίκαιον σοφίζομένας τῆς κρίσεως γλώττας. ἀλλὰ περὶ μὲν τοῦ
 10 εὖ τε καὶ ὡς ἐτέρως τὰ τοιαῦτα τῷ Καντακουζηνῷ ἐψηφίσθαι τε E
 καὶ πεπράχθαι κρίνειν παρήμι τοῖς τῆδε τῇ ἱστορίᾳ κατὰ τὸ
 εἰκὸς ἐντυγχάνουσι, καὶ συνάπτειν εὐφρῶς δυναμένοις ταῖς ἀρ-
 χαῖς τῶν πραγμάτων τὰ τέλη, καὶ παρεξετάζειν, ὡσερ ἐφ' ἐνός
 τινος σώματος, τὴν ἀλληλουχίαν καὶ συστοιχίαν τῶν κατὰ μέρος
 15 καὶ καθ' ἕκαστα πεπραγμένων τε καὶ λελεγμένων. ἐγὼ δ' ἐκῆσε
 ἐπάνειμι. (H.) Ἐβδόμη γὰρ μετὰ τὴν ἀναγόρευσιν καὶ στεφηφο- F
 ρίαν ἐκείνην ἡμέρᾳ παρῆν· καὶ ὁ αὐτὸς ἐν Βλαχέρναις εἶχε θεῖος
 ναὸς μετὰ τοῦ βήματος καὶ τῶν δίσκων ἐκείνων τοὺς τε βα-
 σιλέας ὁμοῦ καὶ τὰς βασιλίδας· καὶ τὰ νόμιμα τῆς τῶν νέων βασι-
 20 λείων προετελεῖτο συζυγίας, Ἰωάννου φημὶ καὶ Ἐλένης, τοῦ μὲν
 ἐξκαιδεκαέτους ὄντος, τῆς δὲ δυοῖν ὑποβεβηκυίας ἐτῶν ἐκείνου.

ιβ'. Ἐπεὶ δὲ στρατὸς καὶ δῆμος ἅπας ἡσχυλλέ τε καὶ τὰ P. 498
 μέλλοντα μᾶλλον ἢ τὰ παρόντα ἐδεδείκε δικαιοτήρια, διὰ τὸ ἐκ-

1. πεφροντικῶς Boiv. corr. pro πεφρονικῶς. 8. τὰς κακῶς τὸ
 conl. Boiv.

pro laboribus digna persolvere; ne curaret quidem, ubi illorum unusquisque
 vesperi diversaturus esset: sed et reposcentes increparet, et clamitantibus
 indignaretur, et pernoctantes sub dio ac circum alienas fores errabundos
 negligeret. Nimirum iis sese ille tanquam exemplar proponebat, qui eadem
 et ipse pateretur; velut aliquis dispensator aut libripens, qui stans medius
 ex aequo sibi et aliis fortunam seu prosperam seu iniquam distribuat, prae-
 cisus ita radicitus et oclusis iis linguis, quae examinis iusti aequitatem per-
 peram interpretentur. Sed utrum illa recte necne Cantacuzenus statuerit
 atque fecerit, illis relinquo iudicandum, qui hanc historiam eo modo legunt,
 quo oportet; quique initia rerum cum extremis commode componere, et,
 tanquam in uno corpore, rerum particulatim ac sigillatim gestarum dicta-
 rumve cohaerentiam et seriem facta comparatione observare possunt. Ego
 vero illuc redeo. (VIII.) Septimo post celebrationem illam et solennem dia-
 dematis impositionem die, templum idem Blachernense, eodem suggestu et
 iis quae diximus sedilibus, imperatores simul et imperatrices excepit; atque
 ibi iuniorum principum coniunctio rite perfecta est, Ioannis inquam et He-
 lenae: illius quidem sedecim annos nati; huius autem biennio iunioris.

12. Sed quia omnis et exercitus et populus molestia afficiebantur, ac
 futura magis quam praesentia verebantur iudicia, eo quod a Ioanne, ante-

A. M. 6855 κεκόφθαι καὶ ἀφωρισθαι τῆς τῶν Χριστιανῶν κοινωνίας πρὸς τοῦ
 Ind. 15 πατριαρχεύσαντος Ἰωάννου, τῆς ἐμφυλλου στάσεως ἄρτι καθι-
 σταμένης, εἴ τις τε Καντακουζηνὸν ὡς βασιλέα καὶ εἴ τις Πα-
 λαμῶν μετὰ τῆς φατρίας εἰς κοινωνίαν προσέειπαι βούλοιο, ἔγ-
 γραφον ὁ πατριαρχεῶν τέως Ἰσίδωρος, ἐπ' ἄμβωνος ἀναβεβη-
 Βκῶς, διεξῆλθε συγχώρησιν, ἣ καὶ ἦν τῶν ἀπάντων οὐδεὶς ᾧ
 ἤρεσκε τε καὶ προσεδέδεκτο· ἀλλ' ὑπηνέμια παντάπασιν ἐδόκει,
 καὶ ἀμνδροτέρα πάσης σκιᾶς, καὶ χλεύης καὶ μυκτῆρος ἄξια μα-
 V. 403 κροῦ, καὶ μικροῦ δέω λέγειν, ἦν οὐδεὶς ᾧ μὴ γέλωσ τὰ λεγόμενα
 ἦν, καὶ ὅμοια ὡσπερ ἂν εἴ τις ἄμφω τὰς ὕψεις τελέως ἀφηρη-
 μένος τοὺς τῶν ὀφθαλμῶν τὸν ἕτερον πεπηρωμένους ἰατρεύειν
 Cὕπισχεῖτο. τοῖς γε μὴν σεμνοτέροις ταῦτα δὴ τὰ τοῦ εὐαγγελίου
 διὰ γλώττης ἦν, „ἔξελε (φύσκουσι) πρῶτον, ὑποκριτὰ, τὴν δοκὸν
 ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου, καὶ τότε τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ
 ἀδελφοῦ σου”· καὶ αὖ ἐπὶ τούτοις ὅποσα γε τούτοις ὁμόστοιχα. 1
 „δέον γὰρ αὐτὸν (ἔφασκον) συγγνώμην ἑαυτῷ τὴν μελῶ ζητεῖν
 ἐπὶ διπλοῖς καὶ πολλαπλοῖς τοῖς ἐγκλήμασιν, ὁ δὲ τοὺς οὐδὲν αὐ-
 τοῦ δεομένους ἀναιδῶς οὕτως θεραπεύειν ἤξιον, τοὺς μὴ πάνν
 Dλεπροὺς, εἰπεῖν, ὁ πάνν λεπρὸς, καὶ τοὺς μικρῶς δεομένους κα-
 θάρσεως ὁ ῥύπου καὶ πηλοῦ μεστός, κατὰ τοὺς χοίρους, οἱ τῶ
 βορβόρω ἐγκαλινδοῦνται.” τοιούτοις μὲν δὴ καὶ μελῶσι τούτων αἰ
 πολλὰ καὶ διάφορα γλῶσσαι τῶν τηρικαῦτα παρόντων ἐκεῖ πρὸς
 αὐτὸν ἐπετόξενον σκώμμασι· καὶ σύνδυο καὶ σύντριες ἐκ διαστή-
 ματος ἀθροίζόμενοι διηπόρουν ἀλλήλοις τὰ γε τοιαῦτα κοινού-
 μενοι καὶ τὴν ἀναίδειαν λοιδοροῦντες ἐκείνου λάθρα καὶ ὑπ' ἄ

hac patriarcha, paulo post accensum civile bellum, abscissus esset et exclu-
 sus Christiana communione, quisquis sive Cantacuzenum ut imperatorem es-
 set agnitus, sive Palamam et ipsius sectatores in communionem esset ad-
 missurus; ideo Isidorus, qui tum patriarcha erat, ambone conscenso, scri-
 ptam recitavit absolutionem; quam nemo omnium fuit qui probaret et ad-
 mitteret: sed inania prorsus ea, et umbra quavis futiliora, risuque et sanna
 dignissima videbantur. Quin illud paene dixerim, neminem fuisse, cui ea
 quae dicebantur risum non moverint, perindeque habita sint, ac si quis,
 utroque oculo penitus orbatus, eos qui altero capti essent sanaturum se pro-
 mitteret. Gravioribus certe viris illa evangelii in ore erant: „Eiice primum,
 hypocrita, trabem de oculo tuo: et tunc festucam, quae est in oculo fratris
 tui”: aliaque addebantur his affinia. „Qui enim (aciebant illi) duplicis et
 multiplicis criminis reus eget ipse ampliori absoluteione, is ita impudens est,
 ut eos, qui nihil ipso indigent, curandos suscipiat, non omnino leproso, ut
 ita dicam, omnino ipse leproso, et eos, qui parvo labore possint purgari,
 sordibus ipse et luto coopertus, porcorum instar, qui in coeno volutantur.”
 Talibus eum, immo et acerbioribus, diceriis multae et variae eorum qui
 tum aderant linguae incessebant; binique et terni ex intervallo coeuntes de
 his inter se ambigebant et colloquebantur, istius impudentiam clanculum et

δδόντα. (B.) Ἦσαν δ' οἱ καὶ ἐκκεκαλυμμένως ἐς προὔπτον ἔλοι- A. C. 1347
δοροῦντο τάνδρῳ, μηδὲν ὑγιᾶς μήτε δρῶντι, μήτε λαλοῦντι, μήτ^{Imp. Io. Pa-}
ἐν τῷ τότε παρόντι τῆς ὥρας, μήτ' ἐς τοῦπιδὸν τοῦ χρόνου. μετὰ E
λαεol. 6
γὰρ βραχύν τινα χρόνον, διὰ τὸ τῆς αὐτοῦ ῥαγῆναι κοινωνίας
5 τοὺς πλείους τῶν ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων, πλῆθος ἀγοραῖον
ἐαυτῷ θιασώτας ἀθροίσας τοιούτων τῆν ἐκκλησίαν ἀντὶ τῶν P. 499
ῥαγέντων ἐνέπλησεν, ἐπισκόπους σχεδιάσας καὶ πρεσβυτέρους ἐτέ-
ρους, ὥσπερ οἱ μῦθοι πάλαι τοὺς σπαρτοὺς καὶ αὐθήμερινοὺς
γίγαντας, καὶ οὕτω κατὰ τῆς εὐσεβείας ἀμαθῶν λογίων ὀπλίσας
10 πλείστα συνέδρια. (Γ.) Ἐπειτα θεραπεύειν ἡξίου λυπούμενον τῆς
τῶν πατριαρχικῶν ἀποτυχίας θρόνων τὸν Παλαμᾶν, διδάσκαλόν
τε ὄντα τοῦ θιάσου καὶ τῆς φατρίας καὶ οἱ τῶν ἀξιωματῶν αἴ-
τιον· καὶ τοῦτον ἐπίσκοπον χειροτονεῖ Θεσσαλονικέων· οἱ καὶ B
ἀπιόντα μήτε τινὸς τετυχημένοι ξενίας πρὸς τῶν ἐκεῖ ξυμπέ-
15 πτωκε πολιτῶν, καὶ ἅμα τὴν ἀπὸ Σκυθῶν πόρρωθεν εἰληφότα
ῥῆσιν, εἰπεῖν, καθάπερ τι Κυλώνειον ἄγος ἐξ αὐτῶν εὐθὺς ἐπα-
νίειν ἐληλαμένον τῶν τῆς πόλεως ἀγρῶν καὶ προαστείων, πρὶν ἐν-
τὸς γενέσθαι πυλῶν καὶ πρὶν ἐγγὺς ἐληλυθέναι τείχους. (Δ.) Ἀλλὰ
ταυτὶ μὲν ἑτέροις καταλελοιπότης ἡμᾶς, οἱ πραγματείαν εἰς μῆ-
20 κος ἰδίαν πεποίηνται πάνθ' ὅποσα τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς συμβέ- C
βηκε τότε δόγμασιν, χρῶν, ἃ τῇ ἱστορίᾳ κεφαλαιώδως πως εἰ-
ρῆσθαι προσῆκον, ἥδη διεξίεναι κατὰ τὸν ἄνω πον παραλελειμ-
μένον εἰρημόν.

13. οἱ em. Boiv. pro εἰ.

ctum labore athletico pedem in Paradiso figamus, ubi mel voluptatis incorruptum et perenne esse didicimus. Neque enim nos puto usque ad crastinam diem fore superstites.” (IX.) Cum autem abiremus, passim viri et mulieres domibus suis prosiliebant, et nos faustis acclamationibus prosequebantur. Erant etiam, qui omni metu excusso audacter comitarentur, hinc atque hinc crebro circumcursantes, bini et terni; immo alicubi denso agmine confluentes, ut nostrorum numerus subinde augetur; itidem fere ut maximus fluvius, qui ex altissimo monte erumpens non ab ipsis quidem fontibus tantus repente exsistit, sed per pronum lapsus cum aliis torrentibus et rivis undas communicat, ac tandem in eum modum excrescit, ut et plerisque in locis navigabilis fiat. Adeo dogmatis nefandi impietas omnibus promiscue, iuvenibus, senibus, viris, foeminis, evidens erat.

6. Circiter horam diei secundam palatium ingredimur. Ibi lictorum et apparitorum nonnulli, eorum nempe qui in interiore imperatoris domo versantur, procul nos conspicati, cum festinatione occurrunt, ulterius progredi vetant, atque illic circa vestibulum quietos stare et exspectare iubent; quippe iam imperatorem sedulo operam dare, ut corpus curarent illi Naziraei: illi scilicet novi dogmatistae, eorumque socii episcopi, presbyteri, et omnis prorsus eiuscemodi turba: constare autem eam corporum curationem

δὲ τὰ τῆς Θεραπείας ἐκείνης οὐκ ἀμβροσίαν καὶ νέκταρ οὐρά- A. C. 1351
 νιον· ἢ γὰρ ἂν τινες ἦσαν ἀναίμονες καὶ αὐτοὶ, καὶ ἀθάνατοι Imp. Io. Can-
 ἐκαλοῦντο· ἀλλ' εὐωχίαι, καὶ τράπεζαι πολυτελεῖς, καὶ ἀνθο- tacuz. 5
 σμίαι, καὶ ἀκρατοποσίας φάναι ἀγῶνες· πρὶν ὑπὲρ τὸν ὀρίζοντα
 5 γενέσθαι τὰς τοῦ ἡλίου ἀγῶας, παρασκευασθεῖσαι τε καὶ καρ- V. 457
 κευθεῖσαι λίαν ἐπιμελῶς καὶ ἀνευδεῶς, καὶ ὡς τοῖς οὕτω γαστρι- D
 ζομένοις ἀγίοις ἐκ βασιλείως ἤρμητε πρὸς ἡδονήν· ἵνα τὴν σφί-
 σιν εἰωθυῖαν ἐντεῦθεν, ὡς ἕοικεν, εἴη ἀνειληφῶσι τοῦ ἡγεμο-
 νικοῦ κάθαρσιν, εὐπλαστότερον οὕτω περ ἐπὶ Θεοπτείας ἀνατυ-
 10 πουμένου, θαυρῶταλέωτέρον τε καὶ ἀδέεστερον, ὡς ἀπὸ σκῆπτρου,
 Θεμιστεύειν καὶ ἀποδισκεύειν τοὺς λόγους τοῖς ἐφημέροις ἡμῶν, E
 ἤμιστα δυναμένοις ἀπὸ κοιλίας φωνεῖν, ἀλλὰ μόναις ἐγκεκυφῶσι
 καὶ οἰονεῖ προσπεπαυταλευμένοις ταῖς πατρίοις βίβλοις, καὶ ταῖς
 ἐκεῖθεν ἐξηρητημένοις εἶναι, καθάπερ ἀδαμαντίναις ἀεὶ σειραῖς,
 15 νομοθεσίαις δογματικαῖς. (B.) Καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔσχε τὸν
 τρόπον· καὶ ἡμεῖς ἄλλος ἄλλοθι τῆς βασιλείου ἐκείνης αὐτῆς,
 κατὰ συζυγίας τινὰς καὶ δεκάδας, ἐκ διαστήματος ἡρέμα καὶ
 βύδην σκιδνάμενοι περιπάτω ἐχρώμεθα, καθάπερ οἱ ἐν Ἀκα- P. 565
 δημίᾳ πάλαι Σωκρατικοί· πλὴν ἢ ὅτι τὰ θεῖα τῆς ἐκκλησίας ἡμῶν
 20 ἐπὶ στόματος ἦσαν δόγματα. ἦσαν δ' οἱ καὶ ὡς ἔτυχεν ἐπ' αὐ-
 τοσχεδίου ἐκάθηρτο, οὐκ ἐπὶ ποταμοὺς Βαβυλῶνος, πρὸς Ἀσ-
 συρίαν πόρῳ πατρίδος αἰχμάλωτοι ἀπαγόμενοι· ἀλλ' ἐπὶ γῆς
 ἄλλοτρίας, εἰπεῖν, ἄλλοτρίοις δόγμασι χρῆσθαι καὶ προσκνεῖν

9. πῶς conī. Boiv.

non ambrosia aut caelesti nectare; alioqui enim futuros istos similes iis, qui exsanguis vivunt immortalesque vocantur; sed lautis et sumptuosis dapibus, et vino fragrante, et meracis potionibus, et bibendi certaminibus: quae quidem omnia ante solis ortum apparatus et multo artificio elaborata fuissent, ut nihil deesset ad voluptatem, quam sanctis illis abdominibus ab imperatore adhiberi par esset: nimirum ut ii, mentis acie solito hoc more repurgata, et ad accipiendas divinitus visiones in meliorem habitum reformata, confidentius deinceps et securius, quasi sceptro potiti, leges ferre, et nobis vilibus homunculis suas voces eminus possent intorque- re; nobis, inquam, qui solis Patrum libris proni incubantes, et velut affixi, voces e ventre elicere minime didicissemus, sed illorum dogmaticis legibus, veluti nodis quibusdam adamantinis, obstricti penderemus. (II.) Et haec quidem ita se habuerunt. Nos vero alii alio per imperatoriae domus atrium dispersi, et quasi in classes et decurias per intervalla distributi, tranquille et lento gradu ambulabamus, quemadmodum olim in Academia Socratici auditores; nisi quod nobis divina ecclesiae dogmata in ore erant. Quidam etiam in sedibus fortuito et temere oblati considerabant, non illi quidem super flumina Babylonis, in Assyriam longe a patria captivi abducti; at iidem tamen in terra quodammodo peregrina eam vim subituri,

- A. M. 6859 ἀναγκασθησόμενοι. διὸ καὶ αὐτοῦ περιμένοντες τὸ πολὺ διετε-
 Ind. 4
 B τελέκειμεν τῆς ἡμέρας ὑπαιθροί, ἅμα τῷ ἡλίῳ καὶ ταῖς θεριναῖς
 ἐκείναις ἀκμαῖς τῆς αἰθερίας καμίνου φλεγόμενοι, ἔνδον τῶν
 θεωρητικῶν ἐκείνων ἐδωχομένων ἀνδρῶν μυστικώτερον. (Γ.) Ἄρ-
 τι δὲ τοῦ ἡλίου περὶ σταθερὰν ἀκριβῶς γενομένον τὴν μεσημ-
 βρίαν, ἐπὶ τὸν Ἀλεξίῳ πάλαι τῷ βασιλεῖ δομηθέντα μετήεσαν
 τρίκλινον· ἔνθα δὴ προκειμένων τῶν βῆθρων, οἱ ἀρχιερεῖς καὶ
 C οἱ πρεσβύτεροι συνήεσαν ἅμα τῷ βασιλεῖ, συνδιασκεπόμενοι,
 πρὶν ἡμᾶς εἰσιέναι, τὰ πάλαι πολλάκις μελετηθέντα τε καὶ συ-
 σκευασθέντα βουλευμάτων καθ' ἡμῶν, πῶς ἂν ἐπὶ καιροῦ νῦν 10
 εἰς πέρας ἄγειν εἴη αὐτοῖς εὐπειτῶς τε καὶ ὡς ἂν τοῖς παροῦσιν
 ἀκροαταῖς ἀγνοηθῆιη, λαθόντα ὅτι ζῆν δόλω πέπρακτα τε καὶ
 δεδραματούργηται πολυετῆ. εἰσήειμεν δ' οὖν ὄψε καὶ ἡμεῖς,
 D τῶν θυρωρῶν καλεσάντων. καὶ ὁ βασιλεὺς εὐθὺς τῷ εὐαγγελίῳ
 παρακειμένῳ προσκύνησιν ἀπονεύμας βραχεῖαν, ἡμῶν γε εἵνεκα, 15
 πολλὰ πολλάκις τὰς τῆς θείας καὶ οἰκουμενικῆς ἕκτης συνόδου
 προτεθῆναι πράξεις ἀπαιτούντων, κατὰ τὴν ἐκεῖ τοῦ τότε βασι-
 λέως κατάστασιν, καὶ τοὺς ὅρκους γενέσθαι καὶ νῦν ἐφ' ἡμῶν·
 ἔπειτα αὐτὸς τε ἐκάθισε καὶ ἅμα ὁμοῦ τοῖς ἄλλοις καθεσθῆναι
 E προὔτρέψατο καὶ ἡμᾶς. (Δ.) Λέγειν δ' ἀρξάμενος παρεμίγνυ 20
 τοῖς λεγομένοις καὶ ὅρκους διεσπασμένους τινὰς καὶ αἰνιγματώ-
 δεις, ἐπαρώμενός πως ἑαυτῷ καὶ τέκνοις ὄλεθρον, εἰ τῷ ἐνὶ μέ-
 ρει πρόσθοιτο τὴν γνώμην ὁποσοῦν. καὶ ἦν, ὡς ἔδειξεν ἐπὶ

2. ἅμα em. Boiv. pro ἀνά.

quae illos cogeret peregrina dogmata amplecti et adorare. Itaque illic magnam diei partem exspectando consumpsimus, idque sub dio, sole et aestatis ardoribus torrefacti; cum interea praeclari illi contemplatores mystico convivio sese intus sanctissime oblectarent. (III.) Demum hora ipsa meridiana, cum solis fervor maximus est, in triclinium ab Alexio imperatore quondam exstructum transeunt, atque illuc, praeparatis iam subselliis, pontifices et presbyteri una cum imperatore conveniunt, deliberaturi inter se, antequam nos introducemur, quomodo ea, quae iampridem animo meditantur et adversum nos struerent, oblata tandem occasione, facile ad exitum perducturi essent; ita ut mox affuturi auditores non intelligerent, dolum eum esse multis annis fabricatum et artificiose compositum. Tandem et nos quoque, a ianitoribus vocati, introivimus. Tum statim imperator appositum evangelium brevi adoratione prosequutus est, nobis videlicet ea opera satisfactorius. Nam ut sacrosancti sexti concilii generalis acta exhiberentur, prout cautum esset constitutione principis illo tempore imperantis, et ut nunc quoque praesentibus nobis iuraretur, etiam atque etiam petieramus. Deinde et ipse sedit, et nos etiam simul cum aliis sedere iussit. (IV.) Atque ille loqui exorsus orationi suae interserebat iuramenta quaedam vaga et perplexa, sibi ipsi et liberis suis exitium quasi imprecando, si quovis modo alteri parti faveret: erantque eius

τῶν ἔργων, διλήμματα τὰ φθεγγόμενα· καὶ πῶς μὲν οὐ· τῷ A. C. 1351
 Παλαμῷ τὰ ἴσα ἠνέων ἐξ ἀρχῆς, καὶ τύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν Imp. Io. Can-
 προύργιαιτέραν τῶν ἀνὰ χεῖρας ποιούμενος δημοσίων τὴν αὐτοῦ tacuz. 5
 ὀμιλίαν, καὶ ταῦτα συδράπτων καθ' ἡμῶν καὶ συσκευάζων δι- F
 5 κτω, κἀμοὶ λογικῶς μαχόμενος ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ βιαίότερον ἢ
 κατ' αὐτὸν εἰπεῖν Παλαμῶν; εἰ οὖν τὸ ἡμέτερον ἔβλεψε μέρος
 ἐκεῖνος, ᾧ τὴν γνώμην ἤκισθ' ἔπισχνοῖτο προστίθεσθαι, εἰδῶρ-
 κησε μὲν· ἀπολωλέναι δ' ὁμῶς πέπραχε τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, εἰς
 Ἡρώδη τὸν πάλαι τὴν μίμησιν ἀντικρυς ἀνενεγκῶν, ὃς προφη- V. 458
 10 τοκτόνου πρόβλημα κακίας τὸν ὄρκον πεποίηται. εἰ δὲ πρὸς οὐδέ-
 τερον βλέπειν ἐνῆν τοῖν μεροῖν τὴν τοῦ ὄρκου διάνοιαν, ἀλλ'
 ἰσόζῳπα ἐπ' ἀμφοῖν τὰ τῆς γνώμης ἐκρέματο τάλαντα, τοῖς δ' P. 566
 ὀμωμοσμένοις ἤκισθ' ἔσπερον ἐπέμεινεν, ὡς ἔργοις ἔδειξεν αὐ-
 τοῖς, καπηλεύσας ἐπὶ θεάτρου τοσοῦτου τὴν δίκην, τὰς τῆς
 15 ἐπιπορκίας οὐκ ἂν ποτε λοιδορίας ἐκφύγοι, ἑαυτὸν ἐπίορκον αὐ-
 θαίρετον πεπραχῶς. (E.) Ἐαυτοῦ γὰρ τὴν τοῦ Παλαμῷ λογι-
 ζόμενος ἦτταν, ἔπειτ' ἰδὼν, ὡς οὐκ ᾔετο, κατὰ κράτος τοῖς
 ἡμετέροις ἠττώμενον λόγοις, πρύμναν τε ἐν μέσῃ πορείᾳ ἐκρου- B
 σατο καὶ ῥίψας τὴν ἀλωπεκῆν εὐθὺς τὴν ἀρκτικὴν μετενέδν,
 20 καὶ ἄλλος ὄλος ἐξ ἄλλου καθίστατο, μηκέτι καθεκτὸς εἶναι δυ-
 νάμενος, ἀλλὰ βοῶν καὶ ἀπειλῶν, εἰ μὴ σιγῶμεν· μηδὲ γὰρ
 ἀνέχεσθαι τῶν οἴκων ἐντὸς τῶν αὐτοῦ, λέγειν μὲν βουλομένων
 ἡμῶν, αὐτοῦ δ' ἀκούειν ἡκιστα δεχομένου· καθάπερ αὐτὸς ἐκ-

dicta, ut re ipsa patuit, dilemmata. Ecquid porro mirum, ubi ille iam
 inde ab initio cum Palama plane conspirabat, et eius consuetudinem tanti
 faciebat, ut eam diu noctuque publicis negotiis urgentibus antehaberet, et
 cum eo dolos consueret, ac retia nobis tenderet; idemque tam privatis
 quam publicis sermonibus mecum sic solitus esset pugnare, ut ipso etiam
 Palama violentior esse videretur? Itaque ille, cum promittebat se erga
 alteram partem propenso animo haud fore, si nos solos respexit, non
 peieravit quidem, at animam suam perdidit, antiquum illum Herodem
 prorsus imitatus; qui, prophetam cum occideret, sceleri suo iusiurandum
 praetexebat. Quod si neutram partem respicere mens iurisiurandi potuit,
 sed aequa lance suspensus affectus parem se utrisque praebere decreverat,
 atque ille deinde iuratis non stetit (id quod re ipsa declaravit, cum in thea-
 tro illo frequentissimo corruptit iuris aequitatem), nunquam certe periurii
 crimen effugiet, qui sua sponte commisit ut esset periurus. (V.) Nempe
 ille, eandem Palamae et sui ipsius ruinam esse statuens, cum hunc videret,
 aliter quam putaverat, nostris disputationibus funditus profligari, puppem
 in medio cursu contorsit; et vulpina abiecta statim ursinam pellem induit,
 totusque ex alio alius evasit; nec se amplius potuit cohibere, quin et voci-
 feraretur, et nos, nisi taceremus, minis terreret: quippe haud ferendos
 esse nos, qui in eius domo tum loqui vellemus, cum ipse nollet audire;

- A. M. 6859 *λαθόμενος ἑαυτοῦ καὶ τῶν ὄρκων ἐκείνων, καὶ μήτε τοῦ ξυνόν-*
 Ind. 4 *τος πλήθους τὸ συνειδὸς μήτε τὰς τῆς γνώμης κρίσεις ὅλως*
 C *αἰδεσθεὶς ἐκείνων, ἐφ' οἷς ἠλίσκετο μύλα ἐπ' αὐτοφώρῳ ψευ-*
δόμενός τε καὶ ἀδικῶν. ὃ μὲν γὰρ ἦν, οὐκ ἦν· ὃ δ' οὐκ ἦν,
ἦν· ἀντὶ μὲν βασιλέως, τύραννος ἀκραιφνής· ἀντὶ δὲ δικαστοῦ,
 5 *κατήγορος καὶ διώκτης ἡμῶν ἀπροφάσιτος. οὕτως ἐγκαταλει-*
φθεὶς ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ δεξιᾶς ὁ ταλαίπωρος ἐξέστη τε ἑαυτοῦ
 D *καὶ τοῖς ὄρωσιν ἄθυρμα λαμπρὸν ἐγίνετο πρὸς τε τοῦ τρόπου*
πρὸς τε τῶν λόγων καὶ ἅμα τοῦ μειρακιώδους ἤθους ἐκείνου.
- E *ζ'. Ἄλλ' ἐπειδήπερ οἱ πλείους, φιλιστοροῦσαν καὶ φιλήκοον*
κεκτημένοι ψυχὴν, πρόσω ἵεναι ἡμᾶς οὐκ ἔωσι, πρὶν ἐς εὐρύτε-
ρον τὴν τῶν ἐκεῖ παραθεῖναι λαληθέντων τε καὶ πραχθέντων
ἀφήγησιν, ὑπόδειγμα τῷ βίῳ χρηστὸν ἀθλητικῆς ἐνστάσεως,
καὶ οἷς ὑπὲρ τῶν θείων ἐνεστι δογμάτων ζώπυρον καιροῦ καλέ-
 15 *σαντος ἀγωνίσασθαι· φέρε, τὰς τῆς κεφαλῆς ἀλγηδόνας ἐν δευ-*
τέρῳ τῆς τῶν φιλαρέτων ἀνδρῶν ἐφέσεως θήμενοι λέγωμεν,
 P. 567 *ὅπόσον οὕτως ἔχουσιν ἐφικτὸν ἂν εἶη. εἰ γὰρ ὑγιᾶς ἔχουσιν οὐκ*
ἂν ποτε γένοιτο λέγειν ἀθρόον ἅπαντα συνελόντας, σχολῆ γ' ἂν
εἶη δήπου, καὶ χρόνῳ καὶ κεφαλῆς ἀλγηδόσι τοσαύταις, καὶ
ἅμα ταῖς νῦν παρεισπεσούσαις διὰ τὴν τῶν δογμάτων καινοτο-
 20 *μίαν λύπαις δαπυνωμένοις, λέγειν ἅπαντα κατ' ἴχνος ἰόντας·*
 V. 459 *ὅτε γὰρ μοι πρὸς εὐρωστίαν εὖ πεφυκέναι ἐνῆν τὴν τῶν αἰσθητη-*

22. Pro ὄρσι legebatur ὁ, Boiv. con. ὁ.

quasi nempe sui ipsius et praestitorum iuramentorum foret oblitus, nec hominum, qui illuc multi convenerant, conscientiam, nec tacita iudicia revereretur illorum, coram quibus in manifesto scelere deprehensus mendacii et iniquitatis argueretur. Nam ille id quod erat, minime erat; et quod non erat, id ipsum re vera erat, pro imperatore merus tyrannus, pro iudice accusator noster et inexcusabilis persecutor. Adeo infelix ille, divina ope destitutus, de suo statu declinavit, et spectatoribus, cum ob ingenium tum ob sermones et juvenilem illum morem, publicum ludibrium exstitit.

7. Sed quoniam plerique, animum habentes discendi et audiendi cupidum, nos ultra progredi haud sinunt, antequam ea, quae tunc dicta aut facta fuerint, fusius exposuerimus; utile scilicet futurum hominibus exemplum athleticæ et martyribus dignæ constantiæ; iis praesertim, qui, si tempus ferat, pro sacris dogmatis decertare ardent; age, capitis doloribus optimorum virorum desiderio posthabitis, pro ea facultate, quae nobis ita affectis reliqua est, disseramus. Enimvero si omnia simul dicendo complecti ne ii quidem possunt, quibus belle est; nos certe, qui et senio et capitis doloribus tantis confecti sumus, et gravibus praeterea molestiis consumimur, quas novarum opinionum insolentia hoc tempore attulit, accurate et sigillatim omnia persequi oratione multo minus ipsi poterimus. Nimirum quando in me sensuum vis acerrima vigeat, non ea fuit occasio, quae nunc

ρίων ἀκμήν, οὐχ ὁ νῦν καιρός· ὅτε δ' ὁ νῦν καιρός, οὐκ ἐκέ- A. C. 1351
 νως ἔχειν συμβαίνει. (B.) Καὶ εἰ μὴ τετυφῶσθαι δοκοῖν Imp. Io. Can-
 ἐνίοις, ἔξιστι τὸ πεφυκὸς τάληθοῦς ξυνορῆν κακ τῶν ἀγῶνων, B
 οὐδὲ διητηλῆκαμεν, ἐκ Καλαβρίας ἤδη πρῶτον ἐπιδεδημηκότος κά-
 5μοὶ πρὸς ἔριν συμπλακέντος Βαρλαάμ ἐκείνου· ὃς πολλὴν ἐπα-
 γόμενος κατὰ τῆς κοινῆς τῶν Ῥωμαίων σοφίας ὄφρ' οὖν τότε πρῶ-
 τον ἦσθετο μάρτην ἀκούων σοφός, τὰς τῆς σοφίας κέδρους ἐκέ- C
 νης ἐξαίφνης ἀφαιρεθεὶς· καθάπερ πένυη καὶ κυπάριτος, ὁπότε
 σφᾶς ἀπογυμνοὶ τῆς κόμης ὑλοτόμου βρῖθουσα παλάμη. ἢ πάντα
 10 καὶ γραφῇ δεδωκότες στήλην τῆς ἐκείνου κακίας τῷ χρόνῳ
 παρέσχομεν. ἔω λέγειν οὐδὲν ἐν ταῖς ἱστορίαις τῶν γιγνομένων, ἄς
 καὶ αὐτὰς γραφῇ παρεπέμψαμεν ἐς τὸ μονιμώτερον, κατεβαλό-
 μεθα πόνοις, καὶ οὐδὲν ἐν τοῖς ἀντιβῆρητικοῖς τε καὶ στηλιτευτι-
 κοῖς, ἄλλοτ' ἄλλοθεν ἀναφυομένων παντοδαπῶς ἀντιπάλων τῆς D
 15 ἀληθείας· καὶ πρὸς γε ὅσους ἐν ἐξηγήσει τῶν ἐς τὸ γριφωδέστε-
 ρον τοῖς παλαιοῖς εἰρημένων ἐνεδειξάμεθα. (Γ.) Διὰ δὲ τῶν
 τοιούτων πόνων οἱ τοῦ τὰ πάντα μαραινόντος ὀδόντες χρόνον
 παρατρῶγουσι προσιόντες ἡρέμα καὶ κατὰ μικρὸν, καὶ τὸ ὑγιαῖ-
 νον τοῦ σώματος ὑπορύπτουσι, ἔχοντες ὁμοῦ καὶ τὴν τῆς ἀρ-
 20 μονίας δανειστρίαν φύσιν συνέκδημον φορολόγον, ἀναφυομένην E
 ὀψὲ καὶ αὐτὴν δραστικώτερον καὶ βιαίως δάνειον ἀπαιτοῦσαν·
 καὶ νῦν μὲν τὰς τῶν ὀμμάτων ἀγῶν ἀμβλύνουσαν, νῦν δὲ τὴν

1. ἐκείνωσ em. Boiv. pro ἐκείνοις.

3. κακ em. Boiv. pro καί.

14. παντοδαπῶν conl. Boiv.

16. εἰρημένων em. Boiv. pro ἐξῆμι-
 μένων.

adest; nunc cum adest occasio, non idem vigor sensuum suppetit. (II.) Rem porro ipsam ut se habet, nisi vano fastu inflari videor, intelligere est ex illis certaminibus, quibus iam tum defuncti sumus, cum primum Barlaamus ille e Calabria advenit et mecum disputandi causa congressus est. Qui quidem supercilio elato communem Romanorum eruditionem omnia despiceret, tunc demum sensit frustra se laudari ut eruditum, postquam videlicet altissimas illas veluti cedros eruditionis ablatas amisit; non aliter quam picea aut cupressus, quas valida lignatoris manus comis spoliatas denudat. Quae omnia litteris ideo consignavimus, ut eius quae in illo fuit improbitatis monumentum apud posteros exstaret. Nihil dico de iis laboribus, quos in rerum gestarum narratione (nam eas quoque scriptis mandavimus, ut earum esset memoria diuturnior), nihil de iis, quos in scribendis libris seu antirrheticis seu steliteiticis, cum hostes veritatis alias aliunde emergerent et omnibus modis eam oppugnarent, nihil denique de illis, quos posuimus in obscurioribus veterum sententiis interpretatione nostra explanandis. (III.) Per eiusmodi labores tempus ipsum, cuius dentibus omnia vitiatur, sensim accedens, corporis mei sanioerem partem exedit, et quasi suffodit; atque ei sociam se adiungit corporeae compagis foeneratrix natura; quae nunc tandem, velut aliquis tributorum exactor, acrius mihi incumbit, et creditum vi repetit; ac modo aciem oculorum hebetat, modo articulorum

- A. M. 6859 συνδετικὴν τῶν τε χειρῶν καὶ γονάτων ἀναλυτικὴν ἁρμονίαν κα-
Ind. 4 θίζουσαν ἔφεδρον· καὶ ταῦτα μὲν ὅτε μᾶλλον, εἶπερ ποτ',
ἐχρῆν τὴν τ' οἰκειὰν εἰς τὸ ἀκμαιότατον ἔχειν δύναμιν καὶ ἅμα,
εἴ τις ἦν μηχανή, καὶ τῶν ἕξωθεν ὀπόθεν δῆποτε προσκτιᾶσθαι
ζητεῖν. οὐ γὰρ 5
- F Κουρητῆς τ' ἐπίκουροι καὶ Αἰτωλοὶ μενεχάρμαι
γέροντί μοι πολεμοῦσιν ἤδη πρόσφατον πόλεμον, καὶ μέχρῃς αἰ-
ματος ὀρωμένον σαλεύοντα τὸ τοῦ δρόμου φιλότιμον· ἀλλ' ἐπέ-
θεντό μοι δράκοντες ἕξ ἀφανοῦς, καὶ κραταιοὶ ἐζήτησαν τὴν
P. 568 ψυχὴν μου, τὰς φονευτρίας χεῖρας ἐν σκοτομήνῃ βάλλοντες καὶ 10
ἀναίμακτα παρέχοντες ἐπειγόμενοι τραύματα· ὃ καὶ μᾶλλον χυλε-
πώτερος ἐμοὶ προξενεῖ τὰς ὀδύνας. ἀναίμακτα γὰρ κάμου κατ'
ἐκείνων τελούντος τὰ τρόπαια, δυσδιάγνωστον τοῖς τῶν ἕξωθεν
ὀρώντων πολλοῖς συμβαίνει τὴν κρίσιν καθίστασθαι, καὶ μᾶλα
τοι εὐδιάβολον τοῖς ἡμῶν διώκταις. τοῖς μὲν γὰρ οὐκ εἰδόσιν οἰ- 15
κονομεῖν ἐν κρίσει τοὺς λόγους, λῆρος ἅπαν νερόμισται πίστεως
B καὶ δογματῶν μυστήριον· οἷς δ' εἰδέναι πρόσεστι, καὶ ἀλλάττε-
σθαι δι' ἀνάγκην συμβαίνει. πειράσομαι δ' οὖν ὁμως ὅσον ἐφι-
κτὸν, ὡς εἴρηται, τὴν τῶν φιλοθέων ἐκείνων ἀνδρῶν ἐκπεραλ-
νεῖν αἵτησιν, ἡγεμόνας τῆς ἐμῆς προστησάμενος γλώττης τὰς 20
περὶ θεὸν ἐλπίδας· ὑπὲρ οὗ καὶ τὴν ἀθλητικὴν ταυτηνὴ διαπλέο-
μεν θάλασσαν. (A.) Ἀξιώ δ' ἔγωγε, μηδένα τῶν ἐντυγχανόν-
των πρόχειρον εἰς τὰς καθ' ἡμῶν λοιδορίας ἔχειν τὴν γλῶτταν, εἰ

2. vñ coní. Boiv. pro mén.

commissuras, quarum ope vel manus tenduntur, vel genua flectuntur, debiles et infidas reddit; idque eo tempore, quo me, si unquam, maxime oportuit et propriis viribus integris vigere, et novas etiam extrinsecus, si qua arte possem, conari mihi undecunque comparare. Nec enim

Curetum socia arma, Aetolorumque iuventus

Bellatrix,

seni mihi bellum repentinum indicunt, eo usque ambitioso impetu prorupturi, donec sanguis effusus appareat: sed invaserunt me dracones ex occulto, et robusti quaesiverunt animam meam; iique nocte obscura manus mihi iniiciunt, et incruenta vulnera conantur infligere; id quod dolores mihi vehementiores affert. Nam cum et ipse incruentas de iis victorias reportem, ita fit, ut qui foris spectant, eorum multi vix possint verum discernere, atque eiusmodi sententiam ferre, quae non sit valde obnoxia calumniis persecutorum nostrorum. Nimirum verba iudicio moderari qui nesciunt, ii mysterium omne Fidei et sacrorum dogmatum pro nugis habent: qui autem sciunt, ii necessitate coacti alienantur. Tamen quantum in me erit, id quod viri illi religiosi postulant, conabor (ut iam dixi) perficere. Meis vero sermonibus auspicabuntur spes in Deo collocatae, cuius causa hoc ipsum certaminum aequor navigamus. (IV.) Nolo autem quisquam eorum, qui in haec inciderint, linguam habeat promptam ad iacienda in nos pro-

παρ' ὄλην μικροῦ τὴν ἱστορίαν, ὅσα μὲν φύσει τε καὶ προαιρέσει A. C. 1351
 προσῆν ἐγκλήματα τῷ βουσιεῖ, σιγῇ κρύψαντες, ἐπαίνοις τὸ ^{Imp. Io. Can-}
 πλεῖον διὰ φιλίαν ἐχαρισάμεθα, καὶ ἅμα διὰ τὸ σύνεργον καὶ συλ- ^{tacuz. 5}
 λήπτομα τῶν τῆς εὐσεβείας ἔχειν ἀγόνων αὐτὸν, βασιλέα τε ^{V. 460}
 5 ὄντα καὶ τὸ πᾶν ἐν τῇ χειρὶ τῆς νίκης καρπούμενον διὰ τὴν ἀρ-
 χὴν· νῦν δ' ἀνακαλυπτήρια παρὰ πᾶσαν προαίρεσιν θύειν, ὡς D
 εἰπεῖν, ἥκιστα πάντων ὀκνοῦμεν. πρῶτον μὲν γὰρ αἰδοῖ τῶν
 συνόντων τῇ ἀκροάσει καὶ ἡμῖν ἀγωνίζομένοις, ὑπὲρ τοὺς τετρα-
 κοσίους που πάντως ὄντων, ἀνδρῶν εὐγενῶν ἀναμιξ καὶ τῶν
 10 ἄλλως ἐχόντων, καὶ ἅμα βασιλίδων, καὶ ὅσαι συνήεσαν ἄλλαι τῆς
 φήμης δημαγωγούσης, γένους καὶ αὐταὶ καθ' ἕτερον λόγον τὰ
 πρῶτα φέρουσαι, λαλεῖν τὴν ἀλήθειαν εἶναι χρεῶν, μὴ προφα-
 νῶς αὐτοὶ ἑαυτοῖς καταγνώσεως οὐ μᾶλα τοι ἐλαχίστης αἰτίου
 καθιστώμεν καὶ τὰ τῆς ἐκείνων γλεύης ἐκόντες ἐφ' ἑαυτοὺς ἐλ- E
 15 κύσωμεν δίκτυα. δεύτερον δὲ καπὶ μὲν τῶν ἄλλων ἀπάντων, εἰ
 φιλία τις χαρίζεσθαι θέλων, ἔπειτ' ἐνίοτε καὶ ἐνιαχοῦ ψευδόμε-
 νος φαίνοιτο, συγχωροῖη ἂν οἴμαι τις ἴσως, ὅστις ὁμοίαις ἐμ-
 πέπτωκε τύχαις καὶ πείραις· οὗ δὲ θεὸς τὸ κινδυνεύομενον, εἰ
 ἐγκαλύπτεσθαι τις ὁπῶσποτε βούλοιο, πάντων οἴμαι ταῖς γλώτ-
 20 ταις ἠκονημέναις ἐξ αὐτομάτου πρὸς τὰς αὐτοῦ λοιδορίας ἐν- F
 τυγχάνειν· καὶ ὁ πάντα τᾶλλα ἐπιεικέστατος, εἰ μὴ λάλος ἐν-
 ταῦθα βούλοιο γίγνεσθαι καὶ γλώτταις ὄλαις τάνδρῳ νειμεσῶν,

19. τις em. Boiv. pro τε.

bra, eo quod in tota fere historia, quaecunque seu naturae seu voluntatis
 vitio crimina illi imperatori inerant, silentio presserimus, ac in eo laudan-
 do plurimam operam posuerimus, cum ob amicitiam, tum ut ipsum socium
 et adiutorem in subeundis pro religione certaminibus haberemus (princi-
 pem quippe, in cuius manu propter summam potestatem momentum omne
 positum esset ad victoriam reportandam); atque iidem nunc aperta reclu-
 dere, et, quod praeter sententiam plane accidit, quaedam velut anacaly-
 pteria celebrare minime refugiamus. Etenim primum ob eos, qui auditum
 convenerant et certantibus nobis aderant, (affuere autem plures quadrin-
 gentis, nobiles promiscue et diversae conditionis homines; item imperatri-
 ces, et aliae foeminae, quotquot fama allectae confluerant, genere ipsae
 quoque, quanquam haud iisdem titulis, principem locum tenentes) earum,
 inquam, personarum reverentia oportuit nos vera dicere, ne ipsi palam au-
 ctiores essemus ferendae in nos sententiae non lenissimae, ac ne, tanquam
 in retia, in illorum risum nostra sponte incurreremus. Deinde et in aliis
 omnibus rebus, si quis amanti indulgens aliquando et certis casibus mentiri
 videatur, tamen ei (opinor) facile ignoverit, quisquis in similes casus in-
 ciderit atque eiusdemmodi experimentum fecerit. At ubi res, quae in
 periculo versatur, Deus ipse est, illic si quis integumentis quibuscunque
 uti velit, eum puto omnium linguas ad convitiandum paratas et suapte qua-
 si exsertas offensurum; atque etsi in caeteris omnibus rebus aliquis mode-
 ratissimus sit, tamen nisi adversus istum garrulus fiat, nisi totis linguae

- A. M. 6859 ἀλλὰ φείδοιτο λαιδορίας ἡστινισσοῦν, θαυμάζοιμι ἂν αὐτὸς, εἰ
 Ind. 4 μὴ ἐς ἀβύσσους αἰσχύνῃς καὶ πνθμένας γίνοιτο ὑποβρύχιος, ὅστις
- P. 569 ποτὲ ἂν ἦ, χαλεπὸν αἰεὶ γειτόνημα τὸν τοῦ συνειδότος κησάμε-
 νος πέλεκυν. τοσοῦτου τοίνυν Ὀλύμπου δεινῶν ἐπισειομένων
 ἡμῖν, εἰ ψεύδεσθαι βουληθείημεν, ἐνταῦθα μάλα μᾶλλον ἀνάγκη, 5
 τᾶλλα παρατρέχοντας, καὶ πρὸς θεὸν μόνον ὀρῶντας, λαλεῖν
 τὴν ἀλήθειαν. ἔπειτ' οὐδὲ παραδόξον ἄλλως, ἐν τοῖς ἄλλοις
 ἄλλως ῥέουσι καὶ φερομένοις πράγμασι, καὶ ἀόριστον ἀνύουσι
 Βπλοῦν, τὸν αὐτὸν νῦν μὲν τὸ ἐπιτυχὲς καρποῦσθαι, νῦν δ' ἐν
 τῷ κλήρω τῶν ναυαγούντων ἀπροσδοκῆτως ῥιπτεῖσθαι. τούτου 10
 δ' οὕτως ἔχοντος, οὐκ ἂν δικαίως αἰτίαν φεροίμεθα, εἰ τῆς
 ἀληθείας καὶ ἡμεῖς ἐν τῇδε τῇ βίβλῳ τὴν βελτίστην εἰσάγοντες
 πρόνοιαν τοὺς αὐτοὺς νῦν μὲν τοῖς ἐπαίνοις ἐξαίρομεν, ὅπη μὴ
 τοὺς ἀκούοντας βλάπτεισθαι περιγίνοιτο· νῦν δὲ τὸναντιώτατα
 Cδρῶντες φαινοίμεθα. (E.) Ἔτι καὶ τοῦτο τοῖς εἰρημέτοις προσ- 15
 κείσθαι χρεῶν ἐνταυθοῖ. οἶμαι γὰρ τῶν ἀπάντων οὐδένα δικαίως
 ἐμοὶ νεμεσῶν, εἰ περὶ θεοῦ καὶ τῶν πατρίων τῆς ἀληθείας δογμα-
 των κινδυνευόντων ἀπὸ τοῦ ἴσου διαλεγόμην τῷ βασιλεῖ, πάν-
 τας καθάπαξ ἀποκρουσάμενος κολακείας λόγους, καὶ μηδεμιᾶ
 Dτὸν τῆς διανοίας κάλαμον βάπτειν δειλίῃ καὶ συστολῇ βουληθεῖς, 20
 μῆδ' ὑφείναι μηδαμῇ τοῦ τόνου μέχρι τελευτῆς αὐτῆς. κακοδαί-
 μονα γὰρ ἐγὼ τὸν τοιοῦτον καλεῖν οὐκ ἂν ποτ' ὀκνήσαιμι, ὅς ἐν
 δευτέρῳ τῶν ἐνυπνίων τοῦ βίου τὰ θεῖα τιθέμενος οὔτε τοὺς

viribus hominem iratus insectetur, si ulli obiurgationi parcat, mirer equidem ipse, nisi is, quisquis fuerit, sese in imas latebras et penitissimos recessus prae pudore abditurus sit, vicinum semper importunum habiturus, stimulum ipsum conscientiae. Cum igitur nobis, si mentiamur, tanta supplicii moles impendat, eo magis hac in parte necesse est caetera negligere, atque in Deum solum intuentes vera dicere. Ad haec nihil alioqui mirum, cum res humanae alias aliter fluant et temere volvantur, nec determinatus sit earum cursus, eundem hominem nunc felici exitu laborum fructum percipere, nunc insperata naufragorum fortuna conflictari. Quod cum ita sit, nec ipsi quidem iure reprehendemur, si in hoc opere, praecipua veritatis retinendae cura suscepta, eosdem nunc laudibus extollimus, ubi id auditoribus fraudi esse non potest, nunc contrariam plane rationem sequi videmur. (V.) Oportet etiam illud hoc loco ad ea, quae dicta sunt, accedere. Neminem omnium puto iusta indignatione mihi ob id posse succensere, quia de Deo et de patriis verae fidei dogmatis in periculum adductis sic cum imperatore disputaverim, tanquam aequalis; idemque omni prorsus adulatione longe a sermonibus meis relegata, nunquam adduci poterim, ut obsequentem ingenio calamum ullo metu, ulla formidine imbuerem, aut ab acri illa contentione vel minimum remitterem, etsi mors esset ipsa subeunda. Enimvero ego infelicem eum vocare nullus dubitem, qui huius vitae insomniis ita res divinas posthabeat, ut nec vindicis Iustitiae

τῆς δίκης αἰδεῖται θρόνους, οὔτε μὴν τοὺς αἰθερίους δέδιδε Θεοῦ A. C. 1351
 προσητῆρας. ἐν γὰρ τοῖς περὶ Θεοῦ καὶ τῶν θείων δογμάτων ἀγῶ- Imp. Io. Can-
 σιν αὐτὸν μόνον ἠγεῖσθαι δεῖν βασιλέα, τοὺς δ' ἄλλους ἐπίσης V. 461
 ὁμοδούλους ἅπαντας, πλουσίους ἀναμιξ καὶ πένητας, βασιλεῖς E

5 τε καὶ ἰδιώτας, καὶ ὅσοις τοῦ θιάσου καὶ τῆς χορείας ἐκείνης με-
 τέχειν ὁπῶσποτε συμπίπτει.

ἦ. Ἐβδόμην μὲν οὖν ἤγε καὶ εἰκοστὴν ὁ μᾶϊος μὴν, ἐν ᾗ P. 570
 συγκαλεῖν ἡμᾶς δεδογμένον γέγονε βασιλέα πρὸς ἣν ἠνώμαζε σύνο-
 δον. ἀρξάμενος δ' ἄνωθεν διεξήγει, πῶς διαβόλῳ προῦργαίτατον

10 αἰεὶ πολεμεῖν ἀνθρώποις, ὥσπερ τινὰ κλῆρον εἰληφότι λαμπρὸν,
 ἀφ' οὗ τῷ προπάτορι συμπλακεῖς ἐστήσατο τρόπαιον· καὶ δι'
 αὐτό γέ τοι Θεὸν ἐθελῆσαι τὴν ἀνθρωπεῖαν ἀναδεξάμενον φύσιν B
 δι' αὐτῆς ὁδοὺς ἡμῖν ἀγαθὰς ὑποδείξαι, δι' ὧν ῥῆστον ἂν εἶη
 τοῖς γε ἐθέλουσι τὸν ἀντίπαλον κατασεῖν· εἶθ' ὅπως καὶ ὁ διά-

15 βολος, ἑτέρον αὐθις τραπόμενος, εἰδωλολατρεῖαν εἰσήνεγκεν ὁμοῦ
 ταῖς ἄλλοτ' ἄλλαις αἰρέσεσι, κατὰ τε τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας
 καὶ τῶν δογμάτων αὐτῆς· ὅπως τε θεῖαι καὶ ἱεραὶ κατόπιν συγ-
 κροτούμεναι σύνοδοι τὰ τοιαῦτα τῆς ἐκκλησίας νοσήματα ἐθερά-

20 νόφρονα, τὸν ἐκ Καλαβρίας ὀρμώμενον, ἤνεγκεν ἐπὶ πονήρω
 τῆς ἡμετέρας εἰρήνης, ἄνδρα σοφὸν μὲν, ἔριστικὸν δέ τινα καὶ
 κενοδοξίας ἠλικιώτην· ὃς ἐπεὶ τὰ μὲν πρῶτα συμβεβληκῶς ἐτέ-
 ραν καὶ περὶ σοφίας ἠγωνισμένος ἐπίδειξιν ἤττηται τε καὶ τῆς

tribunal revereatur, nec Deum ipsum aetherii ignis turbinibus armatum ex-
 timescat. Quippe in iis certaminibus, quae de Deo et de divinis dogma-
 tis instituuntur, Deum ipsum solum imperatorem, caeteros omnes pari iure
 conservos haberi oportet, divites promiscue et pauperes, reges et priva-
 tos, alios denique eiusdem illius thiasii et chori quacunquē ratione parti-
 cipes.

8. Aderat itaque dies Maii vigesimus septimus, quo nos imperator ad
 eam quam ipse synodum appellabat ex decreto convocaret. Atque ille rem
 usque a capite arcessens diabolum aiebat id ante omnia semper agere,
 ut bellum hominibus inferret, eam veluti praecipuam hereditatem sortitum,
 ex quo, cum primo parente congressus, tropaeum victor posuisset: Deum
 autem hominis naturam ideo accepisse, quia per eam voluisset salutare
 nobis vias indicare, quas quivis ingressus facile posset adversarium dei-
 cere: deinde diabolum alio rursus conversum, quo ecclesiam Dei et eccle-
 siae dogmata everteret, idololatriam cum haeresibus alias aliis invexisse:
 tum sub haec sacrosanctas synodos coactas esse, et his ecclesiae morbis
 medicinam attulisse: postea in detrimentum constitutae apud nos pacis,
 diabolo impellente, prodiisse hac nostra aetate Barlaamum, illum scilicet
 Latinismo imbutum et e Calabria profectum; virum saepe eruditum, sed
 cupidum altercandi, et qui inani gloriae a pueritia usque studuisset: eum
 diversi generis pugna primum commissa, et ostentandae eruditionis causa

- A. M. 6859 νικώσης οὐ μάλα ἀσμένως ἐκείνοις παρακεχώρηκε, καθ' ὃν ἐν-
 Ind. 4 δοκιμῆν ἐδόκει μάλιστα, δεύτερον πλοῦν τῶν δογμάτων τοῦ Πα-
 D λαμᾶ συνεπλάκη, διθείας τε ἐγκλημα προστριβόμενος καὶ ὀπίσω
 τῷ τοιούτῳ ἐποικοδομεῖσθαι ἐπειτα θεμελίω. καὶ ἵνα μὴ διατρι-
 βωμεν ἐπὶ τοῖς οὕτω προδήλοις, ἐξίσταται τοῖς βουλομένοις ἐκ τῶν 5
 τότ' ἐπὶ τούτοις τομογραφηθέντων τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ καὶ
 τῷ τηρικαῦτα πατριαρχεύοντι ψηφισμάτων μανθάνειν τὸ καθε-
 στώως. ἐκείνου γε μὴν ὀπίσποτ' ἀπιόντος, ἕτερός τις διαδεξά-
 E μενος τὰς ἐκείνου κατὰ τοῦ Παλαμᾶ λοιδορίας, Ἀκίνδυνος ὄνομα,
 τὴν ὁμοίαν ἐκείνῳ καὶ αὐτὸς καταδίκην ἕφ' ἑμῶν εἰλήφει τε καὶ 10
 ἠλάθη. νῦν δ' ἀναστάντες, οὓς οὐκ οἶδα πῶς ὀνομάσας ὀρ-
 θῶς ἂν φάναι δόξω, τὰ αὐτὰ καὶ οὗτοι τῷ Βαριλαμῶν κατὰ τοῦ
 P. 571 Θείου φθέγγονται Παλαμᾶ. ὢν αἴτιον τὴν ἐμὴν ἐπεισιν οἶεσθαι
 πραότητα, ἣ χρώμενος ἄχρι καὶ ἐς τὴν τήμερον διετέλεσα. ἀλλ'
 οὐ χαιρήσουσιν ἔτι διαγορηγορήσαντος ἐμοῦ καὶ τὴν ἐκ Θεοῦ δεδο- 15
 V. 462 μένην μοι χεῖρα καὶ κρίσιν ἐς γε τὸ τῆς εἰρήνης χρήσιμον ἀνειλη-
 φότος ἀφεντικῶς. δῆλον γὰρ εἶναι τοῖς ἅπασιν οἶμαι, μηδένα
 τῶν πάντων εἶναι, ᾧ πρό γε ἐμοῦ, βασιλέως ὄντος, τὴν τοιαύ-
 B τας εὐθύνειν προσήκει δίκας· ἢ ποῦ τῇ βασιλείᾳ τὸ εὐδαιμον φυ-
 λάττοιο, τὸ κρίνειν οὐκ ἐχούσῃ τοὺς ὑπηκόους; ἢ τῷ ποτε 20
 διοίσει δεσποτεία δουλείας, τῆς κρίσεως τῶν πραγμάτων οὐκ ἐφ'

2. περὶ τῶν δογμ. et τῷ Παλαμᾶ coni. Boiv. 4. τῷ τοιούτῳ em.
 Boiv. pro τὰ τοιαῦτα.

suscepto certamine superatum, aegre illis palma cessisse, de quibus maxi-
 mam laudem speravisset: itaque altero et velut subsidiario conatu cum Pa-
 lama congressum de dogmatis disputasse, ac illi de duobus Diis crimen
 obiecissee, et quidquid eiusmodi fundamento superaedificari consequens es-
 set. Atque ut ne longius in his moremur, quae notissima sunt, cuilibet
 licebit ex iis decretis, quae super his rebus ab ecclesia Dei et ab illius
 temporis patriarcha scriptis Tomis promulgata tunc fuerunt, quid consti-
 tutum sit intelligere. Caeterum postquam ille hinc abiit, quocumque tan-
 dem modo abierit, alius quidam, nomine Acyndinus, illius in Palamam
 criminationes tuendas excepit, et a vobis pariter damnatus expulsusque
 est. Demum hi, quos nescio equidem quo nomine appellatos recte videbor
 nominasse, eadem ipsi quoque ac Barlaamus in divinum Palamam pronun-
 ciant. Cuius rei credibile est causam esse eam clementiam, qua ego ad
 hanc diem usque usus sum. Sed faxo iam, ne amplius ii gaudeant. Quippe
 expergiscar; et illam, quae in pacis commodum data mihi a Deo est, pote-
 statem ac iurisdictionem pro imperatoria auctoritate recipiam. Nam con-
 stare apud omnes arbitror, neminem omnium esse, cuius in his contro-
 versiis dirimendis priores sint partes quam meae ipsius, utpote impera-
 toris. Quod si subditis ius dicere imperator non potest, ecqua porro fu-
 tura est imperii felicitas? aut qua in re dominatus a servitute distabit, si
 de rebus cognoscendi ius uni non competat, ei nempē, qui imperium ha-

ἐνὸς ἰσταμένης, τοῦ τὴν ἀρχὴν ἔχοντος καὶ δυναμένου μετ' A. C. 1351
 ἔξουσίας αὐτοκρατορικῆς τοὺς μὲν τῆς πλεονεξίας κωλύειν, τοῖς Imp. Io. Can-
 δὲ τὸ ἐνδέον ἐπανισοῦν. πολλοῦ μεντῶν ἦν ἀξία δικαστικὴ βα- tacuz. 5
 σιλείας κεχωρισμένη, εἰ δικάζοντος ἄλλον τὸ κελευόμενον ποιεῖν
 5 ἔχρην βασιλεία. τούτου δ' οὕτως ἔχοντος, ξέσθαι βούλομαι C
 πρότερον ἐν βραχεῖ τούτουσι, δυοῖν θύτερον ἐλομένους ἀπλῶς
 ἀποκρίνασθαι. εἰ μὲν γὰρ τοῖς ὑπαξ δεδογμένοις κατὰ τοῦ Βαρ-
 λαάμ τῆ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία στέροιοιεν, μηδὲν πλέον ἐρῶντες,
 ὁμοφρονοῦντες ἔστῶσαν ἡμῖν τοῦ λοιποῦ, καὶ κοινῇ τὸν Βαρλαάμ
 0 ἀναθέματι παραπέμπωμεν. εἰ δ' οὖν τούναντίον πρόδηλον, καὶ
 ὡς ὁμόφρονος ἐκείνω λοιπὸν τῆς αὐτῆς ἐκείνω καταδίκης ἀξιοῦν D
 καὶ αὐτοὺς ἡμῖν ἔψεται. καὶ εἰ μὴ σὺν δίκῃ ταῦτα λέγω, τὴν
 μέσσην ἰὼν ἀπαρεγκλίτως ὁδὸν καὶ μηδαμῇ τῷ ἐνὶ προστιθέμενος
 μέρει, ὄλεθρον εἴη κύριος ἐπάγων ἐμοί τε καὶ παντὶ τῷ γένει
 5 τοῦμῶ προφανῇ· εἰ δ' οὖν, ἐλεγχέτω τις παρελθὼν, εἴ τι τοῖς
 ἐμοῖς λεγομένοις ἐύρισκοι διεφθορὸς καὶ ἡμισυ τὴν τῆς ἐκκλη-
 σιαστικῆς ὁμονοίας ἐπισπεῦδον κατάστασιν.

16. ἐμοὶ conī. Boiv.

beat, et pro sua summa potestate possit eos quidem, qui nimis multa sibi
 arrogent, coercere; aliis autem id, quod deest, ex aequo supplere? Esset
 profecto magni aestimandum officium iudicis ab imperio separatum, si alio
 ius dicente parere imperatorem oporteret. Quae cum ita sint, volo istos
 primum paucis interrogare, ut duarum rerum altera electa simplex mihi
 responsum reddant. Nimirum illi, si ea quae ab ecclesia Dei in Barlaa-
 mum semel decreta sunt rata habeant, ne amplius rixentur, sed nobiscum
 de caetero consentiant; atque una voce Barlaamum anathema esse iubeam-
 us. Si contrarium placet, evidens est illud consequi, ut eadem qua il-
 lum sententia condemnandos eos putemus, tanquam idem cum illo sentien-
 tes. Ego vero si non iure haec dico, si mediam viam non sic teneo, ut
 neutro declinem, nec uni magis quam alteri parti faveam; Deus, precor,
 mihi et omni meae stirpi certum exitium afferat; vel certe prodeat aliquis
 coarguatque me, si in iis quae dixi deprehenderit aliquid, quod nec sin-
 cerum esset, nec ad concordiam ecclesiae quamprimum constituendam spe-
 ctaret.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΙΘ.

NICEPHORI GREGORAE

BYZANTINAE HISTORIAE

LIBER DECIMUS NONUS.

ARGUMENTUM.

Imperator et Palamas totam rem uno die transigere cupiunt. Oratio apud synodum habita a Gregora. Cantacuzeni impatientia, lenitas. Palamas, ironice dicto offensus, obstreperit. Cantacuzenus Gregoram interpellat, et ut brevior sit admonet (Cap. 1). Imperator Palamae uni favet. Gregoram ab instituto orationis cursu abstrahit. Liberius loqui solitum regiae maiestatis reverentia comprimit. De constituendo disputationis argumento utrinque certatur. Cantacuzenus Gregorae tria obiicit. Palamae scripta quanti a Palamitis facta. Gregoras suam dicendi libertatem defendit exemplis et rationibus: ita ad tertium accusationis caput respondet. Refellit id, quod primo loco obiectum fuerat. De Thaborio lumine dicturum se promittit. Dicere exorsus subinde interpellatur (2). Prooemium disputationis de lumine Thaborio. Palamas eam quaestionem frustra proponit. Iconomachiae nomine notatur. Iconomachorum error de Domini transfigurati carne. Theodori Grapti verba. Sacrae imagines a Palamitis in ignem coniectae. Palamae cum Eusebio Iconomacho consensus. Palamas plura increata statuit. Eusebio peius sentit in iis, quae de Lumine, Operatione, Substantia divina, et Sacramento Eucharistiae loquitur. Palamae impietas cum Theodori Grapti argumentationibus conferenda. Illius de lumine opinio quam absurda sit (3). De corpore Domini, an increatum fuerit; et de hominibus, quos Palamas dixerat fieri increatos. Verba Theodori Grapti. Palamas una cum Eusebio Iconomacho refutatur. Energiae nomen ab Eunomio introductum, ab Iconomachis receptum, a Palama revocatum in lucem. Theodori Grapti cum sanctis Basilio et Gregorio consensus. Conclusio; Palamam Iconomachorum vestigiis insistere. Substantiae et Operationi eadem definitio convenit. Si corpus Christi incorporeum et increatum fieri non potest, multo minus hominis corpus. Qui virtute proficiunt, ii de novo creari dicuntur (4).

α'. ³ *Ε*κείνω μὲν οὖν ἄλλα μεταξὺ παρενείραντι πλεῖστα, τὸν Δ. Μ. 6859
 αὐτὸν ἐλαύνοντα δρόμον καὶ τρόπον, ἐνταυθοῖ που τὸν λόγον ^{Ind. 4}
 καταλελυκέναι συμπέπτωκεν, ἀνθημερὸν βουλομένῳ τὴν ὄλην ^{A. C. 1351}
 ὑπόθεσιν καταστήσασθαι. τοῦτο γὰρ εἶναι τῷ Παλαμῷ καὶ αὐτῷ ^{Imp. Io. Can-}
 5 βασιλεῖ τὸ σκοπιμώτατον, ἐν βραχεῖ μακρῶν ἑαυτοὺς ἀπαλλάττειν ^{tacuz. 5}
 ἐνθυμουμένοις πραγμάτων. σιωπῆς τοιγαροῦν γενομένης, καὶ τῶν ^{P. 572}
 ἐταίρων ὑπάντων ἀφορῶντων εἰς ἐμὲ καὶ λέγειν προτρεπομένων, ^{V. 463}
 ἐπεὶ τὸ συγκεχωρηκὸς ἐξ ἑκατέρων ἐγὼ τῶν μερῶν εἰλήφειν, ἔλεξα
 τοιάδε. (B.) „Ἐπειδήπερ, ὦ βασιλεῦ, καὶ πράξεως ἀπάσης καὶ
 10 λόγου παντὸς ἡγεῖται σκοπὸς (τούτου γὰρ ἐκτὸς καὶ λόγος ἅπας ^{V. 464}
 μάταιος καὶ πρῶξις πᾶσα), πυθέσθαι πρότερον ἐχορῆν ἡμῶν τὸν
 τοῦ παρόντος συλλόγου σκοπὸν· εἶτα τοὺς λόγους πρὸς ἐκεῖνον
 εἰσάγειν ἐκτεινομένους. καὶ τοξότας γὰρ ὀρῶμεν οὐ τοῦτο καὶ
 κυβερνήτας οὐ πρὸς γε τὸ τοξεύειν ἢ πλεῖν τὸν σκοπὸν ἔχοντας ^B
 15 μόνον, οὐδὲ τοῦτο βουλομένους ἀπλῶς· ἀλλ' οὗ ἕνεκα τό, τε
 τοξεύειν ὃ τοξότης καὶ τὸ πλεῖν ὃ κυβερνήτης ἐνεστήσαντο· ὡς
 ἐὰν μὴ τοῦτό γε ἦ, μάταιος ἀμφοῖν ἡ σπουδῆ. τίς γὰρ ὄνησις
 μοχθεῖν εἰκῆ καὶ ναυαγίοις καὶ κύμασι χειμερίοις ὡς τὰ πολλὰ
 20 προθέσει προβεβλημένου; ὁμῶς ἐπειδήπερ ἔκ τινων ἰχνῶν τῆς
 σῆς ξυνήκαμεν δημηγορίας, ἐκ ποδῶν τὰ τῆς ἐκκλησίας γενέσθαι ^C
 ναύαγια τὸν σκοπὸν τῆς παρουσίας εἶναι σπουδῆς, πρὸς τοῦτ'
 ἀνάγκη καὶ τοῦ ἡμετέρου λόγου τὸν σκοπὸν καὶ τὰς ἡνίας ἰθύ-

7. ἐταίρων em. Boiv. pro ἐτέρων.

His ille cum et alia plurima interseruisse, similia et eodem tendentia, ibi ferme orationi suae finem imposuit. Quippe ea ipsa die totam rem conficere cupiebat. Nimirum et Palamas et ipse imperator id maxime spectabant, ut magis negotiis brevi defungerentur. Facto itaque silentio, cum socii in me omnes intuerentur, neque ad dicendum impellerent, ego ab utraque parte venia accepta sic disputavi. (II.) „Quandoquidem, o imperator, omnis actio omnisque oratio finem habet propositum (alioqui inutile utrumque fuerit), oportebat primum sciscitari ex nobis, quisnam esset huic concilio finis propositus: deinde ea afferre, quae ad illum finem dirigerentur. Nempe et sagittarios et navium gubernatores videmus non id tantum spectare, ut vel iaculentur vel navigent, neque id unum velle; sed finem habere id, cuius causa et sagittarius iaculari et gubernator navigare instituit; quod absque eo inanis sit utriusque diligentia. Temere enim laborare quid prodest? quid naufragiis et hibernis fluctibus indentidem iactari, nisi aliquam utilitatem, aliquod lucrum, nobis, tanquam scopum et finem, proponamus? Caeterum quoniam ex vestigiis quibusdam orationis tuae deprehendimus, praesentis negotii finem eum esse, ut ecclesiae naufragia submoveantur, idcirco nos oportet orationis nostrae scopum hunc

A. M. 6859 *νειν. επειδὴ γὰρ οὐχ ἤκομεν ἐθέλονται, ἀλλ' ἤχθημεν οὐ μάλα*
Ind. 4 *ἐθέλονται, καὶ ἡμᾶς ἀνάγκη τὸν τοῦ λόγου δρόμον ἰθύνειν, οὐ*
πρὸς ἅ τὸ βουλόμενον ἡμῖν ὑφηγεῖται, ἀλλὰ πρὸς ἕπερ ἢ τὸ
Δικράτος ἔχουσα χεῖρ καὶ γλῶττα βιάζεται, καὶ δεικνύει μέχρι τοῦ
βασιλεῦσιν ὑπέκειν χρεῶν καὶ μέχρι τοῦ μὴ χρεῶν. Ὁ γὰρ τοῖς
σοφὸς Σολομῶν, τρία φήσας ὑπάρχειν, οἷς εὐόδως ἔνεστι πο-
ρεύεσθαι, καὶ τὸ τέταρτον, ὃ καλῶς διαβαίνει, τοῦτ' εἶναι βασι-
λέα πρὸς ὑπηκόους δημηγοροῦντα ἀπεφῆναιτο. ὅσα γὰρ ἂν ἐθέ-
λοι λέγειν καὶ οἶα καὶ ὅτε καὶ ὅπου καὶ πρὸς οἷους καὶ ὅσους,
χρείας ἐφρονητικίας ἡστινοσοῦν, εὐόδως ἅπαντ' ἐξέσται βασιλεῖ
10
Ἐμελετῆν, ἐφ' ὅσον τε καὶ ὅπως ἂν ἐθέλοι, πρὶν ἐφρονητέναι τὴν
χρείαν· τοσαῦτα δ' αὖ τῆς χρείας ἐνστάσης καὶ τοιαῦτα λέξειεν,
ὅσα δὴ μεμελέτηκε, κωλύει μὲν ἡκιστα δυναμένου τῶν ἀκροα-
τῶν οὐδενός, ἐπικροτούντων δὲ ἀπάντων τοῖς ὕμνοις ἁμοῦ καὶ
οἷον ἀμιλλωμένων σπουδῇ πρὸς ἀλλήλους, ὅς ἂν παρελάσειε ταῖς
15
κολακείαις τοὺς ἄλλους. τηρικᾶτα γὰρ καὶ εὐρωτέρος τις αὐ-
τὸς ἑαυτοῦ γίνεται καὶ τοὺς ἀντιλέγειν ἐθέλοντας, εἴ τινές ποτ'
16
Ἐὰρ' εἶεν, ὡς ἀμαθεῖς παρατρέχει· κἂν Σωκράτης ἦ, κἂν Πλά-
των, κἂν Πυθαγόρας, μηδὲν εἶναι τῶν πάντων οὐδὲν, ὅπερ
ἂν ἐν Καρὸς εἶναι κωλύση μοῖρα τετάχθαι τὸν δυστυχῆ· ὥστ' 20
εἰ μελετῶν τις τῶν τοιούτων πρὸ τῆς πείρας, μάταιά τε καὶ
ἄπρακτ' ἂν εἴη μεμελετηκός, τοῦ βασιλέως πρὸς ἕτερα τοῦ λό-
γου τὸν δρόμον ἀνθέλκοντος· καὶ μικρὰ ἢ οὐδὲν ἀπεικέναι δόξει

10. ἐφρονητικίας em. Boiv.

19. μηδὲ γὰρ conl. Boiv.

habere et habenas eo flectere. Quippe cum huc non sponte nostra veniamus, sed acciti et minime volentes, necesse est nos, non quo voluntas nostra praecipit, sed quo fortiorum manu et lingua compellimur, nostrae orationis cursum dirigere: item ostendere, quatenus imperatoribus parere vel oporteat vel non oporteat. Enimvero sapiens ille Salomon, postquam dixit, tria esse, quae prospere vadant, et quartum, quod bene incedat; hoc ultimum de rege apud subditos concionante interpretatur. Nam quot et qualia, quo tempore et loco, apud quot et quales, in quocumque negotio dicere voluerit, ea omnia rex, quamdiu et prout libuerit, commode praemeditabitur ante ipsum negotium; idemque, ubi negotium praesens urgebit, illa ipsa dicturus est, quae et qualiacumque fuerit praemeditatus: neque ex auditoribus quisquam erit, qui possit inhibere: omnes autem quodam quasi laudum concentu applaudent, et studio inter se certabunt, quis quemque adulatione praetergressurus sit. Quippe ille tunc se ipso torrentior quodammodo existet; et si qui tandem velint contradicere, eos ut imperitos praetervehetur: ac tametsi Socrates sit is, qui consurget, vel Plato, vel Pythagoras, tamen nihil quidquam obstat, quominus miser vilissimi mancipii loco habeatur. Quod si quis non prius rem aggrediatur, quam praemeditatus sit, frustra certe erit praemeditatus; propterea quod orationis cursum imperator alio retrahet: atque ille parum aut nihil vide-

τῶκαθ' ὑδάτων γράφειν πειρωμένῳ, ἢ δικτύῳ θηρεύειν ἀνέμων A. C. 1351
 πνοάς. οὔτε γὰρ ὁ τοῦ λέγειν καιρὸς, ὧν μεμελέτηκεν, αὐτῷ Imp. Io. Can-
 παρέξει τὸ καιρῖον, οὐθ' ἂ μεμελέτηκε λέγειν ἐθέλων μακρὰν tacuz. 5
 ἐστήξει τοῦ ναυαγίου· ἀλλὰ πύσας ἐν ἀκαρεῖ τὰς κακοδαίμονας P. 574
 5 ἄναμετροῦσαι τύχας. Διὰ δὲ ταῦτα, καὶ πρὸς γε διὰ τὸ μὴ τοὺς
 πανταχόθεν τῆς οἰκουμένης ἐπισκόπους τῶν ὀρθοδόξων παρεῖναι,
 τῆς ζητήσεως οὔσης περὶ δογμάτων οὐδαμῇ τῇ τοῦ Θεοῦ ἐκκλη-
 σία συνήθων, ἥμιστα πρὸς βουλήσεως εἶναι συνέβαινε, παριέναι **B**
 ἡμῶς ἐνταυθοῖ· ἀλλ' οἴκοι καθημένους ἡσυχῇ τὸν ἅπαντα δια-
 10 βιβάζειν βίον· χρεῶν γὰρ εἶναι, πρό γε τῶν ἄλλων ἁπάντων,
 ἐν τούτοις τὰ πάτρια ἔθῃ καὶ προνόμια σῶα καὶ ἀκλιτῇ καθάπαξ
 τηρεῖσθαι, ὅπερ γέγραπται καὶ ὅπως πέπρακται· καθὰ καὶ ὁ
 πολὺς τὴν θεολογίαν φάσκει Γρηγόριος· „ἡμεῖς καὶ μέχρι τῆς
 τυχούσης κεραιᾶς καὶ γραμμῆς τοῦ πνεύματος τὴν ἀκριβειαν ἔλ- **C**
 15 κοντες οὐποτε δεξόμεθα (οὐδὲ γὰρ ὄσιον) οὐδὲ τὰς ἐλαχίστας **V. 465**
 πράξεις εἰκῆ σπουδασθῆναι τοῖς ἀναγράψασι, καὶ μέχρι τοῦ πα-
 ρόντος μνήμη διασωθῆναι· ἀλλ' ἴν' ἡμεῖς ἔχωμεν ὑπομνήματα
 καὶ παιδεύματα τῆς τῶν ὁμοίων, εἴ ποτε συμπέσοι καιρὸς, δια-
 σκέψεως.” Ἀλλὰ καὶ ἡ βίβλος τῶν πράξεων τῆς θείας καὶ οὐ-
 20 κομμενικῆς ἕκτης συνόδου, περὶ τῆς βραδυτῆτος τῶν δυτικῶν
 ἐπισκόπων ἀπολογουμένη, τὴν τῶν ἐκ Βρεττανίας καὶ τῶν Ὠκεία- **D**
 νείων ἐκείνων μερῶν, καὶ ὅσοι καθ' ἕτερα τῆς Εὐρώπης ἐκείνων

13. Γρηγόριος] ΣΧΟΛ. ἐκ τοῦ ἀπολογητικοῦ.

22. ἔμειναν con.

Boiv. pro posteriori ἐκείνων.

bitur distare ab eo, qui in aqua scribat, vel qui ventorum flabra retibus
 captet. Nam neque tempus dicendi eiusmodi erit, ut quae ille ante pro-
 viderit opportuna futura sint; nec si provisa eloqui velit, longe aberit a
 naufragio; sed momento temporis omnia adversissima experturus est. His
 de causis, et propterea etiam, quod orthodoxorum episcopi ex omnibus or-
 bis partibus non adessent, ubi quaestio esset de dogmatis in ecclesia Dei
 plane inusitatis, nequaquam nos huc prodire, sed totam vitam tranquille
 domi sedendo traducere volebamus. Oportebat quippe in his ante omnia
 morem maiorum atque privilegia salva prorsus et immota servari, prout
 antea scriptum factumve esset; quemadmodum magnus theologiae doctor
 Gregorius auctor est. „Nos (inquit) cum accuratam spiritus diligentiam ad
 quemlibet apicem, ad quamlibet virgulam trahamus, nunquam dederimus
 (neque enim fas est) vel in minimis factis recensendis, eorumque memoria
 ad praesens usque tempus conservanda, temere elaborasse eos, qui scri-
 pserunt; sed eo, ut nos haberemus monumenta et documenta, quibus in si-
 milium rerum tractatione, si unquam incideret occasio, uteremur.” Sed et
 liber actorum sacrosanctae et oecumenicae sextae synodi traditatem orien-
 tialium episcoporum sic excusat, ut eius causam fuisse dicat, quod Britan-
 niae et illorum Oceani tractuum, nec non aliarum Europae regionum epi-

- A. M. 6859 κλίματα, συνδρομὴν ἐπισκόπων αἰτίαν τίθησιν· „ἀναγκαιὸν τοῖς
 Ind. 4 ἅπασιν ὄντος, ἕξ ὅλης (φησὶ) τῆς κοινότητος, καὶ ἥμιστα μονο-
 μέρεως, τὰ τοιαῦτα τελεῖσθαι· ἵνα τὰ τῆ θεία καὶ ἀποστολικῆ
 πίστει πραττόμενα πάντες γινώσκοντες ὁμοφωνῶσιν ἀλλήλοις”.
- Καὶ ὁ θειότατος δ’ ὁμοίως Μάξιμος ἐν τῇ πρὸς Πύρρον δια-5
 Ελέξει μὴ δύνασθαι καλεῖσθαι σύνοδόν φησι τὰ σημεῖα μὴ κε-
 κτημένην· οὔτε γὰρ κατὰ νόμους καὶ κανόνας γενέσθαι συνοδι-
 κούς καὶ θεισμούς ἐκκλησιαστικούς, οὔτε ἐπιστολὰς ἢ τοποτηρη-
 τὰς πρὸς τῶν ἄλλων πεμφθῆναι πατριαρχῶν· καὶ διὰ τοῦτο
 σκανδάλων διχονοίας τὴν οἰκουμένην πληρῶσαι. Ὅμως ἐπειδὴ 10
 καὶ ἄκουσιν ἐλληλοῦσι δέδωκας, ἦντινα δῆπον καὶ ἐδεδώκεις,
 χώραν τοῦ λέγειν, χρεῶν, καθάπερ ἐν ταῖς ἰπποδρομίαις τοὺς
 F δρόμους τε καὶ περιδρόμους καθαίρουσι τῶν ἀμιλλητηρίων ἴπ-
 πων, ξύλων καὶ λίθων καὶ τῶν τοιούτων ἅπαν δεικνύντες ἐλεύ-
 θερον τοῦδαφος, οὕτω καὶ νῦν ἐφ’ ἡμῶν ἀρξάμενων λέγειν, 15
 ἐπηρείας ἀπάσης ἐλεύθερον εἶναι δεῖν αὐτῷ τῶν λόγων τὸν δια-
 λον. ἀγάματι γὰρ ζοικέναι τινὶ καὶ τὸν λόγον συμβαίνει· καὶ
 ὥσπερ ἐκ κεφαλῆς ἐκεῖ τῆς πλάσεως ἀκωλύτου μέχρι ποδῶν ἐλη-
 P. 575 λυθυίας, ὁρᾶται πρὸς τὰκριβὲς τὰ τῆς ἁρμονίας· καὶ θαυμά-
 ζεται μὲν, εἰ καλῶς τῷ τεχνίτῃ πέπρακται· εἰ δ’ οὖν, ἀσχύνης 20
 ἀθλητῆς περιφανῶς ὁ πλάστης καθίσταται· οὕτω κἀνταῦθα τοῦ
 λόγου μηδενὸς ἐφεδρεύοντος, μηδὲ τὸ συνεχὲς ἀνασοβοῦντος

11. ἦν τινα conī. Boiv. 21. τῷ λόγῳ conī. idem.

scopi simul convenerint; „quoniam,” inquit, „necesse est ab omnibus ex tota ecclesiae universitate convocatis, non autem ab una parte, talia peragi; ut omnes ea, quae circa divinam et apostolicam fidem acta fuerint, cognoscentes, secum invicem consonent.” Idem D. Maximus, in sua cum Pyrrho disputatione, non posse ait synodum vocari eam, quae ipsa synodi insignia non habeat: neque enim factam eam secundum leges et canones synodales, statutave ecclesiastica; nec epistolas aut legatos ab aliis patriarchis missos fuisse: atque eam idcirco totum orbem implevisse scandalis dissensionis. Caeterum quia nobis, postquam invitati huc venimus, dicendi locum dedisti, quicumque tandem is datus est, oportet nos, ut fit in Hippodromis (nam in iis, quacunque vel dirigendus vel circumflectendus certantium equorum cursus, operam dant, ut et lignis et lapidibus, et aliis eiusmodi obicibus, solum omne sit liberum ac vacuum), ita, inquam, nunc quoque, cum incipimus dicere, disputationis nostrae curriculum ab omni violentia liberum esse oportere censeo, et ut sit peto. Oratio nempe simulacri cuiusdam instar est: atque ut in simulacro, si a capite ad pedes usque citra ullum impedimentum opus processerit, concinnitas partium ipsa penitus perspicitur, et admirationem quidem movet, si artifex scite fecerit; sin minus, ludibrio exponit eum, qui finxit: sic etiam in hoc disputationis exordio, si nemo dolum meditetur, neque hiuc usque ad finem quis-

ὥσπερ ἐκ λόγον μέρει τελευτῆς αὐτῆς, ἐξέσται τοῖς παροῦσι κρι- A. C. 1351
 νειν ὀρθῶς, εἴτε κατὰ λόγους ἡμῖν ὁ λόγος ἔδραμεν, εἴθ' ὑπερ- Imp. Io. Can-
 ὀριος γέγονε τοῦ τῆς ἀληθείας σκοποῦ. Ἔπειτα, εἰ καὶ τοῦθ' tacuz. 5
 ἡμῖν ἐξείη μὴ σιωπῇ παρεληλυθέναι, τὰ τοῖς δικαίοις προσή- B
 5 κοντα βήμασι καὶ δόξωμεν ἀγνοεῖν, ἐπειδὴ σὺ σαντῶ τὴν τοῦ
 κρίνειν ἐπιτετραφῶς ἐξουσίαν, ἃ τοῖς ἅπανταχῆ τῆς οἰκουμένης
 συνοῦσιν ἐχρῆν τῶν ἐπισκόπων ὀρθοδόξοις, ὁμωμόκεις μὴ κατη-
 λεύειν τὰς δίκας, ἐχρῆν μὴ προειλημμένον γοῦν εἶναι σε τοῖς
 τοῦ κατηγορουμένου δικτύοις, μηδ' αὐτοῦ σε πρόμαχον ἐκ πρώ-
 10 τῆς, ὃ φασι, γραμμῆς ἀπαρακαλύπτως καθιστάμενον, λέγειν
 ὅποια τοῦτόν γ' ἐχρῆν· ἀλλὰ τοὺς τὰς κατηγορίας προβαλλομέ- C
 νους πνθόμενον πρότερον, καὶ ὡς ὁ τὰγκλήματα ἔχων αὐτὸς ἀπο-
 λογίαις καὶ λύσεις ἐκάστοις λέγων ἀντιτίθῃσιν, ἔπειτα τὴν σὴν
 ἐπάγειν σε κρίσιν, κατὰ τοὺς ἐν τούτοις κρατήσαντας πάλαι τῆς
 15 ἐκκλησίας κανόνας καὶ νόμους. ἄψινθίω γὰρ ζοικέναι τὴν πρό-
 ληψιν ἔγωγε λέγω. ὡς γὰρ ἐκεῖνο, τῆς γλώττης ὑπόσποθ' ἀψά-
 μενον, τοσοῦτον ἐσχῆ τῆ γευστικῆ τὸ τῆς πικρίας δραστήριον,
 ὡς πολλοῦ τε ἅμα καιροῦ καὶ πολλῶν δεηθῆναι γλυκέων εἰς τὴν D
 πρὶν τοῦ φυσικοῦ καθήκοντος ἀντίληψιν, οὕτω καὶ τοῖς δικα-
 20 σταῖς τὴν πρόληψιν ἴσμεν ὡς τὰ πολλὰ δυναμένην. τῶν γὰρ δι-
 καζομένων ἑνός τινος προειληφότος τοῦ δικαστοῦ τὴν διάνοιαν V. 466
 πιθαναῖς ταῖς προδιηγῆσεσιν, οὕτω δευσοποιόν τε καὶ δυσαπό-

2. λόγον conī. Boiv. pro λόγους. 5. μὴ δόξωμεν idem. 11. τοῦ-
 τόν γ' ἐχρῆν em. Boiv. pro τούτῳ το γ' ἐχρῆν.

quam tanquam ex insidiis prosiliat, qui continuam verborum seriem inter-
 rumpat, poterunt ii qui adstant recte iudicare, utrum orationis nostrae
 cursus rationi consentaneus fuerit, an longe a vero fine aberrarit. Deinde
 (si et illud fas est silentio haud praeterire, ne iudicis iusti officium igno-
 rare videamur) quoniam tu potestatem tibi ipsi arrogasti iudicandi de iis
 rebus, ad quas diiudicandas orthodoxos totius orbis episcopos convenire
 oportebat, idemque te incorrupte iudicaturum esse iuravisti, cavendum
 saltem tibi erat, ne illius retibus praeoccupareris, qui accusaretur, neu
 te eius propugnatorem ab ipsis statim, ut aiunt, carceribus palam profes-
 sus, ea diceres, quae e re eius essent, sed eos primum audire debueras,
 qui crimina obiicerent; deinde et quidquid reus ipse, defendenti sui et
 diluendorum criminum causa, contradiceret et singulis responderet: tum
 denique sententiam tuam interponere, secundum canones et leges in his
 rebus iam pridem ab ecclesia receptos. Ego certe animum affectu praeoc-
 cupatum absinthio similem statuo. Quemadmodum enim illud, tacta quo-
 cunque modo lingua, tam acrem, tam efficacem amaritudinis vim gustui
 adspergit, ut et longo tempore et multo dulcium saporum usu egeat ad
 priorem naturalis boni perceptionem: idem etiam in iudiciis animi prae-
 occupati affectum scimus posse plerumque. Nam cum litigantium unus ani-
 mum iudicis praevis narrationibus, iisque probabilibus, mature occupa-

- A. M. 6859 *νιπτον γίνεσθαι τὸ πάθος ἐκείνω συμβαίνειν, ὡς δυοῖν θύτερον*
 Ind. 4 **Ε** *γίνεσθαι κινδυνεύειν· ἢ τὸ τῆς ζημίας παραλόγον ὑφίστασθαι*
τὸν ἐπιόντα καὶ κακούργων φεύγειν γραφὴν ἐνίοτε παραλόγως
ἠναγκασμένον, ἢ πολλὰς ἀνατλάντα τρικυμίας ἀντιθέσεων καὶ
πολλὰς καὶ διαφόρους εἰσενεγκόντα μαρτυρίας ἀξιοπίστων ἀν-
δρῶν, εἰ τύχοι, ὃψὲ καὶ μάλᾳ μόλις τῆς ἀληθείας ἐπιτυγχάνειν.
Εἰ δ' ἄπαξ προειληφότος ἐκεῖ τις, τοιόνδε συμβαίνει τὸ νό-
Φ *σημα γίνεσθαι, τί ἂν τις φαίη περὶ τοῦ Παλαμᾶ τουτουῖ καὶ*
τῆς τοῦ θιάσου φρατρίας, ὅλους ἐνιαυσίους χρόνους καὶ ὅλας
ἡμέρας μηνῶν καὶ ὅλας ὥρας ἡμερῶν ἰδίᾳ σοι προσομιλούντων 10
καὶ τὰ τοιαῦτα συνιστουρογούντων καὶ ὑφαινόντων ἐς τὸ τοῦ σφό-
δρα ἐπέλγεσθαι ἐντελές, καὶ μηδὲ νῦν ἐν τοσοῦτῳ θεάτρῳ τὸ ἔθος
P. 576 *ποιεῖν αἰδομένων, ἀλλ' ἐγειρομένων συχνὰ καὶ λάθρα σοι πρὸς*
οὓς κοινολογουμένων περὶ τῶν πρὶν κρωθέντων (οἶμαι) πολ-
λάκις, μὴ λάθῃ τι διαδρόνεν τῆς μνήμης ἐπὶ καιροῦ νῦν, ὅτε 15
μάλιστα ῥώμην ἐκείνοις πλείω χαρίζεσθαι δεῖ; τί τοίνυν ἂν τις
ἡμῶν εἴποι πρῶτον; τί δ' ἂν τις ὕστατον, ἐς τὸ πάνυ βραχύτα-
Β *ὑφαιρουμένης συνδιασκέψεως, ἐνταῦθα μᾶλλον, εἴπερ που, τὴν*
χρείαν ἐχούσης; προσκείσθω δ' οὖν καὶ τουτὶ τοῖς ἄνω λεχθεῖσι, 20
δι' ἃ δηλαδὴ τὸν ἄκαιρον ἀγῶνα τοῦτον ἥκιστα πάντων ἡμῶν
πρὸς βουλῆσεως ἦν εἰσιέναι. Ἐπὶ τούτοις ἔστω καὶ τὸ τῶν κα-

1. *συμβαίνει coni. Boiv.*

22. *ἔστω Boiv. pro ἔστι.*

vit, ita alte imprimitur, ita deletu difficilis est eius mali labes, ut periculum sit, ne duorum alterum accidat; ut vel mulctam iniquam sufferat is, qui posterior subit; qui et nonnunquam praeter opinionem cogitur se ipsum defendere sceleris accusatum; vel plurimis contentionum fluctibus exhaustis, multis et variis gravium virorum, si quos reperiat, testimoniis productis, sero tandem et aegre admodum veritatem assequatur. Quod si in iudice, quem quis semel praeoccupaverit, eiusmodi morbus exsistit, quid de hoc Palama, quid de eiusdem thiasi consortibus dici debet, qui totos annos, totos mensium dies, totas dierum horas tecum privatim colloquuntur, atque eiusmodi telas simul contexunt, simul nectunt, eo videlicet fine, ut valde acceleretur? quos ne nunc quidem in tanta spectantium frequentia pudet suo more agere. Nam crebro surgunt, et furtim in aurem loquuntur, de iis credo rebus, quae saepius iam antea decretae sunt, ne quid per imprudentiam effluat tibi e memoria hoc tempore, quo illis oportet robor firmissimum accommodari. Quid primum itaque, quid ultimum dixerit quisquam ex nobis, augustissimo temporis spatio circumclusus, in hac publici curriculi luce, omni inter nos consultandi facultate adempta, qua nos tamen hoc rerum statu maxime egebamus? Itaque et haec ad eas, quae supra dictae sunt, causa accedat, quamobrem intempestivum hoc certamen minime ingredi nobis placuerit. His proxima esto regularum et lo-

νόμων καὶ νόμων δίκαιον, οἷς ὑπέκειν δέον δουλείας θ' ἅμα καὶ A. C. 1351
 δεσποτείας ἀπάσας, ἐν ἡπειρῷ πάσῃ καὶ θαλάσῃ, τὸ ἀντί- Imp. Io. Can-
 στροφον ἐνταῦθα καὶ δρωῖντα καὶ δημηγοροῦντα σαφῶς ἠκηχόει- tacuz. 5
 μέν σε· καὶ ἔγνωμεν τοῦτ' ἐκεῖνο, τὴν Λεσβίαν οἰκοδομὴν, ἣ C
 5 τοῖς λίθοις τὴν τοῦ κανόνος προσάγουσα στάθμην, καὶ οὐκ
 ἐκείνῳ τοὺς λίθους, πάνυ σαθρὰς τοῖς χρωμένοις καὶ ἀβεβαίους
 παρῆχε τὰς τοῦ μένειν ἐλπίδας ἄχρι καὶ ἐς τὴν ἐπιούσαν ἀκλόνη-
 τον. καὶ μαρτυροῦσι τῷ λόγῳ πῦσαι πόλεις καὶ πολιτεῖαι, ὅσαι
 τε τοῖς παλαιότεροις κανόσι καὶ νόμοις ἁρμοττόμεναι διηνεκές
 10 καρποῦνται τὸ εὐδαιμον καὶ ὅσαι τῆς ἀνομίας ἐξορχομένης αὐ-
 τῶν διηνεκέςι καὶ ταχέαις φθείρονται μεταβολαῖς. Ἐπειτα καὶ D
 μὴ μεταίρειν ὅρια πατέρων δόγματι καὶ τοῦθ' ἴδρην τῆς τοῦ
 Θεοῦ ἐκκλησίας. μηδὲ γὰρ εἶναι σφᾶς τοὺς εἰρηκότας μᾶλλον ἢ
 τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. δῆλον δὲ ἐκ τῶν καθ' ἕκαστον ἂν εἶη τοῦτό
 15 γε μάλιστα. Τῶν γάρ τοι προφητῶν λεγόντων ἔστιν εὐθὺς
 ἀκούειν, οὐχ ὅτι „τὰ καὶ τὰ φαρὲν ἡμεῖς”· ἀλλὰ „τάδε λέγει κύ-
 ριος· καὶ τὰ καὶ τὰ προστάττει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.” εἶτ' ἐλθὼν E
 ὁ γεννηθεὶς ἐκ παρθένου Θεὸς λόγος „ἐγὼ (φῆσὶ) ἀπ' ἐμαυτοῦ
 λαλῶ οὐδὲν, ἀλλ' ὅσα πρὸς τοῦ πατρὸς ἠκηχόειν”· διδάσκων
 20 ἡμᾶς οὕτως, μὴ τοῖς ἑαυτῶν, ἀλλὰ τοῖς τῶν πατέρων κανόνων
 ἐπεσθαι δόγμασί τε καὶ ὅροις. καὶ ἀρξάμενος οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ,
 ἀλλ' ἀπὸ Μωσέως καὶ πάντων τῶν προφητῶν, διηρημήνευεν αὐ-

4. σε em. Boiv. pro τε.
 ἐκκλ. conl. Boiv.

12. δόγμα καὶ τοῦθ' ἱερὸν τῆς τοῦ Θεοῦ

gum ratio, quibus servitutum simul et dominatum omnem subesse toto ter-
 rae et maris orbe cum oporteat, nos te ordine inverso contra facere et
 concionari palam hic audivimus; et illam plane agnovimus Lesbiam stru-
 cturam, quae amussim ad lapides, non lapides ad amussim applicabat,
 adeoque illis, apud quos in usu erat, fluxas prorsus et infirmas spes affe-
 rebat, ut vix ad diem proxime sequentem immotam eam permansuram esse
 confiderent. Atque haec, quae dico, testantur vera esse omnes civitates,
 omnes republicae, cum eae, quae antiquis regulis et legibus obsequentes
 iugi quadam felicitate perfruuntur; tum illae, quae bacchante apud ipsas
 licentia continuis repentinisque mutationibus corrumpuntur. Deinde et il-
 lud sacro ecclesiae decreto cautum est, ne positi a patribus termini mo-
 veantur: neque enim magis eos, quam spiritum sanctum, ea dixisse quae
 dixerint. Idque ex singulis testimoniis plane constabit. Ac primum pro-
 phetas audire est dicentes, non quidem, „haec et ista nos dicimus”, sed:
 „haec dicit Dominus; haec et ista iubet spiritus sanctus.” Deinde genitus
 ex Virgine Deus verbum cum advenisset, „ego,” inquit, „a me ipso lo-
 quor nihil, sed quaecumque a patre audiui;” atque ita docet, non nostris sed
 Patrum regulis, earumque praescriptis et definitionibus, obsequi nos de-
 bere. Item incipiens non a se ipso, sed a Moyse et omnibus prophe-

- A. M. 6859 τοῖς τὰ περὶ ἑαυτοῦ. καὶ τῷ διαβόλῳ πάλιν, τοὺς λίθους ἄρτους
 Ind. 4 ποιεῖν ἀναγκάζοντι καὶ τὰς τῆς γῆς ὑπισχνουμένῳ χαρίζεσθαι βα-
 V. 467 σιλείας, οὐκ εἶπεν ὁ Θεός, „ὑπάγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ”· ἀλλὰ
 τὰς τῶν πατέρων προβάλλεται ῥήσεις, „γέγραπται,” λέγων, „οὐκ
 ἐπ’ ἄρτω μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος”· καὶ δις καὶ τρις τὸ „γέγρα- 5
 πται” τίθησι πρὸς ἀκριβῆ νουθεσίαν ἡμῶν, τοῖς τῶν πατρίων
 ὄρων κανόνισιν ἐπεσθαι διὰ πάντων ἀντικρυς παραγγέλλων. καὶ περὶ
 τοῦ Θεοῦ δὲ ἐπαγγελάμενος πνεύματος „ἐλθὼν (φησὶ) ὁ παρὰ-
 P. 577 κλητος ἀφ’ ἑαυτοῦ λαλήσει οὐδέν, ἀλλ’ ὅσα ἂν ἀκούσῃ.” εἶτ’
 ἐλθὼν ὁ Θεὸς ἀπόστολος Παῦλος „ἐγὼ παρέδωκα (φησὶ) τῶν 10
 ἐμῶν οὐδέν ὑμῖν, ἀδελφοί, ἀλλ’ ὁ καὶ παρέλαβον ἀπὸ τοῦ Ἰη-
 σοῦ.” καὶ πάλιν Τιμοθέῳ γράφων „σὺ δὲ μένε (φησὶν) ἐν οἷς
 ἔμαθες καὶ ἐπιστώθης· τὰς δὲ βεβήλους καινοφωνίας παραιτοῦ.”
 καὶ πάλιν „εἴ τις ὑμῖν εὐαγγελίζεται (φησὶ Κολοσσαεῦσι) παρ’
 ὁ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω, καὶ ἂν ἄγγελος ἕξ οὐρανοῦ τις 15
 B ἦ, κὰν ἐγὼ Παῦλος.” ὅρα ὁπόσῃ ἔχει τὴν ἰσχὺν τὰ τῶν πατρίων
 κανόνων ὄριά καὶ ὅσοις τισὶ τοῖς κλείθεροις καὶ μοχλοῖς τοὺς αἰ
 διαδόχους ἀσφαλίζεσθαι διαγέγονεν. εἶτ’ ἐλθόντες τῆς εὐσεβείας
 ἀθλήται καλῶς ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν
 τοὺς ἑαυτῶν ὠκοδόμησαν ἀγῶνας καὶ τὰ μαρτυρικὰ παλαίσματα. 20
 Σὺ δ’ εἰ μὴ καὶ τὴν τῶν κανόνων δουλώσῃς ἐλευθερίαν, νόμος
 C αὐτοῖς ἐκείνοις γινόμενος, ἀνίσχυρον λείπεσθαί σοι φάσκεῖς τὴν
 βασιλείαν, καὶ μηδὲν ἐνεῖναι ταύτῃ σεμνόν. εἰ γὰρ ἔπερ ἄλληλα

23. εἰ δὲ conl. Boiv.

tis interpretabatur illis quae de ipso erant. Rursus diabolo, panes ex lapidibus facere iubenti, et orbis terrae regna daturum se pollicenti, non dicit Deus, „vade retro, Satana”; sed Patrum dicta opponit, et „scriptum est”, ait, „quia non in solo pane vivet homo”; atque ipsum illud „scriptum est” bis terque usurpat, ut nos perfecte erudiamur, quos ille Patrum definitionibus et regulis per omnia obsequi aperte iubet. Sed et de spiritu sancto promittens „cum,” inquit, „Paracletus venerit, non loquetur a semet ipso, sed quaecunque audierit loquetur.” Deinde D. Paulus Apostolus veniens „ego,” inquit, „meum nihil vobis tradidi, fratres, sed quod et accepi a Iesu.” Rursus ad Timotheum scribens, „tu vero,” inquit, „permane in iis, quae didicisti et credita sunt tibi: profanas autem vocum novitates devita.” Rursus, „si quis vobis evangelizaverit,” inquit Colossensibus, „praeter id quod accepistis, anathema esto, etsi angelus quispiam de caelo sit, etsi ego Paulus.” Vide quantam vim habeant termini a Patribus constituti, quot repagulis et vectibus coercantur ii, qui perpetua successione eos excepturi sunt. Tum subsequenti religionis pugiles super Apostolorum et prophetarum fundamento sua certamina suaque martyria pulchre aedificaverunt. Tu vero, nisi regularum libertatem in servitutem redigas, nisi legem illis te ipsum constituas, imperium tibi relinqui affirmas nullo robore subnixum, nulla maiestate venerabile. At enim

πέφυκε συνιστῆν, ταῦτ' ἀλλήλων φαίμεν εἶναι φθαρτικά, οὐδὲν ἔτι τούτων λελείπεται τῆς οἰκείας οὐκ ἐξιστάμενον φύσεως· καὶ τοῖς τοῦτο συγχωροῦσιν ἄνω ποταμῶν συμβήσεται χωρεῖν τὰς πηγάς. οὐ γὰρ ὧ τῶν πατρίων κανόνων καὶ γνωμῶν ἄρχειν βού-
 5 λεταιί τις, τὸ σεμνὸν τῇ βασιλείᾳ περιποιεῖ· ἀλλ' ὧ τοῖς πα- D
 τριοῖς κανόσι καὶ νόμοις ὑπέκειν ἐθέλει· οὐχ ἕως ἄν σωφρονεῖν
 τις ἐθέλοι, ἄλλως ἔχειν συγχωρεῖν οὐδαμῇ ποθ' ἔλοιτ' ἄν οὐ-
 δενί. οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνοι τὴν ἰσχὴν καὶ τὸ κόσμιον ἀφαιροῦσι τὴν
 βασιλείαν, ἀλλ' ἐκεῖνοι τοῦτ' αὐτῇ βεβαιοῦσιν. εἰ γὰρ οὔτοι
 10 πολιτειῶν καὶ ἀρχῶν εὐνομεῖν βουλομένων κατάλυσις, σχολῇ γ'
 ἄν ἄλλο τι τῶν πάντων γένοιτο σύστασις. Ἐπειτα καὶ τῶν ἄλ-
 λων ἀπάντων ἐξαιρουμένων, ἃ τ' ἐφθήμεν εἰρηκότες καὶ ἃ προῖ-
 οῦσιν εἰρήσεται, τίς ἄν τοιοῦτῳ δικαστηρίῳ πιστεύσειεν, ἔνθα κα- E
 τὰ ταῦτὸν ὄρκοι τε ἅμα καὶ ὄρκων κατάλυσις γίνεται τῶν αὐτῶν,
 15 παραπλήσιον ὡσερ ἄν εἴ τις, τῇ ἀριστερεῇ τὴν δεξιὴν ἀποκό-
 πτων χεῖρα, σώζειν μᾶλλον ἔλεγεν αὐτὴν οὕτωςί. Καὶ μὴν εἰδέ-
 ναι σε οἶμαι καὶ τοῦτο, καὶ διὰ μνήμης ἔχειν ἔτι χλοαζούσης,
 πολλὰ πολλάκις πρὸς σέ μου φαμένον, μὴ σέ τὸν ἰατρούσοντ'
 εἶναι τὰ τῆς ἐκκλησίας τοιαῦτα νοσήματα. πῶς γὰρ, τὸν τού-
 20 των αἴτιον αἰεὶ γιγνόμενον; ἀλλὰ μήπω τοῦτο· ἀλλ' ἀναλαβὼν F
 τὴν ἀρχὴν ἐφεξῆς ἀκριβέστερον τῶν παρόντων ἕνεκα διηγήσο-
 μαι· ἵν' εὐπαρακολούθητος ἅπασιν ἢ διήγησις γένοιτο, σημει-
 ουμένοις ἕκαστα πρὸς γε τοὺς καθήκοντας τόπους." (Γ.) Ὁ δὲ
 βασιλεὺς ἐγαλέπαινε καὶ διώθει θυμούμενος ἐφ' ἑαυτοῦ, καὶ συ-

quae a natura eiusmodi sunt, ut se invicem sustentent, ea si dixerimus a se invicem facile corrumpi, nihil iam horum supererit, quod intra naturae suae fines consistat. Hoc autem qui dederint, iis etiam fluminum fontes sursum versus referentur. Nam qui Patrum regulas et sententias potestati suae subesse vult, is non hoc pacto efficit, ut imperio maiestas salva constet; sed ita demum, si patriis institutis et legibus ultro ipse pareat; nec quisquam est qui, dum erit sanae mentis, rem aliter se habere ulli unquam homini concessurus sit. Non enim illa robur et dignitatem imperio adiungunt, immo stabiliunt. Nempe ea si rebus publicis et imperiis bonae disciplinae appetentibus ruinam important, nihil quidquam aliud stabilitatem dabit. Praeterea, aliis omnibus demptis, quae vel iam dicta sunt, vel postea dicturi sumus, quis tribunali illi confidat, in quo de iisdem rebus iuratur simul et peieratur, itidem fere ac si quis laeva dextram sibi manum abscindens eo magis se eam conservare dicat. Atqui te illud scire et recente adhuc memoria tenere arbitror, quod ego apud te saepius dictitavi, non facturum esse te medicinam iis morbis ecclesiae. Ecquo autem modo faceres, qui eorum auctor semper existis? Sed hoc quidem nondum. Nunc a capite usque repetens accuratius deinceps rem narrabo, in gratiam eorum, qui hic adsunt; ut ii omnes, singula suo loco posita observantes, narrationem facile assequantur." (III.) At imperator aegre ferebat,

- A. M. 6859 *γνὰ στρεφόμενος ἐπὶ τοῦ βασιλικῷ θρόνον, καὶ τοὺς πόδας*
 Ind. 4
 P. 578 *ἀμοιβὰδὸν νῦν μὲν ἐφαπλῶν, νῦν δὲ συναρῶν καὶ συνάπτων.*
ἔστι δ' οὗ καὶ σιγῆν ἐκέλευέ με, ἐνιαχοῦ τὴν ἡμέραν ἡμᾶς ἐπι-
λιμπάνουσαν προβαλλόμενος, μετὰ γε μὴν τῆς συνήθως ἐπιπο-
λαζούσης τῷ ἡθεὶ πραότητος. ἔφθη γὰρ δημοσίᾳ προκαταλη-
 5 *φθεῖς ταῖς τῶν ἐμῶν προκαταστάσει λόγων, μήτ' αὐτὸν, μήτ'*
ἄλλον τῶν πάντων οὐδένα, τοῖς ἐμοῖς ἐμποδῶν καταστῆναι λό-
 Β *γοῖς εἶσαι. συνεζρότει δ' αὐτῷ τὴν πραότητα καὶ χορὸς οἰκείων*
τὰ μάλιστα, περὶ αὐτὸν τε ἰστίμενος καὶ λαθραίοις μὲν θυ-
 V. 468 *μοῖς ῥηματίσκιά τινα πέμποντες καθ' ἡμῶν ἐνιαχοῦ καὶ σοποράδην, 10*
αὐτοῦ δ' ἀνυμνοῦντες προφανῶς τὸ μακρόθυμον. (Δ.) „Ἐπεὶ
γὰρ ὁ Παλαμῆς ἕει τὸν Καλαβρὸν αἴτιον τῆς αὐτοῦ βλασφημίας
εἶναι προβάλλεται Βαρλαάμ καὶ σὲ τοῦτο πέπεικε λέγειν ἤδη,
 C *ἄκουε δῆ. φημί γὰρ, ὡς καθάπερ Γρηγορίῳ τῷ θεολόγῳ τοὺς*
Ἀρειανοὺς κατατρέχοντι, τὸν υἱὸν ὅμοιον ἀπλῶς τῷ πατρὶ λέ-
 15 *γοντας εἶναι, καὶ ἅμα προστιθέντας πανούργως καὶ τὸ κατὰ τὰς*
γραφὰς λέγειν, τουτὶ τὸ κατὰ τὰς γραφὰς ὅμοιον φησὶ δέλεαρ
τοῖς ἀπλουτέροις εἶναι, τῷ χαλκῷ τῆς ἀσεβείας περικείμενον·
οὕτω καὶ Παλαμῆ τοιτωὶ δέλεαρ κατὰ τῶν ἀπλουστέρων εὔρηται
 20 *τοῦνομα Βαρλαάμ, μισουμένου διὰ τὴν τῶν Λατίνων θρησκείαν*
 D *τῷ Ῥωμαίων δήμῳ παντὶ, ὅσοι πείρουν ἔσχον αὐτοῦ. Εἶχε γὰρ*
τῆνδε τὴν νόσον αὐτὸς καὶ πρὶν Βυζαντίοις ἐπιδημηκέναι τὸν
Βαρλαάμ, καὶ ὄρῃν ἐπ' ἐμοῦ τε καὶ πλείστων ἄλλων διετείετο

et ira tacite inflabatur, et in solio imperatorio versabat se crebra agita-
 tione, et pedes alternis nunc distendebat, nunc connexos implicabat. Quin
 et silere interdum iubebat, ea ratione quod iam nos dies deficeret; suo ta-
 men more, et conspicua illa animi lenitate. Quippe illum primis orationis
 meae exordiis mature praeverteram, ne vel ipse, vel eius permissu alius
 quisquam ex omnibus, sermones meos interpellaret. Atque hanc eius leni-
 tatem maxime adiuwabat applaudens familiarium chorus, qui eum circum-
 stabant, et minutula quaedam in nos dicta subinde et sparsim iaciendo
 furtivas iras exercebant; palam autem eum laudabant, quod lente irasce-
 retur. (IV.) „Quoniam Palamas Barlaamum Calabrum semper opponit, eum-
 que blasphemiarum suarum causam fuisse ait, et iam tibi ipsi ut id diceris
 persuasit, auscultata. Quemadmodum Gregorius theologus, insectando Aria-
 nos, qui filium patri similem absolute esse dicebant, addebantque captio-
 se, id se secundum Scripturas dicere; quemadmodum, inquam, Gregorius
 theologus haec verba „similem secundum Scripturas” simplicioribus homi-
 nibus escam oblatam esse ait, impietatis hamo circumiectam; ita et huic
 Palamae reperta est illecebra ad simpliciores quosque inescandos; nomen
 dico Barlaami, viri scilicet, propter Latinam religionem, omnibus Roma-
 nis, quotquot eum usu cognorunt, odiosi. Nam hic, antequam Barlaa-
 mus apud Byzantios commoraretur, hunc morbum iam habebat, affirma-
 batque coram me et aliis compluribus, divinam se substantiam corporeis

τὴν γε τοῦ Θεοῦ σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς οὐσίαν· οὐ μόνον δ' αὐ- A. C. 1351
 τὸς, ἀλλὰ καὶ ὁ τούτου διδάσκαλος καὶ ὁμώνυμος Γρηγόριος ὁ Imp. Io. Can-
 Δριμύς. καὶ πολλὰς ἐπήγαγον αὐτοῖς ἐγὼ τὰς λοιδορίας, ἐκ τῶν tacuz. 5
 Θεῶν γραφῶν κατασχύνας τὴν ἄκαιρον καὶ ἀπαίδετον γλῶτ-
 5 ταν αὐτῶν, ὅσον ὁ τότε παρεῖχε καιρός. καὶ τοῦτο δῆλον πέ-
 πραχα σοφοῖς ἀνδράσιν ἐγὼ, τῷ τε μεγάλῳ φημὶ λογοθέτῃ καὶ E
 ὅσοι μετὰ τῆς σοφίας καὶ ἄρχιερωσύνης τὴν ἑαυτῶν ἐκόσμησαν
 ἀρετήν. οἷς καὶ φρικῶδες εὐθὺς ἀκούσασι γέγονε, καὶ Μασσα-
 λιανῶν ἐκάλεσαν αἵρεσιν ταυτηνὴν, καὶ τῶν τοιοῦτων ἀπέχεσθαι
 10 παρήνεσαν ὁμιλιῶν προθέσεις ὅλαις ψυχῆς· εἶναι γὰρ παλαιὰν
 τινα φήμην, ὡς μέλλον κατὰ τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας ἔσεσθαι
 τινα μάλᾳ μεγίστην αἵρεσιν, καὶ πασῶν συμμιγῆ καὶ ποικίλην, F
 ἣν διορθωθήσεσθαι παγκοσμίου μικροῦ συναχθείσης συνόδου,
 πάντων σχεδὸν συνιόντων ἐπισκόπων ἅμα καὶ πατριαρχῶν· καὶ
 15 ταύτην ὁγδόην τε εἶναι καὶ τελευταίαν ὁμοῦ. Τοῦ δὲ χρόνου
 ῥέοντος, ἐπιμῖξαι καὶ Βαρλαάμ ἐγεγόνει Ῥωμαίους, Καλαβρίας
 τῆς αὐτοῦ γενόμενον μετανάστην πατρίδος, καὶ γνωστὸν ἐνταῖ-
 θα γενέσθαι τοῖς ἄρχουσι, καὶ φιλίας οὐ πάνν μικρῶς πρὸς αὐ- P. 579
 τῶν ἡξιώσθαι διὰ τὸ περιὸν τῆς σοφίας· καὶ σοὶ μάλιστα πάν-
 20 των καὶ πρὸ πάντων γενέσθαι δεκτὸν, ἅτε φιλολογεῖν ἐξ ἀρχῆς
 αἰρουμένῳ, καὶ βίβλους πολλὰς καὶ παντοίας κτᾶσθαι φιλοτι-
 μουμένῳ, καὶ λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον ἐν σπουδῇ τιθε-
 μένῳ μεγίστη. Μετὰ δὲ τινα χρόνον φήμη μακρὰ καὶ συνεχῆς,

oculis intueri. Neque ipse solum; sed et eius magister idemque cognomi-
 nis Gregorius Drimys. Ego vero illos, ex sacris scripturis arguens, mul-
 tis convitiis insectabar, ineptumque et imperitum os eorum, prout tempo-
 ra illa ferebant, dictis sugillabam. Atque id viris doctrina praestantibus
 notum feci; nempe magno logothetae, et aliis, quorum virtus non erudi-
 tione solum, sed et pontificia dignitate ornabatur. Qui, ut audire, sta-
 tim cohorrerunt, eamque Massalianorum haeresin esse dixerunt; ac mihi,
 ut ab eiusmodi hominum consuetudine toto animo abhorrerem, auctores
 fuerunt. Quippe vetere quadam fama vulgatum esse, exorituram adver-
 sus ecclesiam Dei aliquam haeresin longe maximam, eamque ex aliis omni-
 bus mixtam ac multiplicem, quam coactum ex omni paene orbe concilium
 correcturum esset, omnibus fere episcopis et patriarchis in unum coituris;
 porro hanc synodum octavam simul et extremam fore. Procedente tempo-
 re ipse quoque Barlaamus Calabria, patria sua, ad Romanos commigra-
 vit, iisque se immiscuit. Ibi et principibus innotuit; et, quod doctrina
 praestaret, dignus iis visus est, cum quo amicitiam iungerent, nec eam
 quidem mediocrem. Omnium autem maxime, et prae caeteris quibuslibet,
 tibi acceptus fuit, utpote qui iam inde ab ineunte aere humanioribus lit-
 teris operam ultro dare instituisses, multosque et omnis generis libros am-
 bitiose conquirereres, atque in dies novum aliquid cum dicere tum audire im-
 pensissime studeres. Aliquanto post magnus et continuus rumor, aures

- A. M. 6859 *διαθέουσα τὰς τῶν πολλῶν ἀκοάς, ὅπερ καὶ ὡς ἡμῶς ἀφίκετο,*
 Ind. 4 **B** *δηλοῦσα τὸν Βαρλαάμ, ἐν Θεσσαλονικῇ λόγοις τισὶν ἐντυχόντα*
τοῦ Παλαμᾶ, ἐπιλαβέσθαι διαβροχὴν γράφοντός αὐτοῦ καὶ λέ-
γοντος, σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς ὄρῃν τοῦ Θεοῦ τὴν οὐσίαν. Ἰσα-
σιν ἅπαντες πάντως μαρτυροῦντα τοῦτ' αὐτὸ καὶ ὃν ὁ Παλα-
μᾶς εἰς δικαίωσιν ἑαυτοῦ προβάλλεται τόμον. Τοσοῦτων τοί-
νων ἐλέγχων οὕτως πρὸ ποδῶν ἱσταμένων ἐκ τοῦ προφανοῦς,
C *καὶ πρὶν φανῆναι Βαρλαάμ ἐν ὄροις Ἑλληνικοῖς δεικνύντων ἔχειν*
τὴν νόσον ἐνταῦθα τὸν Παλαμᾶν, τίς ὄνησις ἀληθῆς ταῖς τοῦ
Παλαμᾶ περιέσται κατηγορίαις, ἐπὶ σαθρῶ θεμελίῳ συχνὰ κα-
V. 469 *ταφεύγειν, τοῦνομα λέγω τοῦ Βαρλαάμ; πάντως διὰ τὸ τῆς*
θρησκείας μισηθῆναι καὶ διωχθῆναι τὸν ἄνθρωπον, ἐλπίσας ἔσε-
σθαι τι καὶ τοῦτο βοήθημα καθ' ἡμῶν, συνδιαβληθησομένων
ἐκείνῳ. εὐπροσώπον γὰρ ἢ κακία προσάσεως εὐπορήσασα ἔμ-
D *δίως ἐπὶ τὸ ψεύδεσθαι τε καὶ διαβάλλειν καὶ πραγμάτων χειμῶ-*
νας ἐγείρειν χωρεῖ. Οἴμαι γὰρ ὡς εἰ πάνν πολὺν ἐσκόπει χρόνον,
πῶς ἂν ἐπαινέσειε μὲν τὸν οἰκτεῖον ἐχθρὸν Βαρλαάμ ὁ σεμνὸς οὐ-
τωσί Παλαμᾶς; ἑαυτοῦ δ' οὕτως φανερῶς τοὺς ἐλέγχους δείξει
τῆς δυσσεβείας ἀφικτον ἔχειν καὶ ἄμαχον τὴν ἰσχὴν, οὐκ ἂν βελ-
τίῳ τε καὶ καθαρωτέραν ταύτης εἰληφέναι ποτὲ πρόφασιν. τὸ
E *γὰρ πλεῖστα καμόντα ἀρχὴν εὐπρεπῆ ταῖς ἀπολογίαις τῶν κατ'*
αὐτοῦ λεγομένων προθεῖναι, ἔπειτα μὴ δυνηθέντα, σαθρῶ ἔξ
ἀνάγκης ἐρείδεσθαι ψεῦδει, ποῦ οὐκ ἂν ἀτόπου γλώττης ἤλασεν,

vulgi pervagatus, demum ad nos quoque pervenit: Barlaamum, quasdam Palamae orationes Thessalonicae nactum, reprehendisse eum, diserte scribentem dicentemque se oculis corporeis substantiam Dei videre. Id ipsum vero, ut omnes sciunt, testatur is Tomus, quem ad sui defensionem Palamas profert. Cum itaque tot indicia sic quasi ante pedes praesentia et manifesta obversentur, quae vel antequam Barlaamus in Graeciae finibus comparuisset, eo morbo laborasse Palamam ostendant, ecquid re ipsa deinde Palamae in his accusationibus proderit ad infirmum illud praesidium confugere, ad nomen dico Barlaami? Nimirum quia ille ob religionem odio fuit et exactus est, speravit hic eam rem sibi adiumento fore adversus nos, quos cum illo eadem coniunctura esset calumnia. Nempe malitia, probabilem praetextum nacta, ad mentiendum et calumniandum et ad excitandas tempestates negotiorum proclivis est. Equidem sic statuo; hunc Palamam, virum scilicet gravem, si diutissime secum deliberasset, qua ratione adversarium suum Barlaamum laudaturus, suae autem impietatis indicia ineluctabili et invicto robore aperte confirmaturus foret, nec meliore unquam nec clariore argumento uti potuisset. Nam qui multum laboraverit, ut obiectorum sibi criminum refutationis a specioso aliquo principio ordiretur; deinde, quia haud posset, coactus sit futili mendacio inniti; is contra insectantes quo non insolentiae processisset,

ἢ τίνος ἂν ἐφείσατο λοιδορίας κατὰ τῶν διωκόντων, εἰ σκιᾷ γοῦν A. C. 1351
 τινι περιετύχανεν ἀληθείας. οὐ γὰρ ὁ Βαριλαᾶμ ἦν, ὡς ἐκ τῶν Imp. Io. Can-
 τοῦ Παλαμᾶ φαίνεται λόγων καὶ βιβλίων, ὅς εἰσενεγκεῖν τῇ τοῦ tacz. 5
 Θεοῦ ἐκκλησίᾳ δοκεῖ τὴν τε τῶν Μασσαλιανῶν δυσσεβῆ ταύτην
 5 αἴρεσιν καὶ ἅμα τὸ τῆς διθέας καὶ πολυθέας ἔγκλημα· ἀλλ' ὁ F
 Βαριλαᾶμ ἦν μᾶλλον ὁ τοῦτον εἰσάγοντα δείξας. Ἀκούσας γὰρ
 (φησὶν) ὁ Βαριλαᾶμ τῶν περὶ τὸν Παλαμῶν λιγόντων τὰ καὶ τὰ,
 διθέας ἔγκλημα τουτοισὶ προσετρίψατο. ὁρῶνς ἐναργῆ τὴν μαρ-
 τυρίαν αὐτὸν καθ' αὐτοῦ κομίζοντα, βέλτιον ἢ κατὰ πάντ'
 10 ἐχθρὸν καὶ πολέμιον. πρῶτον μὲν γὰρ αὐτοῦ κατηγορηκέναι τὸν
 Βαριλαᾶμ, σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς τοῦ Θεοῦ τὴν οὐσίαν ὁρῶν
 ἔγκανχωμένον, φησὶ, τοῦτο δὴ τὸ τῶν Μασσαλιανῶν· εἶτα τὸ P. 580
 ἄφικτον τῆς κατηγορίας ἐκφεύγειν πειρωμένῳ, καὶ διαιρέσει τῆς
 μιᾶς τρισυποστάτου χρωμένῳ θεότητος εἰς οὐσίαν καὶ χάριν, ἐτε-
 15 ροφυᾶ μὲν, ἄκτιστον δὲ καὶ αὐτὴν, διθέας ἔγκλημα προστρί-
 ψασθαι. Καὶ τό γε μεῖζον, ὅτι τὰς τοιαύτας αὐθις αὐτὸς ἐκ δια-
 δοχῆς κατηγορίας ἀναλύειν πειρώμενος ἐκ τοῦ πονηροῦ θησαυ-
 ροῦ τῆς καρδίας αὐτοῦ ἐς τὸ πολλαπλάσιον ἐμφανίζει γράφων
 τὴν αὐτοῦ κακίαν, καὶ τοῖς οἰκείοις ἀεὶ πτεροῖς ἀλισκόμενος, B
 20 ὡσπερ σειρῶς τινος μιᾶς ἀρξάμενης ἐκεῖθεν καὶ ἀλλήλαις ἐξηρ-
 τημένας τὰς βλασφημίας ἐχούσης, μεῖζους καὶ χείρους ἀλλήλων
 ἀεὶ. Τὸ γὰρ ὄνομά τινος ἐνεργείας καθ' αὐτὸ προστησόμενον,
 οἰονεὶ τι γένος εἰς ἀπειράκις ἀπείρους διαιρεῖν ἀκτίστους θεότη-

11. ὁρῶν add. Boiv. 18. γράφων em. Boiv. pro γραφῶν.

quibus pepercisset convitiis, si vel aliquam veritatis umbram nactus fuisset? Enimvero non Barlaamus, ut Palamas dictis et scriptis significat, impiam hanc Massalianorum haeresin, erroremque de duobus et pluribus Diis, in ecclesiam Dei invexit; immo Barlaamus ostendit, hunc ipsum esse qui inveheret. Cum, inquit, audivisset Barlaamus Palamam haec atque haec dicentem, ei crimen intulit, quasi duos Deos statuenti. Vides ipsum contra se, melius inimico et hoste quolibet, testimonium ferre luculentum. Primo enim ait se, quod Dei substantiam corporeis oculis videre gloriaretur, accusatum a Barlaamo; Massalianismi videlicet: deinde conanti sibi eius accusationis vim inevitabilem effugere, et divinitatem, quae una est in tribus personis, dividenti in Substantiam et Gratiam, natura quidem diversam, sed ipsam quoque increatam, sibi inquam crimen ait illatum ab eodem fuisse, quasi duplicem divinitatem agnoscenti. Iam, quod maius est, ea crimina alternis recurrentia dum ipse rursus diluere conatur, maiorem multo malitiam suam ex malo cordis sui thesauro expressam exhibet, et propriis quotidie plumis captus tenetur, quadam velut impiarum vocum catena inde usque ducta, ex se invicem nexarum, et aliarum aliis semper graviorum et deteriorum. Nam operationis cuiusdam nomen separatim primo posuisse; deinde illud, tanquam genus, in infinitas infinitas divinitates

- A. M. 6859 *τας, πῶς μὲν ἰδίᾳ καὶ καθ' αὐτὰς ἀπάσας ὑφισταμένους, πῶς*
 Ind. 4 *δ' ἀνυποστάτους, ποίας ἀτοπίας ἐκπέφυγεν ὑπερβολήν; οὕτω*
 C *σαθρὸν ἢ τοῦ ψεύδους κακία, καὶ στήναι μὴ δυναμένη διηνεκῶς*
ἑαυτῇ περιπίπτει. Τὰ δὲ τοιαῦτα τῆς ἐκκλησίας ναυάγια φερόν-
τας ἡμῶς, γαλήνῃ συνεζηκότας βίου μακροῦ, μάλα ἄκοντας ἐπὶ 5
θύετρα καὶ δικαστήριον καθέλκεις, καὶ ὡς δὴ τινὰς τῶν κακούρ-
γων ἐπιτιμῶς· οὐ μικρὰ· πλείω δ' ἀπειλεῖς, καὶ συνελάνεις
 D *ὡς ἐπὶ πᾶν εἰπεῖν τὴν πειθῶ τῇ τοῦ Παλαμῦ πολυθείᾳ θύοντας*
ἐναγίζειν. ποία ταῦτα δέξαιτ' ἂν ἀκούειν ψυχῇ, θεὸν ἕνα προσ-
 10 *κνεῖν εἰδυῖα, καὶ ταύτῃ συντραφεῖσα τῇ δόξῃ περιφανῶς; εἰς*
τοσαύτην γὰρ ἡμῶς συνελάνει δυσχωρίαν καὶ οὕτω δυσδιεξό-
δευτον τὸ τῆς σῆς δημηγορίας ἀκροτελεύτιον, ὡς ἀφύκτοις ἄμ-
μασιν ἐνδεσμεῖσθαι νομίζειν μᾶλλον ἡμῶς σιωπῆν, ἢ τὸν ἐπὶ μέ-
 E *σης ἴστασθαι λίμνης μυθουόμενον ἐκείνον Τάνταλον· ὃν αἰδῶ 15*
 V. 470 *μὲν τῇ δίψῃ φλέγεσθαι λόγος, φοβεῖσθαι δ' αἰετὸν ἀφόρητον*
φόρητον ἐκείνον τοῦ λίθου, καὶ πίνειν κύψαντα μὴ δυνάμενον.
τοῦτο δ' οὐ δικαστοῦ παρίστησιν ἦθος, ἀλλ' ὅψιν ἔχει πικρῶς
ἐφεδρεύοντος καὶ τὰ ξίφη τῆς ἐπιβουλῆς θήγοντος καθ' ἡμῶν.
Ὅμως οὐχ ἡμῖν γε τοσοῦτον μέλει τοῦ Βαρλαάμ, ὅσον σοὶ γε 20
 F *οὔτω λαμπρὰν τὴν δαψίλειαν αὐτῷ κατὰ πάντ' ἐχαρίσω, ὡς*

5. μακροῦ em. Boiv. pro μακροῦ.

incretas dividere, quae omnes seorsum et secundum se aliquatenus subsistant, aliquatenus non subsistant, quanta est insania! Adeo infirma res est mendacii perversitas, quae et stare nescit perpetuo, et in se ipsam recidit. Ea nos ecclesiae naufragia fugientes, et in longa vitae tranquillitate consenescentes, tu prorsus invitos in theatra et ad tribunal trahis, ac velut sceleratos non leniter castigas: plura autem minaris, et undecunque in eam nos necessitatem compellis, ut nihil frugi sapere possimus, sed obsequium multis illis Palamae divinitatibus sine ulla cunctatione vovere et isto quasi sacrificio litare cogamur. Haec audire quis sustineat, ita institutus, ut Deum unum sciat adorare, et ea opinione a puero plane imbutus? In eas videlicet angustias conclusio orationis tuae nos adducit, unde se expedire difficile est. Itaque, velut inextricabilibus nodis, silendi necessitate adstrictos nos putamus; idque arctius quam illum ipsum Tantulum, quem in media palude stare et sempiterna siti ardere narrant fabulae, timere autem semper saxi illius pondus iniquissimum, nec cum se inclinatum posse bibere. At tu sic agendo non iudicis morem servas, sed speciem prae te fers eius viri, qui atrociter insidiatur, et hostilis in nos animi gladiatoriam crudelitatem acuat. Atqui non tanta est nobis de Barlaamo cura, quanta esse tibi ipsi debet; qui illi, cum esset advena, sic benignum te hospitem praebuisti, ita splendide et prolixè in omnibus gratifica-

ἑτέρον μὴ δεῖσθαι σε μάρτυρος ἢ σουτοῦ. ὥστ' οὐκ ἔμοί σε
 χρεῶν ἔγκαλεῖν δι' ἐκεῖνον καὶ τὴν ἐκεῖνου συνεχῶς προφέρειν
 αἰτίαν μᾶλλον ἢ σουτῶ. οὐ γὰρ ἔγωγ' ἂν αὐτὸς ὁ ταῖς ὑπερο-
 χαῖς εἰμι τῶν τιμῶν εἰς ἀγέρωχον ἐκεῖνον ἐγείρας ὄφρῶν καὶ με-
 5 τέωρον φρόνημα· οὐδ' ἔγωγ' αὐτὸς ὁ μεγαλοῤῥήμονά σοι διδά-
 σκαλον, καὶ διὰ σοῦ τοῖς ἄλλοις αὐτὸν τοῦ Θεοῦ Διονυσίου
 χειροτονήσας, καὶ ἅμα διαπρύσιον ἐριμηνέα τῶν μυστικῶν τῆς
 ἐκκλησίας δογματῶν, καὶ ὅσα τῆς καθ' ἡμᾶς Θεολογίας εἰσι
 μυστήρια καὶ δι' αὐτά γε ταῦτα καὶ τὰ τριαῦτα, τὴν πάτριον
 10 γῆν ἐν δευτέρῳ Θεῖναι τῆς ἄλλοθαπῆς ταυτησὶ αὐτὸν ἀναγκάσας·
 οὐδ' ἔγωγ' αὐτὸς ὁ καὶ κατὰ πάσης ἄλλης Ῥωμαίων σοφίας ἐν-
 τεῦθεν αὐτὸν μαῖνῆναι πεπεικῶς· ἀλλ' ἔγωγ' αὐτὸς ὁ τὰς κέδρους
 εἰμὶ τῆς ὄφρῶς ἐκεῖνου συντρίψας περιφανῶς, καθάπερ ὅτε δρῶν Β
 καὶ κέδρον καὶ κυπάριττον ἀπογυμνοῖ τῆς κόμης ὑλοτόμον βρέ-
 15 θουσα παλάμη· ἔγωγ' αὐτὸς ἐκεῖνός εἰμι ὁ τότε συστειλάς καὶ
 ἀναχαιτίσας ἐκεῖνον, ἐν τε γαλήνῃ καρδίας καὶ ἅμα τῆ τῆς
 ἀσφαλοῦς ἐπιστήμης ἐπιεικείᾳ, καθάπερ παράλιος ψάμμιος ἀγρι-
 ουμένην θάλασσαν· ἥτις ὁπόταν ὑβριστῆς καὶ ἀγέρωχος ἄνεμος,
 ἄνωθέν ποθεν ἐξ ἄρκτικῶν καταῤῥέυσας πηγῶν, αὐτῆς ἀναμο- C
 20 χλεύει τὰ κύματα, διεγείρεται τε πρὸς ἀνήκεστον θρόσος καὶ
 ἀπειλεῖ κατὰ τῆς ἠπείρου πόλεμον περιφανῆ· ἀλλ' ἐπειδὴν
 ἀκούσῃ τῆς φωνῆς τῆς παραλίου ψάμμιον, χεῖλισιν ἀφθόγγοις
 ἀναγιωσκούσης τοὺς κανόνας τοῦ κτίσαντος, εὐθύς ἀναχωρεῖ,
 25 θρασυνόμενον ῥόθιον. πῶς οὖν ἂν τις τῶ τοιούτῳ στέρξειεν,

tus es, ut eius rei non alio teste egeas nisi te ipso. Quamobrem non mihi
 te eius causa litem movere aequum est, nec de eo crimen perpetuo obiici
 mihi magis quam tibi. Non enim is ego sum, cuius opera ille ad honores
 immodicos evectus supercilium attollere et efferre se insolentius coeperit;
 neque is sum, qui eum tibi et aliis per te sancti Dionysii doctrinae magi-
 strum grandiloquum, arcanorumque ecclesiae dogmatum et sacrae theolo-
 giae mysteriorum interpretem altisonum, meo suffragio constituerim, ac
 per haec ipsa, aliaque his similia, solum natale peregrino huic posthabere
 coegerim; denique is non sum, cuius ille suasu et instinctu in reliquam
 omnem Romanorum eruditionem bacchatus sit. Immo ille ipse sum, qui
 eius superbiae cedros palam confregi; velut lignator, qui valida manu
 quercum, aut cedrum, aut cupressum coma exuat: ille ipse sum, qui eum
 tunc animi tranquillitate et solidae scientiae modestia continui repressique,
 velut arena littoralis mare iratum sistit, quod protervo et feroci vento ali-
 cunde e septentrionalibus tractibus effuso, et imos fluctus subvertente, in
 effraenem audaciam erumpit, et continenti solo bellum apertum indicit: at
 postquam arenae vocem audierit, Creatoris praescripta mutis labiis prae-
 legentem, manifestas Dei leges expavescens, retrocedit statim, et aestus
 sui insolentiam comprimit. Equis itaque eiusmodi hominem probaverit,

A. C. 1351
Imp. Io. Can-
tacuz. 5

P. 531

B

C

- A. M. 6859 ὅστις τὸν αὐτὸν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς νῦν μὲν ἐπαινεῖ, νῦν δὲ ψέγει;
- Incl. 4 D ὃν γὰρ εἰς αἰθέρα φάσαι ἀνήγες τέως, ὡς ἐν θεολογίαις κράτιστον, μηδὲν εἰδὸτα δεικνύεις ἄρτίως. πῶς δ' ἂν τις ἐμοὶ νειμῶσῃ, ἐκείνον καὶ τότε καὶ νῦν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἐπίσης λοιδοροῦντι, ἐφ' οἷς ἡμῖν δηλαδὴ πεπολέμηκε; λέγω δὴ τῷ περὶ Ἑλληνα λό-5 γον καὶ τὴν θύραθεν παιδείαν χῶλεῦν τὸν ἄνδρα τὰ κράτιστα. καὶ σοὶ μὲν γέγονε ὁ φίλος ζῶν, ἐχθρὸς τεθνηκῶς, καὶ ὁ τε-
Eλέως τότε χρηστὸς πᾶν τοῦναντίον ἄρτι ὢν· ἐμοὶ δ' ὡσπερ τότε ἐχθρὸς, οὕτως οὐκ ἄρτι ὢν φίλος. ὥστε σὺ μὲν ἄρτίως ἐκείνον λοιδορῶν φίλον λοιδορεῖς· ἐγὼ δὲ τῆς ἐμῆς καὶ νῦν φι-10 λίας τιθέμενος ὑπερόριον πρὸς τὸν οὐδαμῇ ποτε φίλον τοῦτο φαίνομαι δρῶν. ὅς οὖν ἐν πᾶσι τοὺς τῆς θεωρίας καὶ τῆς τῶν πραγμάτων πείρας θεμελίους ἠσαλεύτους ὁμοίως τηρεῖ, τοῦτον ἄρα πᾶς τις οἶμαι κρίνειεν ἂν λέγειν ὀρθῶς, κἂν τοῖς γε ἄλλοις ἄπασι, καὶ οἷς συντέθραπται δόγμασι τῆς πίστεως, βεβηκέναι 15
F καλῶς. Ἐπειτα πῶς τῆς ἐκείνου κρίσεως αὐταρκές πέρας τότ' εὐληφείας, νῦν ἀνακρίνειν βιάζῃ, πλείοσιν ἄλλαις ἡμῖν βλασφημίαις ἀλσκομένου τοῦ Παλαμᾶ, ἃς ὀσημέραι γράφων ἐκεῖθεν προστίθησί τε καὶ ἐπιδείκνυται. οὐ γὰρ ἴσμεν ὄντος ἐκείνου νεκροῦ πνιθάνεσθαι ἢ τε ἔφρασκε τότε καὶ ἢ νῦν. εἰ δ' ἀναγκαῖον 20
V. 471 ἡμῖν ἔστι τοῦτο, ἔστι παρ' Ἑλλησὶ τις σοφιστῆς νεκρικοὺς διαλόγους ποιούμενος. ἐκείνος, εἰ βούλεσθε, κομιεῖ τὰ ἐκείνου λεχθέντα τε καὶ λεγόμενα πάνυ καλῶς. ἡμῖν γὰρ ἀδύνατον σφό-

4. ἐπίσης em. Boiv. pro ἐπὶ σε. 8. ἀρτίως utrobique conii. Boiv.

qui eundem in iisdem rebus nunc laudet, nunc vituperet? Nam tu, quem eo tempore ad caelum fere tollebas, ut praestantissimum theologum, eundem nunc nihil scire arguis. Ecquis autem mihi succenseat, qui illum, quemadmodum tunc, ita nunc quoque dictis incessam ob eandem res, in quibus nos ipse oppugnabat? Graecas dico litteras, et profanam eruditionem, valde in illo claudicantem. Et ille quidem vivus, amicus tuus fuit; mortuus, evasit inimicus: ille tum perfecte bonus, nunc omnium pessimus: mihi, ut olim fuit inimicus, ita nec hodie amicus est. Sic tu eum nunc insectando amicum insectaris: ego vero, ab amicitia mea alienum eundem habens, illum qui nunquam amicus fuit alienum duco. Qui igitur sententiam et institutam agendi rationem in omni re fixam et imnotam servat, eum credo quilibet iudicaverit recte sentire, atque, ut caeteris omnibus, ita iis, quibus innutritus sit, fidei dogmatis bene insistere. Iam quid est, quod illius causam, re omni iudicata, contendis recognoscere, cum nos Palamam aliarum blasphemiarum convincamus, earumque plurimarum, quas quotidie ex eo pergit scribendo aggerare et ambitiose iactare? Nos certe illum qui mortuus est haud possumus, quae tunc dixerit, quaeve nunc dicat, interrogare. Quod si id vos necessarium ducitis, est vetus sophista Graecus, qui mortuorum fingit colloquia. Is quidem, si vultis, quae ab illo dicuntur dictae sunt, referet vobis pulcherrime: nos id facere omni-

δρα τουτί." (E.) Τοῦ μέντοι Παλαμῆ παραφθεγγόμενον τι πρὸς ἄλλοις ὀργὴν διὰ τὰς εἰρωνείας, εἰχόμεν ἔγω τῶν ἐξῆς, οὐδὲ μικρὰ γοῦν παραβομβοῦντος ἐκείνου πεφροντικῶς. „Φαίη δ' ἂν τις ἴσως τάληθοῦς φροντιστῆς παρελθὼν, μηδαμῆ τὸν Παλαμῆ ἀπα- 5 λλάττειν εἰκότως τῶν ἐγκλημάτων, εἰ Λατῖνος ὢν ἐκεῖνος οὐκ ὤκνησε παρῆρησίᾳ τῆς ἀσεβείας ἐλέγχους αὐτῷ παριστῆναι. Οὐ γὰρ ὅτι Λατῖνοι, τοῦ γένους ἀπιστάμεθα· ἀλλ' ἐνίων χάριν ἐγκλη- Β μμάτων ὢν ἐν μέρει κειμένων, τᾶλλα πάνθ' ἤκιστ' ἂν εἶεν ἡμῖν ἀκοινώνητοι. ἢ γὰρ ἂν καὶ τὴν ἐνσαρκον αὐτῶν δογματιζόντων 10 οἰκονομίαν καὶ θάνατον καὶ ταφήν καὶ ἀνάστασιν πρὸς γε τοῖς ἄλλοις τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν, ἡμῖν γε δήπου διὰ τὸ Λατί- νους εἶναι ὁμολογεῖν οὐκ ἐξείη. ἄπαγε. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Σισίνιον τὸν Νανατιανὸν ἢ πρώτην παρεκρούσατο σύνοδος διὰ τὴν θρη- C σκεῖαν, ἀλλὰ καὶ κράτιστον ἔσχεν ἐπίκουρον κατὰ τῆς Ἀρείου 15 μανίας. καὶ Ὁριγένην δ' ἀποσειόμενοι τῶν γε βίβλων τὰς πλεί- στους ἤκιστ' ἀποσειόμεθ' αὐτοῦ. μάρτυρες τῶν λεγομένων μάλα τοὶ ἀψευδεῖς αἱ κατὰ Κέλσον τοῦ καταράτου μάχαι καὶ ἀντιῳθή- σεις καὶ τᾶλλ' ὁπόσα τοῖς θεοῖσι πατράσι φιλοπονήσασι προσεί- ληπται βιβλία ἐκείνου τῶν τῆς θείας γραφῆς ἐξηγητικῶν. καὶ ἵνα 20 σιωπήσω τὰ πλείεστα, τὴν ἁγίαν τετάρτην καὶ οἰκουμένην πα- D ραινοῦσαν εὐρίσκομεν σύνοδον, καὶ ὁμοίως τὴν ἕκτην, μὴ πάνθ' ὅσα φάσκειν ἐγγίνεται τοῖς αἰρετικοῖς φεύγειν ἡμᾶς εἶναι χρεῶν. εἰ γὰρ ἕνα θεὸν ὁμολογούντων ἐκείνων ποιητὴν ἀπάντων ἡμεῖς

9. δογματιζόντων Boiv. pro δομάτων.

no nefas est." (V.) Hoc loco Palamas, ironia offensus, nescio quid per iram interloquutus est. Ast ego hominis obstrepentis ne minimam quidem rationem habui; et continuo pergens ad reliqua, „enimvero", inquam, „si quis huc prodeat veritatis studiosus, dicturum eum opinor, non eo Pala- mam obiectis criminibus absolvi, quod qui ipsum impietatis palam arguere non timuit, fuerit Latinus. Quippe ab ea gente, non quia Latini sunt, alieni sumus, sed ob quasdam criminationes, quae si seponantur, minime iidem in caeteris omnibus repellendi erunt a nostra communione. Alio- qui incarnationem, mortem, sepulturam, resurrectionem Dei et servatoris nostri aliaque illis docentibus assentiri nos, quoniam Latini sunt, non liceret. Apage. Nec enim Sisinnium Novatianum ob superstitionem pri- ma synodus reiecit. Quinimmo adversus Arii dementia adiutorem eum habuit validissimum. Ac nos, tametsi Origenem aversamur, tamen ple- rosque eius libros minime repudiamus. Cuius rei testes sunt non mendaces illae cum execrando Celso luctae et antirrheticae disputationes, et caeteri eius omnes in sacram scripturam commentarii, quos sancti Patres ad suas lucubrationes adiunxerunt. Atque, ut pleraque silentio praeteream, sa- crosanctas synodos oecumenicas, quartam et sextam, scimus monere, haud fugienda esse quaecumque ab haereticis dicantur. Nam si ab iis discede-

- A. M. 6859 ἀποσχοίμεθα, τάχιστ' ἂν τὴν τοῦ πυρὸς ἐφ' ἑαυτοὺς ἐκόντες
 Ind. 4 ἐκκόσαιμεν γέενναν. οὗ τί τῶν ἀπάντων χεῖριστον; καὶ τῶν ἀργύ-
 ρου δὲ καὶ τοῦ χρυσοῦ μεταλλευτῶν οὐχ ὀμιλητῶν ἡγεμόσι κα-
 θισταμένων, διὰ τὸ πᾶν τοι ἀγροικίεσθαι, τοῦθ' ὅσον περὶ πλεί-
 Εστον τούτοις καθίσταται. καὶ ἄλουργίδες δ' ἔτι καὶ πορφύραις
 χρήσιμοι τοῖς βασιλεῦσιν εἰσιν· ἀλλ' οὐδὲ μικρᾶς γοῦν τιнос οἱ
 δρωῶντες θείας ἐκείνων ἴσως τυγχάνουσιν οὔτοι, ἀλλ' ἐνίοτε καὶ
 μισοῦνται διὰ τὸ τῆς ἐκείθεν ἀηδίας ἀπόζειν. οὐκ οὖν οὗτ' ἐκεί-
 νον ἄρα τῆς ἀληθοῦς ἀπάγει κατηγορίας τὰ τῆς θρησκείας, οὔτε
 τῷ Παλαμᾷ βοθηεῖ, οὐχ ἕως ἂν ἀλίσκοιτο τούτοις προφανῶς 10
 τοῖς ἐγκλήμασιν. Ἐκεῖνό γε μὴν ἐροίμην ἂν ἠδέως σε, πῶς τῶν
 F' Ἰωάννη τῷ πατριάρχῃ γραφέντων, περὶ τε τῶν τοῦ Παλαμᾷ καὶ
 Βαρλαάμ καὶ τῆς ἐκκλησίας θορύβων, τὰ μὲν ἀρεστά σοι γίνε-
 ται, τὰ δ' οὗ, πρὸς γε τὸ τῷ Παλαμᾷ βουλόμενον ἀνθέλκοντί
 τε καὶ μεθέλκοντι μετὰ πολλῆς τῆς ἀρχικῆς ἐξουσίας τὰς ψήφους. 15
 ἢ γὰρ ἅπασι στέργειν χροῶν τοῖς ἐκείνω πατριαρχεύοντι πεπρα-
 γμένους κατὰ γε τοὺς τῆς ἐκκλησίας θεσμοὺς, ἢ μηδὲν τῶν ἀπάν-
 των. ἀλλὰ τοῦ πρώτου κρατοῦντος, χῶραν οὐκ ἔχει τὸ δεύτερον.
 P. 583 Εἰ δὲ δεῖ μερίσαντας ἡμᾶς εἰς δύο τὰκείνω πραχθέντα περὶ γε
 τοῖν δυοῖν τούτοιν ἀνδροῖν ἐκατέρω ἐκάτερα δοῦναι, τῷ μὲν τὰ 20
 πρῶτα, τῷ δὲ τὰ δεύτερα, σκεπτέον ποτέροις τῆς κρίσεως αἱ
 βελτίους ἔφονται ψῆφοι. Ἄει γὰρ ἦν πατριάρχης ἐκεῖνος, ἄκρι-
 τῆς ἡμέρας αἱ μέσαι φυλακαὶ τῆς νυκτὸς ἐγκρατῆ Βυζαντίου κα-
 τέστησάν σε, ἱερέας τε χειροτονῶν καὶ ἐπισκόπους καὶ τὰς τῶν

remus, rerum omnium auctorem Deum unum confitentibus, statim in nos gehennam ignis ultro ipsi traheremus: quo quid peius unquam fuerit? Sic quanquam auri et argenti fossores, eo quod omnino agrestes sunt, principibus familiares non fiant, tamen ab his illorum opificium plurimi aestimatur. Sic etiam conchyliatae vestes et purpurae utiles regibus sunt: earum vero artifices ipsi illorum adspectu ne minimo quidem frui solent, immo illis nonnunquam odio sunt, eo quod ingratum odorem inde referant. Itaque Barlaami secta nec a vero dicendo ipsum excludit; nec Palamam, quamdiu horum criminum manifeste convincetur, excusat. Caeterum illud ex te lubens quaesierim, quomodo ea, quae ab Iohanne patriarcha de Palama et Barlaamo deque ecclesiasticis tumultibus scripta sunt, partim probes, partim improbes, suffragia scilicet ad Palamae arbitrium summa prorsus auctoritate huc illuc torquens. Quaecunque enim ab illo, dum patriarcha esset, acta sunt secundum instituta ecclesiae, vel omnia ea, vel eorum nihil approbandum. Atqui (apud te) prima sic valent, ut postrema locum non habeant. Quod si nos ea, quae idem patriarcha in duorum istorum hominum causa constituit, bifariam dividere oportet, et utraque utrumque attribuere, huic priora, illi posteriora, videndum iam utra utris praeferrī debeant. Quippe ad eum diem, quo Byzantium in tuam potestatem mediae noctis vigiliae redegerunt, patriarcha usque ille esse perstitit, qui

δικαστηρίων ψήφους ἐπισφραγιζών. ἐμοὶ δοκεῖ τοῖς δευτέροις. εἰ A. C. 1351
 γὰρ καὶ πάλαι κείμενοι νόμοι πολιτειῶν λυόντων πολλὰκις, δυοῖν ^{Imp. Io. Can-}
 θάτερον, ἢ κακοῦ τινος ἀπαντήσαντος δι' αὐτοὺς, ἢ βελτιόνων ^{tacuz. 5} B
 δευτέρων φανέντων ἐκ τῆς τῶν πραγμάτων δεδοκιμασμένης πέ- V. 472
 5 ρας καὶ τριβῆς, σχολῆ γ' ἂν κωλύσειέ τις ἐφ' ἐνὸς ἀνδρὸς λελῦ-
 σθαι τοῖς δευτέροις αὐτοῦ τὰ πρῶτα, κακοῦ τινος ἀπαντήσαντος
 ἐκ τῶν πρώτων, καὶ συναρπαγῆς συμβὰν οὕτωσι πως ἴσως ἀπυ-
 τηθέντος. εἰ δὲ καὶ λύσις δοκεῖ μὲν εἶναι τῶν πρώτων τὰ δεύτερα
 τῶνδε ἐκείνου, οὐκ ἔστι δὲ, ἀλλ' ἔχει τὴν προσήκουσαν ἀκο- C
 10 λούθησιν ἄμφω, εἴ τις μετὰ γνώμης βούλοιο κρίνειν ἀπαθοῦς,
 ἢ που συμφῆς ἀδικία, ξὺν αὐθαδεῖα λύειν καὶ κερσοῦν, τοὺς μὲν
 ἐκείνου ταδί, τοὺς δὲ ἐκείνου ταδί. Ὡν συγχωρομένων τοῖς ἄρ-
 χουσιν, οὐκ οἶδ' ὅπη στήσεται καὶ ποῖ περιχωρήσει τὰ τῆς ἐκ-
 κλησίας δόγματα καὶ πρὸς γε τὰ τῆς πολιτείας πράγματα, πρὸ
 15 ποδῶν ἐναργῶς τῆς τῶν ὄλων φθορᾶς ἵσταμένης. οὐ γὰρ εἰς ἓνα D
 τινὰ καὶ δύο τὰ τῆς ἐκκλησίας ἵστασθαι πέφυκεν, ἀλλὰ πάνθ'
 ἐξῆς τὰ πρόσω λαμπρῶς ἐπιβόσκειται· καὶ νόμος οὗτος διὰ πύσης
 γράφεται γῆς, κακῶν ἀρχηγὸς τῶν μεγίστων. οὐ γὰρ ἔτ' ἔθῃ
 καὶ νόμιμα προσήκοντ' ἄρχουσί τε καὶ ἀρχομένοις ἔσται τηρού-
 20 μενα οὐδ' ὁ μὲν ἐπιτάξει, ὁ δ' ὑπακούσεται· ἀλλ' ἔσθ' ὁμοῦ
 πάντα χρήματα, καὶ αὐτοῖς πρώτοις κομιεῖ τὴν βλάβην τοῖς ἀρ-
 χαμένοις τε καὶ προδεξασιν. Εἰ μὴ διὰ γοῦν ἄλλο τι, διὰ γοῦν E

2. λύονται conī. Boiv.

sacerdotes et episcopus ordinaret, et iudicum decreta consignaret. Equidem posteriora puto praeferenda. Nam si rerum publicarum positae antiquitus leges propter duorum alterum saepe abrogantur, quia scilicet vel priores mali alicuius occasionem praeberint, vel posteriores experientia exploratae et rerum usu probatae meliores visae sint; ecquis uni homini interdicit, ne priora eius decreta per posteriora rescindantur, si quod ex prioribus malum emerit, et ille per obreptionem, ut fit, deceptus fortasse fuerit? Sin eius viri posteriora decreta priorum abrogationem videntur quidem continere, re ipsa autem non continent; sed utraque, si quis sine affectu iudicet, apta consecutione congruunt, certe haec vel illa per hos vel per illos rescindi temere et confirmari evidens est iniquitas. Hoc si principibus liceat, quis doctrinae ecclesiasticae et reipublicae ipsius status, communi omnium ruina velut pedibus obversante, quisve exitus tandem futurus sit non video. Etenim ecclesiae mala eiusmodi non sunt, ut in uno aut altero subsistant; sed quidquid reliquum est, id omne progrediendo late absumunt. In omnem terrarum orbem lex ista sancitur, maximorum malorum caput futura. Iam nec mos maiorum, nec legum praescripta, principibus et privatis convenientia, servabuntur; nec altero iubente alter parebit: sed omnia permiscebuntur, et illis primis detrimentum afferent, qui auctores aliis fuerint et exemplum dederint. Cum igitur, si mi-

- A. M. 6859 τὰ ποβαίνοντα ἐκείθεν ἄτοπα, τηρεῖν ὑπάρχοντος ἀναγκαίου τὰ
 Ind. 4 μήκει χρόνου βεβαιωθέντα καὶ γραμμασι κρωθέντα νόμιμά τε
 καὶ δόγματα, στέργειν λοιπὸν καὶ ἡμῖν καὶ δέχεσθαι τοὺς κατὰ
 καιροὺς ἐπισκόπους καὶ βουσιλέας, οἷς ὑπὲρ οἴων δὴ τινων ψηφί-
 ζονται, καὶ οἷς οἴων δὴ τινων καταψηφίζονται· ὡς ὁμοίαν συνά- 5
- Φγεσθαι τὴν ἀνάγκην κἀνταῦθα, στέργεσθαι καὶ τοὺς κατὰ τοῦ
 Παλαμᾶ ψηφισθέντας τε καὶ γραφέντας διὰ τὰς ἄλλας αὐτοῦ
 βλασφημίας ἀναθεματισμοὺς Ἰωάννη τῷ πατριάρχῃ, ταῖς ἄλλαις
 ἐπίσης ἐκείνου χειροτονίαις καὶ πράξεσιν, αἱ μέχρι καὶ ἐς τὴν
 τήμερον κατὰ τὸ ἀκλινὲς διασώζονται. τούτου δ' οὕτως ἔχοντος, 10
 εὖ ποιεῖν καὶ ἡμᾶς ἐξ ἀνάγκης ἐπεταί, τὴν τοῦ Παλαμᾶ κοινω-
 νίαν ἀποσειομένους καθάπαξ καὶ ἀποτρέποντας." (ε'.) Τοῦ δὲ
- P. 584 βασιλέως τὴν μακρηγορίαν ἡμῖν ὀνειδίζοντός τε καὶ ἀνακόπτοντος,
 „ἔτι μικρὸν εἰπὼν ἀπαλλάξομαι", ἔφην ἐγώ. καὶ ἀνενεγκὼν ἐκείσε
 τὸν λόγον, „ἦν ἐθέλης," ἔφην, „ὦ βασιλεῦ, μάλα τοι ῥάστη γέ- 15
 νοιτ' ἂν ἢ τῆς εὐσεβοῦς εἰρήνης τῇ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ πρὸς τὸ
 πρότερον τῆς ἀπλότητος ἵχνος ἀνάλυσις. τῆς γὰρ δυνάμεως τῇ
 βουλήσει καλῶς συντρεχούσης, μηδὲν ἂν ἔτ' εἶναι μηδαμῆ μήτε
 Βπρὸς τὸ κάλλιστον, μήτε μὴν πρὸς τὸ χεῖριστον, ὃ γένοιτ' ἂν
 ἐμποδῶν. καὶ Κωνσταντίνῳ ἐκείνῳ τῷ βασιλεῖ τριακοσίων ἐγγύς 20
 ἐνιαυτῶν εἰδωλολατρίας ἐν βραχεῖ διορθώσασθαι ἐξεγένετο· καὶ
 τούναντίον αὐθις, Ἰουλιανοῦ πρὸς εἰδωλολατρίας νενεγκότος,
 μικροῦ πάντες ἦσαν αὐθις ὁμοίως ὑπήκοοι τὴν ταχίστην παλιν-

21. εἰδωλολατρίαν hic et deinceps conī. Boiv.

nus ob alias causas, saltem ob ipsa incommoda, quae inde oriuntur, necesse sit instituta ac dogmata ea servari, quae longo tempore confirmata et litteris consignata sint; superest iam, ut episcopus et principes aliis temporibus alios approbemus et recipiamus, quidquid ii pro quolibet vel contra quemlibet decernant. Unde necessario consequitur, anathematismos, qui adversus Palamam ob caeteras eius blasphemias ab Ioanne patriarcha decreti et scripti fuerunt, approbandos esse in praesenti, aequae ac ordinationes ab eo factas, et alia eiusdem acta, quae ad hodiernam usque diem firma et stabilia permanent. Quod cum ita sit, et nos necesse est recte facere, qui Palamae communionem omnino respuamus et aversemur." (VI.) Ibi imperator longiorem sermonem exprobrare et nos reprimere coepit. „Ego vero", inquam, „ubi pauca addidero, finem faciam." Tum orationem inde repetens, „facillimum (dixi) si velis, o imperator, in Dei ecclesia fuerit pia tranquillitatem restituere, et ad prima simplicitatis vestigia revocare. Nemp̄ ubi potestas cum voluntate probe conspirat, nihil est praeterea, quod sive ad optima sive ad pessima festinantibus moram obiciat. Itaque trecentorum ferme annorum idololatriam Constantinus ille imperator brevi tempore correxit. Contra Iuliano, ad idolorum cultum reverso, omnes paene populi obsequentes ad eandem superstitionem celerrime

δρομήσαντες· καὶ οὕτω γε προΐών τις αἰὲ ραδίως τοῖς ἄρχουσιν A. C. 1351
ἐπόμενον ὄψεται τὸ ὑπήκοον, καθάπερ πνοαῖς ἀνέμων πίπτοντα Imp. Io. Can-
φύλλα δρυὸς, καὶ εἴ τι τῶν οὕτω ραδίων καὶ κούφων. φέρε τοί- C
κων, ἀπόδος, ὦ βασιλεῦ, τὴν πρὶν εὐκοσμίαν ἐκείνην τῇ τοῦ
5 Θεοῦ ἐκκλησίᾳ, ἣν αἱ τοῦ Παλαμᾶ διεσπάραξαν τε καὶ διμερί-
σαντο καινοφωνίαι, μυρίων ὄλην μικροῦ θορούβων τὴν οἰκου-
μένην ἐμπεληκνῶσι. Ῥῆστον δ' ἔσται σοι πάντως τουτὶ, φλογὶ
πυρὸς τὴν ὕλην αὐτοῦ βίβλον βουληθέντι χαρίσασθαι, πιασῶν ἀνα-
μιῆς τῶν αἰρέσεων οὐσαν συμφόρημα. εἰ δὲ τῶν ἀμαθῶς ἐχόντων D
10 ἐπίους διαδιδυράσκοι τὰ βλάσφημα, διὰ τε τὴν τῶν λέξεων σύγχυσιν V. 473
καὶ τὸ τῆς φράσεως σκοτεινόν τε καὶ ὀμιχλῶδες, ἡμεῖς ἀναπτύ-
ξαντες δεῖξομεν καθ' ἕκαστά τε καὶ κατὰ πληθος. Τοιαῦτα γὰρ
τὰ τῶν αἰρέσεων ἐπιτηδεύματα, ποικίλα τινὰ καὶ δυσδιάκριτα,
καὶ πολλὴν τὴν ὁμοιότητα διασώζοντα πρὸς τὰς ἐν ὄρεισι λόχμιας
15 καὶ φάραγγας· ἴν', ὡς ἐκεῖθεν οἱ ληστὰι τοῖς ἐν ἀπλότῃ παρι- E
οῦσι καρδίας ἀπροόπτως ἐπιπηδῶσιν, οὕτως ὡς ἐκ σκότους οὗτοι
τοῦ ἔκμυγοῦς καὶ γριφώδους τῶν ὁμωνύμων ἅμα καὶ πολυωνύ-
μων λέξεων τὸ τῆς εὐσεβείας βάλλωσι ἀπλοῦν. ἐχρῆν ἂν ἴσως
20 ἐξ ἀντιθέτου, τῆς εὐσεβείας ἀπλότῃ κοσμοῦσης, πολυμιγῆ F
τινα καὶ ποικίλην τὴν ἀντίπαλον εἶναι κακίαν. Καὶ τοῦτο δῆλον
τίθησιν εὐθὺς ὁ πολὺς ἐν θεολόγοις Γρηγόριος· „ἦν ὅτε ἤκμαζε F
τὰ ἡμέτερα (φάσκων) καὶ καλῶς εἶχεν· ἦνίκα τὸ μὲν περιττὸν
τοῦτο καὶ κατεγλωττισμένον τῆς θεολογίας καὶ ἔντεχνον οὐδέ

19. κοσμουμένης conī. Boiv.

revoluti sunt. Ita quilibet deinceps usque progrediendo populos princi-
pibus facile obsequi videbit, ut ventorum flabellis decidua quercuum folia,
aut si quid aliud mobile et leve est. Age igitur, imperator, pristinum il-
lum splendorem restituito ecclesiae Dei, quam nova Palamae dogmata la-
cerarunt ac discerpserunt, toto fere orbe infinitis turbis repleto. Id au-
tem facillimum tibi fuerit, si velis integrum eius librum, hoc est omnium
promiscue haereseon farraginem, igni donare. Quod si ea quae insunt
blasphema et impia imperitos quosdam ideo fugiunt, quia verbis confusis
et obscuro tenebrosoque sermone involvuntur, nos singula et universa ex-
plicando indicabimus. Eiusmodi sunt haereticorum commentationes, per-
plexae videlicet et indiscretae, montium silvis condensis abruptisque vo-
raginibus persimiles; ut quemadmodum latrones inde improvisi insiliunt in
eos, qui illac animo simplici et incauto pertranseunt, ita hi ex confusione
et obscuritate dictionum, plura eodem vocabulo aut eadem pluribus signi-
ficantium, quasi ex tenebris, in veritatis simplicitatem tela intorqueant.
Ac fortasse oportebat, eo quod pietati ornamento esset simplicitas, ita
contraria ratione impietatem multiplicem esse et variam. Id autem statim
magnus theologiae doctor Gregorius ita esse declarat, cum ait: „fuit quon-
dam tempus, cum res nostrae florerent ac praeclare se haberent; cum ni-
mirum superflua haec et verborum lepore atque arte fucata tractandae theo-

- A. M. 6859 *πάροδον εἶχεν εἰς τὰς θείας αὐλὰς· ἀλλὰ ταυτὸν ἦν ψήφοις τε*
 Ind. 4 *παίξειν, τὴν ὄψιν κλεπτούσαις τῷ τάχει τῆς μεταθέσεως, ἣ*
κατορχεῖσθαι τῶν θειατῶν παντοίοις καὶ ἀνδρογύνοις λυγίσμασι,
καὶ περὶ θεοῦ λέγειν τι καὶ ἀκούειν περιέργον· τὸ δ' ἄπλοῦν τε
καὶ εὐγενές εὐσέβεια ἐνομιζέτο. ἀφ' οὗ δὲ Σέξτοι καὶ Πύρρων-5
- P. 585 *νες καὶ ἡ ἀντίθετος γλῶσσα, ὡσπερ τι νόσημα δεινὸν καὶ κα-*
κόηθες, ταῖς ἐκκλησίαις ἡμῶν εἰσεφθάρη, καὶ ἡ φλυαρία παί-
δευσις ἔδοξε, καὶ ὁ φησι περὶ Ἀθηναίων ἡ βίβλος τῶν πράξεων,
εἰς οὐδὲν ἄλλο εὐκαιροῦμεν, ἣ λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον,
ὡς τίς Ἰερεμίας ὀδύρεται τὴν ἡμετέραν σύγχρυσιν καὶ σκοτόμαιναν, 10
ὁ μόνος εἰδὼς ἐξισοῦν θρήνους πάθεισιν;” ὅρα ὅπως τὴν πρὶν ὁ
 B *μέγας τῶν θείων μακαρίζων δογμάτων ἀπλότητα θρήνων ἄξιον*
μακρῶν τὸ περιττὸν καὶ ποικίλον ἤγηται τῆς θεολογίας, ἅτε χει-
μῶνων καὶ ναυαγίων αἴτιον τῇ τοῦ θεοῦ γινόμενον ἐκκλησίᾳ. Οἷς
γὰρ ἀναγκαίοις εἶναι γέγονε, πρὸς τοῦ δημιουργοῦ τῆς φύσεως 15
ἀπλᾶ καὶ τοῖς πᾶσιν εὐπόριστα δεδύσθαι ταῦτα συμπέπτωκεν·
ἵνα μὴ δυσχεροῦς τῆς ἀναγκαίας τῇ φύσει χρείας καθισταμένης,
ἄλεθρος τοῖς οὖσι κατόπιν ἀκολουθῆ. καὶ πρῶτον ἐπὶ τῶν σω-
 C *ματικωτέρων τὸν λόγον γυμνάσαντες ἐκ τῶν τῇ αἰδοθήσει γνω-*
 4 *ρημιωτέρων, ὡς διὰ βαθμίδος τινὸς, ἀναγάγωμεν εὐπαρακολου-*
 20 *θητότερόν τινα τρόπον ἐπὶ τὰ θεῖα τῆς ἐκκλησίας δόγματα. οἶ-*
μαι γὰρ, ὡς τὸ μέγα τοῦτο στοιχεῖον, τὸν ἀέρα, τὸν ἄφθονον

4. καινότερον καὶ περιέργον Anastasii ed. Billiana. 5. τοῦ λόγου
 post εὐγενές add. Bill. 8. πράξεων, ut habent libri editi, pro
 πατέρων em. Boiv.

logiae ratio ad divinas causas ne aditum quidem habebat: verum idem erat calculis ludere, inversionis celeritate obtutum oculorum fallentibus, aut omnigenis et lascivis corporum flexibus spectatores ludificari, quod novi quidpiam ac curiosi de Deo vel dicere vel audire: simplex contra ingenuaque oratio atque doctrina, pietas existimabatur. At posteaquam Sexti et Pyrrhones, et contradicendi libidine incitata lingua, velut gravis quidam ac malignus morbus, in ecclesias nostras magno nostro malo irrepserunt ac nugacitas doctrinae atque eruditionis opinionem tulit, quodque Actorum liber de Atheniensibus narrat, ad nihil aliud vacamus, quam ut novi aliquid dicamus vel audiamus, o quis Hieremias confusionem nostram caliginemque deplorabit, qui solus lamentationes calamitatum exaequare novit!" Viden ut magnus vir veterem dogmatum simplicitatem beatam ducat, idemque theologiae superfluas et multiplices quaestiones maximis lamentis dignas iudicet, quod in Dei ecclesiam procellae et naufragia per eas invehantur? Quae scilicet necessaria erant, ea naturae auctor simplicia et omnibus parabilia proposuit; ne si ea, quibus natura necessario indiget, paratu difficilia essent, consequeretur inde rerum interitus. Ac primum quidem in rebus corporeis proludentes, ex iis quae sensui notiora sunt, velut gradatim, ad sacra ecclesiae dogmata sic adscendamus, ut quivis facile assequi possit. Equidem vastum hoc elementum, aërem dico, naturae universae

πάσης φύσεως πλοῦτον, διὰ τοῦτο πᾶσι προῦθηκεν ὁ θεὸς ὄρεσι A. C. 1351
καὶ σπηλαίοις καὶ νήσοις καὶ ἡπείροις, ἄχρῃς αἰθέρος καὶ οὐρα- Imp. Io. Can-
ρίων ἀντίγων, ἀπλοῦν καὶ ἀποίκιον, ἵνα μηδὲν μηδαμῆ τῶν tacuz. 5
εἰς χρείαν ἰόντων τὴν τοῦ ζῆν αἰτίαν καθ' οἰονδήτινα ζημοῖτο D
5 τρόπον· καὶ οὐδὲν ἀπλῶς τῶν ἐν κόσμῳ τούτου γέγονεν ἄμοιρον,
πλὴν ἢ ὁ παντάπασιν ἐστέρηται τῆς γενέσεως. Ἐπειτα τὸ τῆς
αἰθερίας ἐκείνης λαμπάδος φῶς ἀρίθμει μοι δεύτερον ἀναγκαῖον·
τὴν οὐρανίου λέγω πέπλον πορφύραν, τὴν τὰπίγειά πάντα βό-
σκουσαν ἡλίῳ φλόγα. πᾶσι γὰρ καὶ οὗτος ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ τοῖς
10 βουλομένοις ἀεὶ δῶρον ἄσυλον πρόκειται, πλοουσίῳ ἐπίσης καὶ E
πένησιν, ἄρχουσι καὶ ἀρχομένοις· καὶ οὐδὲν ἐπὶ γῆς ἀμέτοχον
τῶν ἐκείνου γέγονεν ἀγαθῶν, πλὴν ἢ ὁ μὴ μετέσχε τοῦ εἶναι.
Ἐπὶ τούτοις καὶ τρίτον ὄρα μοι ἀναγκαῖον τῇ φύσει, τὴν ὑγρὰν
τῶν ὑδάτων οὐσίαν, ἡπείρου καὶ αὐτὴν κεχυμένην ἀέρι καὶ γῆ καὶ V. 474
15 πᾶσι τόποις ἐμφανέσι καὶ ἀφανέσι. μαρτυροῦσί μοι τῷ λόγῳ πο-
ταμοὶ καὶ λίμναι καὶ πηγαὶ καὶ ὕψη τοῖς ἐγκάτοις ἔνεστι τῆς γῆς F
ὑδάτων φύσις. ἀλλὰ γὰρ; ἵνα μὴ λάθωμεν εἰς μῆκος λόγου
παρενεχθέντες, τοῖς τῶν μεγίστων τοῦ κόσμου στοιχείων ἡδίστοις
καθ' ἕκαστα λόγοις ἐνδιατρίβοντες, εἰς τὸ πρότερον ἵχνος τὸν
20 λόγον φέρε ἐπανακάμψωμεν. Τὸν γὰρ αὐτόν μοι τρόπον ὄρα κἀν-
ταῦθα περὶ τῆς πίστεως. ὡς γὰρ τῶν εἰρημένων οὐδὲν οὐδαμῆ
ποικίλον καὶ πολυσχιδὲς ἀποπέφανται, ὡς τὸ μὲν τῶν μερῶν ἐφ'
ἐκάστου τούτων μετέχσθαι, τὸ δ' οὐ· καὶ τὸ μὲν ὑπὸ τοῦδε

 τῇ βασιλικῇ καταχρῶμενος αὐθεντία, τοῖς νικῶσιν ἀντιπεριούσιον
 P. 607 τὴν ἦτταν δοκεῖ· καθάπερ τὰ βρέφη, ἕπερ ὅποτε ταῖς τῶν γο-
 νέων χερσὶν ἀνεχόμενα τοῖς οἰοισθήτισιν ἀστεῖον χάριν ἀνδρά-
 σιν ἐπιθρόπτεῖται, χαίρει τε καὶ οἶον ἐπαγάζεται τῇ νίκῃ, καὶ
 τὰς χεῖρας ἐπικροτεῖ. τὸν γὰρ αὐτὸν καὶ οὗτος τρόπον ποιῶν 15
 ὡς ἐφ' ὁμολογουμέναις ταῖς νίκαις σκιρτᾷ, καὶ οὐκ αἰδεῖται νη-
 πιώδη μνηστευόμενος ἑαυτῷ καυχήματα, καὶ οἷα κἂν παῖς δρα-
 χμῆς ἐκ τῆς ὀρχήστρας ἢ ὕβολου προῖσθαι ἀσχυρθεῖη. γράμ-
 Βμασι γὰρ σχεδὸν παντύπασιν ἀνομίλητον εὐρίσκων αὐτὸν ἄλλως
 V. 491 τε τίθησι συσκευάζων διαβολὰς καὶ ῥᾶστα δεδίδτεται, βασιλείας 20
 προφασιζόμενος κίνδυνον, εἰ ἐπικρατέστερά πως τὰ τῶν ἀντιθέ-
 των λογικὰ προβλήματα γένοιτο· καὶ οὕτω κατεπέδων καὶ παρεξ-
 ἄγων τὰ ὧτα διηνεκῶς ῥᾶστα πρὸς τὸ βουλούμενον ἔχει συν-
 εφελκόμενον· κἄπειτα μετὰ γούρου καὶ μετεώρου περιούων τοῦ
 Cῆθους καὶ τοῦ φρονήματος ὄλην ἐπὶ τῆς ὀφρύος οἶεται φέρειν 25

qui insidiantium laqueis facile irretiuntur; et cum escam videant, latentem intus hamum non vident, adeoque, esca apprehensa, hamo subiecto attinentur. Quamobrem iste, cum irridetur, vultu quidem ipse quoque subridet: at secum tacite indignatur, et quavis morte peius id ducit, et veritate ipsa victus prae ira disrumpitur; tum ulcisci cupit, nec potest; ideoque insolentem et maledicam linguam secum afferens ad principem, tanquam ad clypeum aut ad propugnaculum, confugit. Sic imperatoria auctoritate velut quadam armatura abutendo putat se conversa vice victorem ex victo exsistere: itidem ut infantes, qui parentum manibus sublevati, et in obvios quosque per iocum iactitati, gaudent et velut victoria exsultant et manus complodunt. Nam et iste eodem modo, velut omnium confessione victor declaratus, exsultat, nec erubescit puerilis gloriolae ornamenta ambitiose affectare, qualia vel adolescentulum pudeat drachma aut obolo ex orchestra mercari. Literarum quippe omnino fere rudem nactus tum alias calumnias confingit, tum illum facillime territat ea ratione, quod periclitari imperium dicat, si adversariorum argumenta ullo modo praevaleant. Ita dum eius aures sine fine incantat et decipit, eum quocumque vult facillime obsequentem trahit. Ferox deinde et superbus incedens, animisque elatus, totam se arbitratur ferre supercilio

τὴν Πιερίαν. (Δ.) Νῦν οὖν ἐπὶ τοσοῦτου θεάτρον πρὸς βασι- A. C. 1351
λέως μικρὸν εἰς τὴν καθ' ἑαυτὸν ἀπάντησιν ἀφεθείς παρὰ το- Imp. Io. Can-
σοῦτον ἦκε στενοχωρίας, ὥστε καὶ ἂ πολλὰκις κὰν ταῖς ἀγνυαῖς tacuz. 5
κὰν ταῖς πλατείαις ἦν μεγαληγορῶν, λέληθε τέως αὐτὸν, καὶ
5 ἀκροσφαλῆ τινα καὶ παραπεποδισμένην προὔτεινε γλῶτταν. οὐκ
ἔχων γὰρ ἐκ τοῦ ῥήστου προχειροτέραν τοῖς λόγοις ἀρχὴν παρα- D
σχεῖν τὸν εἰωθότα καὶ νῦν ἐδόκει βυθίζεω δρόμον, κάκεινον
αὐθις τῆς ἀπορίας ποιῆσθαι προκαλύμμα, καθάπερ οἱ κοχλῖαι
τὰ ὄστρακα καὶ τοὺς εἰωθότας καὶ ἀεὶ φερομένους οἰκίσκους. ὁ
10 δὲ ἦν τὸ Θαβώριον ὄρος, ᾧ καὶ πύσας πανταχοῦ τῶν οἰκείων
λόγων παρεκβάσεις ἐξεπίτηδες καὶ τὴν πλείστην ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖ-
στον τούτῳ δίδωσι τῷ μέρει τὴν διατριβήν. (Ε.) „Εγὼ γὰρ E
(φησί) τῶν πατέρων ἀκούων, τὸ ἐν ὄρει τῷ Θαβωρίῳ φῶς τοῦ
σωτῆρος λεγόντων ἄκτιστόν τε καὶ, παρὰ τὴν τοῦ θεοῦ οὐσίαν,
15 ἄλλην θεότητα καὶ ἐνέργειαν, οὐκ ἂν ποτε φαίην ταῦτὸν ἐνέρ-
γειαν καὶ οὐσίαν θεοῦ, οὐδὲ τὸν υἱὸν καὶ λόγον τοῦ θεοῦ, σο-
φίαν καὶ δύναμιν καὶ ἁγιασμόν καὶ ζωὴν καὶ ἀλήθειαν καὶ
βουλὴν. ταῦτὸν γὰρ ἂν εἶη λέγειν θεὸν ἀνενέργητον καὶ ἄσοφον
καὶ ἀδύναμον καὶ ἀβούλητον καὶ ἄζων καὶ ἀπλῶς πάντων ἔστε-
20 ρημένον. εἰ γὰρ μὴ τὴν ἐνέργειαν φαίμεν διαφέρειν τῆς οὐσίας F
ἐκεῖ τοῦ θεοῦ, καὶ ἄλλην τιὰ καθ' ἑαυτὴν εἶναι θεότητα ταύ-
την, ἣτις ἐστὶ σοφία καὶ φῶς καὶ ζωὴ καὶ δύναμις καὶ ἁγια-
σμός καὶ ὅσα ἢ θεία γραφὴ τὸν θεὸν ὀνομάζει, λείπεται θεὸν

Pieriam. (IV.) Hic igitur tam frequenti spectantium coetu ab imperatore paulisper nunc emissus, et pro se ipse iussus respondere, in eas angustias adductus est, ut illa statim oblitus sit, quae in vicis et plateis magnifice saepe iactaverat: ac linguam titubantem et impeditam coepit exserere. Quoniam autem orationi suae exordium magis promptum et paratum accommodare haud poterat facillime, idcirco ei visum est solitam viam ingredi, et illud rursus inopiae suae velamen obtendere, ut cochleae testas et quas perpetuo gestant domos exiguas. Erat porro illud mons Thabor, ad quem iste de industria passim et semper in orationibus suis digreditur, et in qua parte diutissime plerumque immoratur. (V.) „Ego,” inquit, „cum Patres audiam, lumen illud, quod in monte Thabor exstitit, increatum, et aliam a Dei substantia divinitatem operationemque esse dicitantes, nunquam certe unum et idem esse dixerim operationem et substantiam Dei, nec Filium et Verbum Dei, sapientiam, et potentiam, et sanctificationem, et vitam, et veritatem, et consilium (vocaverim). Item quippe esset, ac si dicerem Deum expertem operationis, insipientem, impotentem, voluntate, vita, omnibus denique (attributis) carentem. Nisi enim dicamus operationem illic a substantia Dei distingui, et aliam quandam per se divinitatem esse eam, quae est sapientia, et lumen, et vita, et potentia, et sanctificatio, et quaecunque Deo nomina tribuit sacra Scriptura, superest ut Deum operationis expertem, et talem prorsus, qua-

- A. M. 6859 ἀνεέργητον οἶεσθαι σέβειν ἡμᾶς, καὶ ὅσα γε εἰρηκότες ἔφθημεν.
 Ind. 4 ἢ πῶς ἂν εἴη κοινὴ τῶν τριῶν ὑποστάσεων, μὴ καθ' αὐτὴν ἀν-
 πόστατος οὐσα, θεότης ἕτερα φύσεως καὶ ὑποστάσεων ἐκείνων;
- P. 608 ἢ πῶς ἄλλως ἂν εἴη κοινὴ θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ἐνέργεια, ἄκτι-
 στός τε καὶ οὐσιώδης καὶ φυσικὴ; οὐ γὰρ θέμις τὴν οὐσίαν
 οἶεσθαι τοῦ θεοῦ πρὸς τὰ γήινα κατεῖναι καὶ σοφίζειν καὶ ἀγιά-
 ζειν καὶ ζωοποιεῖν (ἄπαγε· βλάσφημον γὰρ καὶ δαιμόνων εὔρεμα
 σκοτεινόν), ἀλλ' ἀφ' ἐκάστης ἕκαστα γίνεσθαι τῶν ἀκτίστων τού-
 των ἐνεργειῶν· ὧν οἱ μετέχοντες ἄκτιστοὶ τε γίνονται καὶ ἄ-
 Βκτιστα πρᾶγματα, ὅσα τε νῦν καὶ ὅσα τοῖς προφήταις ἐφάνη
 θαυμάσια· ὧν καὶ βάτος, ἡ καινομένη μὲν, οὐ δαπανωμένη
 δέ· καὶ τὸ πύρινον ἄρμα τοῦ Ἥλλου, καὶ ὁ τὸν Ἰσραὴλ ὀδηγῶν
 πύρινος στῦλος ἐκεῖνος· καὶ ὁ τὰς ρπ χιλιάδας τῶν Ἀσσυρίων ἐν
 ῥιπῇ θανατώσας ἄγγελος· προσθήσω δ' ἔτι καὶ τὴν ἀνθρώπινον
 ἀφῆσαν φθῆγμα τοῦ Βαλαάμ ὄνον, καὶ ὅσα τοιαῦτα κατὰ και-
 ρὸς ἐγεγόνει θαύματα. οὐ γὰρ μετέχει τῆς οὐσίας οὐδαμῆ τῶν
 C ἐν κόσμῳ κτισμάτων οὐδὲν τοῦ θεοῦ. τάχιστα γὰρ ἂν φθαρεῖη
 τὰ πάντα, πρὶν ἢ φθῆναι μετασχεῖν. φθαρτικὴ γὰρ ἐκείνη καὶ
 ἀναλωτικὴ τοῖς ἐγγίζειν ἐπιγεγομένους ἐστί. σύμφωνα τοιγαροῦν
- V. 492 τοῖς πατέρεσι λέγοντί μοι καὶ γράφοντι μικρὰ φροντίζειν ἔπεισι
 τῶν ἐγκαλούντων, ἅπαξ θεομοθετηθὲν καὶ ἐπιψηφισθὲν, τῇ τοῦ
 Βαρλαάμ καταλέγεσθαι μοῖρα, καὶ ἀποψηφίζεσθαι σφῶς κατ'

14. ἔτι Boiv. pro ὅτι.

lem supra diximus, colere nos arbitremur. Alioqui quomodo trium hypo-
 staseon communis esse possit divinitas, a natura et ab illis ipsis hypo-
 stasibus diversa, nisi per se ipsam careat subsistentia? Aut quam alia
 ratione communis Deo et hominibus fuerit increata et substantialis et natu-
 ralis operatio? Neque enim fas est credere substantiam Dei ad terre-
 stria descendisse, eandemque et sapientes facere, et sanctificare, et vi-
 vificare (apage: quippe haec blasphemia est, et daemonum inventio te-
 nebrosa) sed singula ex singulis hisce increatis operationibus oriri: quas
 qui participant, ii increati existunt. Item increata sunt tum ea, quae hoc
 tempore, tum quaecumque olim prophetis mira apparuerunt: in quibus ru-
 bus ardens et inconsumptus; igneus Eliae currus, columna illa ignea, quae
 Israëlitis praeivit, et is qui rapido impetu centum octoginta millia Assy-
 riorum interfecit angelus. Quinetiam addo asinam Balaami, quae huma-
 nam vocem emisit, et quotquot his similia miracula variis temporibus exsti-
 terunt. Etenim ex iis, quae in mundo sunt, rebus creatis nulla prorsus est,
 quae Dei substantiam participet. Quippe omnia statim pereant prius
 quam huius participes fiant; quoniam ea est vis ipsius, ut eos perdat et
 consumat, qui ad eam propius accedere cupiant. Mihi itaque cum sancto-
 rum Patrum dictis congrua dicenti scribentique eos, a quibus accusor, par-
 vi facere animus est: cum illud semel sancitum decretumque sit, eos omnes
 cum Barlaamo ponendos, et ut illum explodendos, qui haud dubitent me

ἐκεῖνον, ὅποσοι μὲν κατηγορεῖν οὐκ ὀκνοῦσιν αἰεὶ, καὶ πολυθείαν A. C. 1851
καταψηφίζεσθαι, καὶ τᾶλλα ὅσα σφίσιν ἠρίθμηται τε καὶ συλ- Imp. Io. Can-
λελόγισται κατ' ἔμοῦ. ἢ οὐκ ἴσασι, ὡς ὅτε ἐμοῦ πολυθείαν οὗτοι tacz. 5
καταψηφίζονται, μονοθείαν ἐγὼ καταψηφίζομαι σφῶν καὶ γίνε-
5 ται σφίσιν ἢ κατηγορία τοῦ ἐγκλήματος μελλῶν. οὐ γὰρ Ἰουδαίων
καὶ Περσῶν εἰμι παῖς, ἵνα καὶ μονοθεΐτης ἀκούω, καθάπερ οἱ
τάλαντες οὗτοι. εἰ δέ που ταῖς λέξεσι οὗτοι μόναίς προσχόν-
τες ἤμιστα ταῖς διανοαῖς συμβιβάζειν ἴσασι αὐτάς, τί τοῦτο E
τῇ ἀληθείᾳ λυμαίνεται, τῆς τῶν λόγων ἐννοίας ὑγιαίνουσας;
10 (ζ'). Ταῦτ' ἔλεγε· καὶ ἄμα, οἷς αἰεὶ μὴ στέργειν προὔθετο καὶ
οἷς τὴν ἔργω παρέχεται μάχην καὶ ἀντίσταται κομιδῇ τῶν λόγων
αὐτοῦ πανταχῇ, τούτων μέρος ἀπειληφῶς προεκόμιζε. ταῖς γὰρ
τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἔκτης συνόδου πρᾶξις προὔργου ποι-
οῦμενος μάχεσθαι τε καὶ ἀντιπράττειν, ὡς προοῖοσι δειχθήσε- F
15 ται, διαφθείρας τὸν νοῦν, ἐκ τοῦ μηδαμῇ συνιέναι δύνασθαι,
διὰ τὰς ἐμφύτους κῆρας τῆς τε κακοηθείας καὶ ἀμαθίας, ὅμοιον
ποιῶν τοῖς Ἐπικουρείοις· ἄς γὰρ ἐκεῖνοι, τῇ σφετέρᾳ δυνάμει τὸ
τοῦ ἡλίου παραμετροῦντες φαινόμενον, ποδιαῖον τὸν ἡλίον ἀπε-
φαίνοντο εἶναι, οὕτω καὶ οὗτος τὴν ἀμβλύτητα τῆς ἑαυτοῦ δια-
20 νοίας ταῖς τῶν ἁγίων προσνέμει γραφαῖς· καὶ ὡσπερ ἀσυμφῶ- P. 609
νους τῇ διανοίᾳ τὰς λέξεις τοῖς οἰκείοις συντίθησι λόγοις αὐτὸς,
οὕτω καὶ τῶν ἁγίων οἶεται τὰς γραφὰς, καὶ οὕτω ταύτας παρεξ-
ηγείται. ἦν δ', ὃ τῆς ἁγίας ἔκτης συνόδου μόνον ἀπειληφῶς

accusare et reum agere erroris Deos multos statuentis, aliorumque crimi-
num, quae iidem enumerarunt, et argumentando in me collegerunt. An
ignorant, cum ii me ut multas divinitates statuentem damnant, tum me
eosdem ut unam divinitatem statuentes damnare? Hoc illis crimen gravius
obiicitur, quam quo ipse accusor. Ego enim nec Iudaeorum nec Persarum
sum filius, ut quemadmodum miseri isti unius divinitatis cultor audiam.
Quod si iidem, ad solas voces attendendo, minime eas cum sententiis pos-
sunt conciliare, hoc quidem veritati quid nocet, cum sanus sit verborum
sensus?" (VI.) Haec ille dixit; tum quae constituit nunquam approbare,
quibus re ipsa et bellum indicit et passim in orationibus suis vehementer
adversatur, eorum partem excerptam profert. Nam sacrosancti et gene-
ralis Concilii sexti acta imprimis studet oppugnare et infringere, ut infra
ostendetur. Horum sententiam, quam ob insitas laves, malignitatem dico
et ignorantiam, nullo modo potest intelligere, depravat. Quod quidem
more Epicureorum facit. Nam ut illi solem, quatenus apparet, pro suo
captu metientes, pedalis moduli esse dicebant, sic iste mentis suae stupo-
rem scriptis Sanctorum affingit: et quemadmodum ipse orationes suas ver-
bis componit minime cum sententia congruentibus, eiusmodi quoque esse
Sanctorum scripta existimat, eaque sic male interpretatur. Quod autem
unum ex sancta sexta synodo excerptum proferebat, illud fuit: per in-

- A. M. 6859 *προϋτεινε, τὸ, τὴν ἄκτιστον ἐνέργειαν ἄκτιστον οὐσίαν χαρακτη-*
ρίζειν· καὶ τῶν τοῦ Θεοῦ Βασιλείου τὸ, ἐκ τῶν ἐνεργειῶν
γνωρίζομεν τὸν Θεόν· ἢ γὰρ οὐσία αὐτοῦ μένει ἀμέθεκτος.
- B γ'. Ταῦτα δ' οὐχ ὅτι τὸν νοῦν εἰδέναι δυνάμενος ἔλεγεν,
 ὡς δειχθήσεται προιοῦσιν ἡμῖν (μηδὲ γὰρ ἀνελέγκτους ἡμῖν οἴεσθε5
 παραδραμεῖσθαι κακείνας ὁπόσας ἠκηκόετε βλασφημίαις αὐτοῦ.
 αἱ μὲν γὰρ καὶ προκαταλέλονται μικρὸν ἀνωτέρω, λόγοις θ'
 ἡμετέροις καὶ γραφικαῖς μαρτυρίαις· αἱ δὲ προιοῦσιν ἡμῖν ἰσθὺς
 C ἀράχνης σὺν γε Θεῷ φανήσονται) οὐχ ὅτι τοίνυν οἶδεν ἐκεῖνα
 προϋτεινεν. ἀλλ' ὄρων ὠπλισμένους ἡμᾶς καὶ σφόδρα τοι πε-10
 V. 493 φραγμένους ἀφθόνοις ταῖς θείαις γραφαῖς, δεδιὼς μὴ ἀπὸ πρώ-
 της, ὃ φασι, γραμμῆς κληροῦχος τῆς ἥτης γένηται, πρὶν εἰς
 ἔξέτασιν μείζω καὶ τελειοτέραν ἐληλυθέναι, συμφέρειν ἔδοξεν αὐ-
 τῷ, μετεωρίσαντι τὰς τῶν πολλῶν ἀκοὰς, δεῖξαι καὶ ἑαυτὸν
 τὰς θείας συνόδους ὁμοῦ τοῖς ἁγίοις πατράσι συναιρομένας ταῖς 15
 D βλασφημίαις αὐτοῦ κεκτημένον, δέλεαρ τοῦτο τοῖς ἀπλουστέ-
 ροις προτεινῶν, τῷ χαλκῷ τῆς ἀσεβείας αὐτοῦ περιεικόμενον.
 (B.) Ἐπεὶ καὶ ὅταν συχνὰ ἐπιφέρῃ, κατὰ τοὺς Θεοὺς λέγειν
 πατέρας, τυφλὸν καὶ ἀσαφὲς τοῦτ' ἐπιφέρων, μήθ' οἵτινές
 εἰσιν οἱ λέγοντες, μήθ' ἃ λέγουσιν ἀποσαφῶν, οὐκ ἄλλους ἐν 20
 νῷ ἔχειν οἶμαι πατέρας αὐτὸν, ἢ ἑαυτὸν καὶ ὅσοι κατ' αὐτὸν κα-
 Ε κόδοξοι πάλαι γεγένηται. πλὴν γὰρ αὐτοῦ οὐθ' εὔρηται ποθ'

4. ὡσεὶ coni. Boiv. pro ὅτι.

creatam operationem increatam substantiam certo caractere signari: item illud ex D. Basillii scriptis: Deum ex operationibus cognoscimus; quoniam eius substantia imparticipabilis manet.

3. Porro haec ille non ideo dicebat, quod verborum mentem assequi posset, ut postea ostendemus. Etenim quascunque eius blasphemias audivisti, illas ne arbitremini sic praetermissuros esse nos, ut non redarguamus. Ac earum quidem aliae paulo supra nostris disputationibus et Scripturae testimoniis refutatae iam fuerunt; alias, Deo iuvante, ut aranearum telas, ulterius progressi resolvemus. Illa itaque, non quia intelligeret, proferebat; sed ubi nos vidit sacris Scripturis armatos et cumulatissime instructos, veritus ne ab ipsis (ut aiunt) carceribus infelicem exitum sortiretur, expedire sibi credidit, antequam ventum esset ad maius perfectiusque examen, vulgi auribus arrectis ac suspensis, ostendere se ipsum quoque sacras synodos et sanctos Patres habere suis blasphemiiis patrociantes, et hanc veluti escam, errori suo tanquam hamo circumiectam, simpliciori cuique porrigere. (II.) Enimvero cum hanc formulam, „ut sancti Patres loquuntur“, subinde repetit, obscuram scilicet et incertam, non declarans quinam ii sint, nec quae dicant, eum puto non alios Patres in animo habere, nisi semet ipsum, et quotquot iampridem in eosdem quibus ipse errores prolapsi sunt. Quippe, eo excepto, nunquam alius quisquam

οὕτω γραφόμενά τε καὶ νοούμενά τω τῶν ἀπάντων ἑτέρω μέχρι
καὶ ἐς τὴν τήμερον οὐδενὶ οὔτε πρὸς αὐτοῦ, οὔτε πρὸς ἡμῶν, A. C. 1351
Imp. Io. Can-
tacuz. 5
οὔτε πρὸς ἑτέρου τῶν ἀπάντων οὐδενός. ἢ γὰρ ἂν ἐτίθει τε καὶ
τὰς ἀπάντων ἀκοὰς περιηῦλει, λαλίστερος ἑαυτοῦ γιγνόμενος, καὶ P. 610
5 περιεκρότει πλέον ἢ θαλάττης ὑβριζούσης φλοῖσβοι παραλίους
πέτραις. (Γ.) Ὅτι γὰρ ἀνωτέρω μικρὸν πρὸς τοῦ σοφωτάτου
δέδεικται πατρὸς ἐκείνου τοῦ Γραπτοῦ Θεοδώρου, ὅτε τὰς τοῦ
μεγάλου ἰωσφίτου τῆς ἐκκλησίας Βασιλείου ῥήσεις διερμηνεύων
προκεκόμισται μοι, ἐπὶ τῆς ἀπλῆς καὶ ἀσωμάτου λέγων φύσεως
10 τὸν αὐτὸν ἐπιδέχεσθαι λόγον τὴν ἐνέργειαν τῆ οὐσίας· (πρῶγμα B
γὰρ ἀδύναρκτον, μὴ δεόμενον ἑτέρου πρὸς σύστασιν, ὁπότε-
ρον ἂν ἐθέλοι τις, ἀπεφῆνατο) δῆλον παντὶ που. ὅτι δὲ καὶ
τοῦτ' ἐκείνῳ κατὰ ταῦτὸν κομιδῇ λαμπρῶς συναποδείκνυται, δῆ-
λον ἂν εἴη καὶ τοῦτο τοῖς βουλομένοις. τὸ γὰρ ἄκτιστον ἐνέρ-
15 γειαν ἄκτιστον οὐσίαν χαρακτηρίζειν, εἰπόντα, μήτε μὴν διαφο-
ρὰν ἀκτίστου πρὸς ἄκτιστον (πῶς γὰρ, ὃ τοῖς πᾶσι ὁμοῦ πατρά-
σιν ἀπείρηται, μηδὲν τῆς θείας καὶ τρισυποστάτου φύσεως ἕτερον C
ἄκτιστον εἶναι διαβρόχῃ ὁμολογοῦσι) μήθ' ὅτι ἕτερον θατέρον
θατέρον, τὴν πρὸς ἐκεῖνα δεικνύντος ἐστὶ συμφυῖαν τε καὶ ταῦ-
20 τότητα. μηδὲ γὰρ ἂν ποτε φύσιν ἔχειν, ἐν τοῖς οὕτως ἀναγκαίοις
διαφωνεῖν τοὺς ἁγίους. ὡς γὰρ ἐκεῖ λόγων ταυτότητος, οὕτως ἐν-
ταῦθα τὸ χαρακτηρίζειν εἰς ἔνωσιν ἄγει τὰ τῆ λέξει δύο δοκοῦν-

11. ὑπόστασιν coni. Boiv.

15. μὴνύειν coni. idem. pro μῆν.

ex omnibus ad hanc diem usque ab eo aut a nobis repertus est, qui sic vel scripserit vel senserit. Alioquin hic protulisset, et se ipso loquacior, omnium aures circumsonando et perstrependo, fremitum maris vicisset, circum saxa maritima debacchantis. (III.) Idem quippe esse substantiam et operationes divinas paulo supra demonstratum esse, cuilibet patet: illic scilicet, ubi sapientissimum Patrem Theodorum Graptum, magni ecclesiae luminis D. Basilius verba interpretantem, atque in simplici et incorporea natura definitionem eandem operationi ac substantiae convenire dicentem, produximus. Quippe utramlibet definiendam esse dixit, rem per se subsistentem, nec ad consistendum alia re indigentem. Sed et luculentissime hoc ipsum illo Concilii generalis sexti testimonio pariter demonstrari, evidens cuius futurum est. Nam qui per increatam operationem substantiam increatam certo caractere signari dicit, ac neque aliquam increati ab increato differentiam indicat (quomodo autem indicaret, contra omnium simul Patrum auctoritatem, qui nullum aliud, praeter divinam in tribus hypostasibus naturam, increatum esse diserte confitentur?) neque alterum ab altero diversum esse ait, is certe illarum rerum naturalem coniunctionem et identitatem declarat. Nec enim in iis, quae adeo necessaria sunt, Sanctos dissentire ratio patitur. Nempe ut illic definitiones eadem, ita hic ipsum χαρακτηρίζειν, quod est certo caractere signare, unum ef-

- A. M. 6859 τα. τὸ γὰρ χαρακτηρίζειν τῷ δηλοῦν ταῦτόν ἐστιν· ὡς ἂν εἰ ἐλε-
 Ind. 4 D γεν· ἡ ἄκτιστος ἐνέργεια, ἐπεὶ τῆς ἀπλῆς καὶ ἁσωμάτου λέγεται
 φύσεως, αὐτὴν τὴν ἄκτιστον οὐσίαν χαρακτηρίζει, καὶ δηλοῖ, καὶ
 παρίστησι. καὶ ἅμα βεβαιοῖ μοι τὸν λόγον ὁ χαρακτηρ καὶ ἡ
 ἀπαράλλακτος τοῦ πατρὸς εἰκὼν, ὁ υἱός. (Δ.) Εἰ δὲ βούλε- 5
 σθε, καὶ μαρτυρίας ἐγὼ προενεγκεῖν οὐκ ὀκνήσω μυρίας διαφόρων
 E πατέρων, ἅς κατὰ τῶν ὁμοίων τῇ δόξῃ τὰνδρὶ τουτωῖ καλῶς
 ποιοῦντες ἐκείνοι πάσαι γεγράφασιν. αὐτίκα τοίνυν ὁ μέγας
 φησὶν Ἀθανάσιος· „οὐκ ἀμφίβολον, ὅτι αὐτός ἐστιν ἡ τοῦ πα-
 τρὸς ζῶσα βουλή καὶ ἐνούσιος ἐνέργεια, καὶ λόγος ἀληθινός.” καὶ 10
 πάλιν· „ἐνὸς ὄντος υἱοῦ, τοῦ ζῶντος λόγου, μίαν εἶναι δεῖ τε-
 λείαν καὶ πλήρη τὴν ἁγιαστικὴν καὶ φωτιστικὴν ζωὴν, οὕσαν
 F ἐνέργειαν αὐτοῦ καὶ δωρεάν, ἣτις ἐκ πατρὸς ἐκπορεύεται.” καὶ
 πάλιν· „ἀλλ’ οἱ ἄσεβεῖς οὐ θέλουσι λόγον καὶ βουλήν ζῶσαν εἶναι
 τὸν υἱόν, περὶ δὲ τὸν Θεὸν βούλησιν καὶ φρόνησιν καὶ σοφίαν, 15
 V. 494 ὡς ἔξιν συμβαίνουσαν καὶ ἀποσυμβαίνουσαν.” (E.) Καὶ ὁμοίως
 ὁ Θεὸς φησι Κύριλλος· „εἰ ὁ υἱός ἐστιν ἡ ζῶσα καὶ οὐσιώδης
 ἐνέργεια καὶ δύναμις καὶ σοφία τοῦ πατρὸς, ἐνέργεια πάντως καὶ
 P. 611 τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.” καὶ πάλιν· „οὐκ ἀλλότριόν ἐστι
 τῆς Θείας οὐσίας τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ’ ἐνέργεια φυσικὴ τε 20
 καὶ οὐσιώδης καὶ ἐννύστατος.” (ς’.) Ὁρᾷς μαρτυρίας κο-
 μιδῆ σαφειστάτας, καὶ πᾶσι γνωρίμους αὐτόθεν, καὶ μηδὲν μῆτ’
 αἰνιγματῶδες μῆτε γριῖφον ἐχούσας, ἀλλ’ ἐμφανῶς καὶ διαβρῆ-

ficit ea, quae, si nomen spectes, videntur duo esse. Nam χαρακτηρίζειν idem est ac denotare. Perinde est igitur ac si dixisset, increata operatio, quoniam simplicis et incorporeae naturae esse dicitur, substantiam ipsam increatam denotat, designat, et repraesentat. Atque id, quod dico, eo confirmatur, quod filius sit Patris character et indiscreta imago. (IV.) Ego autem libenter testimonia infinita, quae Patres varii adversus homines huic similes et idem sentientes olim scripserunt (et ii quidem recte) vobis, si vultis, producam. Statim igitur magnus Athanasius, „non dubium est”, ait, „quin ipse sit vivum Patris consilium, et operatio substantialis, et Verbum verum.” Ac rursus: „cum unus sit Filius, Verbum vivum, unam esse oportet perfectam et plenam, sanctificam et illuminatricem vitam, eius operationem et donum, quae ex Patre procedit.” Rursus: „at impii nolunt Filium esse Verbum et consilium vivum, sed voluntatem, et prudentiam, et sapientiam, quae sit apud Deum, tanquam habitus accedens et recedens.” (V.) Pariter D. Cyrillus, „si,” inquit, „Filius est viva et substantialis operatio, et potentia, et sapientia Patris, plane etiam Spiritus sanctus operatio est Filii.” Rursus: „Spiritus Sanctus non est a substantia divina alienus, sed est operatio naturalis, substantialis, et per se subsistens.” (VI.) Vides testimonia prorsus clara et perspicua, quae quivis statim intelligit, quae nihil aenigmati simile, nihil obscurum habent, sed aperte et diserte

δην ἀπαγγελλούσας ἡμῖν, ἐπὶ τῆς ἀπλῆς καὶ θείας φύσεως τῆ
 οὐσίας ταύτην τὴν ἐνέργειαν εἶναι, καὶ οἷον αὐτοενέργειαν τὴν A. C. 1351
Imp. Io. Can-
tacuz. 5
 οὐσίαν, ὡς ἀνωτέρω που δέδεικται διαρκέστερον. ὁρᾷς δ' ὡς B
 καὶ ἀσεβεῖς προφανῶς τοὺς μὴ ταῦτα βουλομένους ἀποκαλοῦσι
 5 οἱ θεῖοι πατέρες, καὶ ὅσα ἐπὶ τούτοις ἔτι φασίν. ἄλλως τε καὶ
 τὸ τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ πατρὸς ἐνέργειαν φάσκειν τοὺς
 ἁγίους, τί δηλούντων ἔστιν ἕτερον, ἢ τὸ τῆς οὐσίας καὶ ἐνε-
 γείας ταύτων; (Z.) Εἰ γὰρ τῆ τῶν λέξεων δοίημεν προφορᾷ
 καθάπαξ ἐπισθαι τὰς ἐννοίας, καθάπερ ἐπὶ τῶν συνθέτων, οὕτω C
 10 κατὰ Θεοῦ, οὐ διπλοῦν ἔσται μόνον τὸ ἀπλοῦν, ἔξ οὐσίας δη-
 λαδὴ καὶ ἐνεργείας συγκείμενον, ἀλλὰ καὶ σφόδρα γέ τοι πολλα-
 πλοῦν. τί γὰρ ἂν φαίη τις, τῶν ἁγίων ἀκούων λεγόντων, ἕνα
 Θεόν, μίαν ἀρχὴν αἰώνιον, ἄκτιστον, ἀγένητον, μίαν οὐσίαν,
 μίαν θεότητα, μίαν δύναμιν, μίαν θέλησιν, μίαν ἐνέργειαν,
 15 μίαν ἐξουσίαν, μίαν κυριότητα, μίαν βασιλείαν, ἐν τρισὶ τε-
 λείαις ἕποστάσει γνωριζομένην μιᾷ προσκυνήσει; μὴ πολλα- D
 πλοῦν καὶ ποικίλον καὶ πολυσύνθετον λέγουσι τὸν Θεόν; ἄπαγε·
 πῶς γὰρ, οἷς καὶ πῦσαν ὥραν καὶ καιρὸν ἐμέλησε, σφίσι τε αὐ-
 τοῖς καὶ ἅμα ἀλλήλοις ὁμόφωνα λέγειν αἶι, καὶ μὴ μᾶλλον μηδ'
 20 ἤτιτον ἀντίφωνον περὶ τῶν τοιούτων μηδὲν μηδαμῆ μηδεπώποτε
 φθέγγασθαι; ἀπλοῦν γὰρ φασίν εἶναι τὸ Θεῖον καὶ ἀσύνθετον·
 τὸ δ' ἐκ πολλῶν καὶ διαφόρων συγκείμενον, σύνθετον. εἰ γὰρ
 τὸ ἄκτιστον, φασὶ, καὶ ἄναρχον καὶ ἀσώματον καὶ ἀθάνατον E

nobis declarant, in simplici et divina natura eandem esse operationem et
 substantiam, et hanc quasi αὐτοενέργειαν esse, ut fusius supra demonst-
 ratum est. Vides ut eos, qui haec non sentiunt, palam impios vocent sancti
 Patres, et quae praeterea addant. Iam vero iidem Sancti, cum et Filium
 et Spiritum operationem Patris esse dicunt, quid aliud innuunt, nisi idem
 esse substantiam et operationem? (VII.) Quod si demus, ut in composi-
 tis, ita et in Deo notiones dictionibus, prout haec sonant, respondere;
 non duplex modo, ex substantia scilicet et operatione conflatum, sed
 et valde multiplex erit id, quod simplex est. Quid enim putet is, qui
 Sanctos audiat dicentes, unum Deum, unum principium aeternum, in-
 creatum, non factum; unam substantiam, unam divinitatem, unam vir-
 tutem, unam voluntatem, unam operationem, unam potentiam, unam do-
 minationem, unum imperium, in tribus hypostasibus perfectis una ado-
 ratione noscendum? Numquid illi Deum multiplicem et varium, et ex mul-
 tis rebus compositum dicunt? apage. Nam id quomodo dicant, qui horis
 omnibus, omni tempore curaverunt, ut secum ipsi semper et inter se invi-
 cem consonarent, ac ut nihil prorsus de his unquam pronunciarent, quod
 plus minusve dissonum foret? Deum quippe aiunt simplicem esse et compo-
 sitionis expertem: quod autem ex pluribus et variis rebus constet, id esse
 compositum. Etenim, inquirunt, si increatum, et carens principio, et in-

- A. M. 6859 καὶ αἰώνιον καὶ ἀγαθὸν καὶ δημιουργικὸν καὶ τὰ τοιαῦτα οὐ-
 Ind. 4 σιώδεις διαφορὰς εἴπομεν ἐπὶ Θεοῦ, τὸ ἐκ τοσοῦτων συγκεῖμενον
 οὐχ ἀπλοῦν ἔσται, ἀλλὰ σύνθετον· ὅπερ ἐσχάτης ἀσεβείας ἐστίν.
 ὁρᾶς; (H.) Εἰ δ' οὕτως ἐπὶ τούτων, πῶς δ' οὐκ ἂν κατὰ
 F δυνάδος ὁμοίως νοηθεῖη διπλὴ τις καὶ διαφορὰ τῆς ὑποκειμένης 5
 οὐσίας πρὸς τὴν ἐνέργειαν, ἐκεῖ διάφορον κατὰ τὸν Παλαμῶν
 οὔσαν; ἢ γὰρ δυνὰς οὐχ ἓν, οὐδ' ἀπλοῦν, οὐδ' ἀναρχον, οὐδ'
 ἄπειρον, ἀλλὰ σύνθετον ἐκπεπερασμένον. (Θ.) Πρὸς γὰρ τοῖς
 ἄλλοις καὶ ὁ Θεὸς τάδε περὶ τῶν τοιούτων διέξεισι Μάξιμος. „ἢ
 δυνὰς οὐτ' ἄπειρος, οὐτ' ἀναρχος, οὐτ' ἀκίνητος, οὔτε μὴν ἀρ- 10
 P. 612 χὴ καθόλου τινὸς εἶναι δυνήσεται.” καὶ πάλιν· „οὐδεὶς δὲ, μεμοι-
 ραμένος ὅπως οὖν τοῦ λογιζέσθαι, εἴποι ἂν ἄπειρον εἶναι, ᾧ ἔξ
 αἰδίου συνθεωρεῖται τι ἢ συνεπιθεωρεῖται κατ' οὐσίαν διάφορον.”
 καὶ μετ' ὀλίγον· „καθ' ὃν γὰρ εἴπομεν λόγον ἢ τρόπον δύνα-
 σθαι τι ἕτερον αὐτῷ κατ' οὐσίαν διάφορον παραβάλλεσθαι, τὸν 15
 ὅλον τῆς ὅλης ἀπειρίας αὐτῷ συναφαιροῦμεθα λόγον. εἰ δ' ἄπει-
 B ρον εἶναι οὐ δύναται, ᾧ ἔξ αἰδίου συνπαύρηι ἕτερόν τι κατ'
 V. 495 οὐσίαν διάφορον, ἄπειρον εἶναι οὐδαμῶς ἐνδέχεται δύαδα.” καὶ
 ἀλλαγῷ· „οὐδὲν τῶν ὄντων ἀναρχόν, ᾧ ἕτερον συνεπινοεῖται,
 οὐδ' ἀπερίγραπτον, οὗ τι ἕτερον προεπινοεῖσθαι δύναται.” εἰ δέ 20
 τις μὴ ῥαθυμοτέραν πως ἔσχε τάξιν περὶ γε τὰ τοιαῦτα, ἀνα-
 γνώτω καὶ τῆς περὶ θεολογίας ἑκατοντάδος τουτουῖ τοῦ ἀνδρὸς

11. καθόλου Boiv. pro καθ' ὅλου.

corporeum, et immortale, et aeternum, et bonum, et creandi vim habens, et alia eiusmodi, in Deo substantiales differentias esse dixerimus, quod ex tot rebus constabit, id non simplex erit, sed compositum; quod est extremae impietatis. Vides? (VIII.) At si in his ita se res habet, quidni et in iis, quae duo sunt, pariter duplicitas aliqua et differentia intelligatur, substantiae videlicet subiectae, et operationis, quae illic secundum Palamam diversa res est? Nam quae est duplex, ea nec una, nec simplex, nec principio carens, nec infinita res est, sed composita et finita. (IX.) Ac praeter alios divus Maximus hac de re sic loquitur. „quod est duplex, id nec infinitum est, nec principio carens, nec immobile, neque etiam principium ullius rei esse poterit.” Rursus: „nemo autem, rationis utcumque particeps, infinitum esse illud dixerit, cui aliquid substantia diversum coëxistens vel inexistens intelligitur.” Et paulo post: „etenim si qua ratione, aut si ullo modo aliud quid substantia diversum posse ei comparari diceremus, hoc ipso totius infinitatis totam rationem simul ab eo tolleremus. Quod si infinitum esse illud non potest, cui ab aeterno coëxistit aliquid substantia diversum, nullo unquam modo continget, ut quod duplex est, id sit infinitum.” Et alibi: „nullum ens est principii expers, cui aliud inexistens cointelligitur; nec incircumscriptionum, quo quid prius intelligi potest.” Quod si quis ad ea inquirenda segnior haud fuerit, legat ex centum capitibus, quae hic vir de theologia scripsit, tertium, quartum, quintum

κεφάλαια γ, δ, ε, ζ, πολλὴν τοῖς ῥηθεῖσι διασώζοντα τὴν συμ- A. C. 1351
φωνίαν. (I.) Εἰ οὖν μήτε προεπινοεῖσθαι μήτε συνεπινοεῖσθαι Imp. Io. Can-
τῆ θεία δύναται τι ἕτερον οὐσίᾳ, πῶς ἕτερον καὶ διάφορον οὐσα C tacuz. 5

κατὰ τὸν Παλαμᾶν ἢ ἐνέργεια θεότης ἄκτιστος ἂν εἴη, παντὸς
5 τοῦ μετὰ τὴν οὐσίαν ἐκείνην συναριθμουμένου τοῖς κτίσμασιν;

δ'. Ὅτι δὲ μὲ, καὶ πλείω προθυμούμενον λέγειν, ἦκιστα D
συνεχώρουν αἱ συνήθεις τῆς κεφαλῆς ἀλγηδόνες (ἢ γὰρ τῶν
σπλάγγων δριμύτης, αὐξήν εἰληφύϊα μακρὰν ἐκ τῶν λογισμῶν
ἀγώνων ἐκείνων, καὶ ἅμα τοῦ τῆς ὥρας καύματος, καὶ πρὸς γε
10 τῆς πανημερίου νηστείας, καὶ ἄκοντα μάλα συνώθει σιγᾶν· οὐ
γὰρ ἐξ ἐωθινοῦ ταῖς Συβαριτικαῖς ἐκείναις τραπέζαις καὶ ἡμεῖς
κατὰ τοὺς παλαμναίους ἐνησχολήμεθα, οὐδ' ὅσα Διονύσου πε- E
ριχορέουσι θίασοι διατριβὴν παρέχειν ἐγγνώκεμεν, ἀλλὰ παννύχιό
τε καὶ πανημέριοι φροντίδες καὶ θείων κινδυνευόντων μελέται
15 δογμαίων τὴν ἡμῶν ἀπασχόλουν τότε ψυχὴν) διὸ καὶ τὸν λόγον
οἱ σὺν ἐμοὶ λογάδες ἄνδρες ἐκεῖνοι διαδεξάμενοι, ὧν τὸν βίον
ἔφθημεν εἰρηκότες ἀρετὴν ὁμοῦ καὶ σοφίαν κοσμεῖν, ἄριστά τε P. 613
καὶ τελεώτατα διεiléχθησαν, καὶ μάλα γενναίαν τὴν ὑπὲρ τῆς
ἀληθείας ἐνδείξιν ἐνεδείξαντο. ῥᾶδιον δ' ἔσται κάκεινα μανθά-
20 νειν τοῖς βουλομένοις ἐξ ὧν κάκεινοις γαγένηται ὑπομνήματα.
οὐδὲ γὰρ σιγῇ κρύψαντες οὐδ' αὐτοὶ λήθης ἀφῆκαν κληροῦσθαι
βυθούς· ἀλλ' ὅσον ὁ τοῦ διωγμοῦ καιρὸς καὶ αὐτοῖς ὁμοίως
ἡμῖν συγκεχώρηκε, γραφῇ τὰ τοιαῦτα παρέπεμψαν, καὶ, ὅσον

12. ἐς ὅσα conī. Boiv.

et sextum, quae cum supradictis valde consonant. (X.) Si igitur divinae substantiae nihil diversum nec praeintelligi potest nec cointelligi, eequomodo operatio, quam Palamas aliud diversumque esse dicit, divinitas increata fuerit; cum quicquid posterius est illa substantia, in creaturarum numero sit?

4. Plura me dicere cupientem solitus capitis dolor non sivit. Quippe et viscerum acrimonia, quam illorum certaminum curae, et illius tempestatis calor nimius, simulque inedia toto die tolerata, valde auxerant, quantumvis nolentem me ad silendum compulit. Non enim, ut impii Palamitae, Sybariticis illis mensis mane operati ipsi quoque fueramus; nec in iis, quae Bacchi chorus frequentat, tempus conterendum esse censueramus: sed animum nostrum per illud tempus occupaverant perpetuae diu noctuque sollicitudines, et sacrorum dognatum in discrimen adductorum commentationes. Itaque illi, quos virtute simul et doctrina ornatos supra diximus, lectissimi viri, qui mecum aderant, dicendi munere suscepto, optime et copiosissime disputarunt, ac veritatis fortiter defendendae nobile exemplum ediderunt. Facile autem erit volenti cuique illa discere ex commentariis, quos ii etiam fecerunt. Nam nec ipsi ea silentio pressere, nec obruenda oblivioni tradidere: sed quatenus persecutionis tempus iis quoque permisit, litteris mandaverunt, et ecclesiae mala singuli, quantum li-

- A. M. 6859 ἐφικτὸν, τὰ τῆς ἐκκλησίας ἕξτραγωγῶδησαν ἕκαστος πάθη, μῆ-
 Ind. 4 **B** που καὶ τοῖς ὀψιγόνοις αἱ τῶν ἀντιθέτων πλεονεκτήσασαι πῶς
 διαβολαὶ τὰς ἀπειροκόλους λυμῆνῶνται διανοίας, οὐ σιδήρῳ καὶ
 πυρὶ καὶ ὄπλοις βαρβαρικοῖς, ἀλλὰ τῇ τῆς πολυμιγοῦς αἰρέσεως
 ἐκείνης κακίᾳ, θάνατον ἀθάνατον τῇ ἀθανάτῳ ψυχῇ προξενή- 5
C σασαι. (B.) Ἄρτι δὲ καὶ νῦν ἐπιούσα ἡρέμα καὶ κατὰ βραχὺ
 τὰς ἡλιακὰς ἀγῶας ἐπεβόσκετο, καὶ τὰ τῆς ἡμέρας συνῆστελλε
 V. 496 κρᾶσπεδα, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων ὀφθαλμῶν τὸ καθαρώς ἐν οἴ-
 κοις βλέπειν ἀφηρεῖτο, καὶ λαμπάδες πυρὸς εἰσεφέροντο, φῶτα
 κτιστὰ κομίζουσαι· καὶ ἅμα ἀνεγινώσκοντο πάλιν, ἃ κατὰ τοῦ 10
 Βαρλαάμ ἐκείνου τοῦ Καλαβροῦ περὶ τοῦ Θεοῦ φωτὸς ἐψήφισται
 πάλαι πολὺν τινα χρόνον, κατὰ τὴν σφειτέραν αἰὲ συνήθειαν.
D μηδὲ γὰρ ἄλλην ἔχοντες ἀποστροφὴν οὐδαμῇ, μηδὲ προκάλυμμα
 τῆς σφειτέρας ἤτις οὐδὲν, περὶ τὸ ἕρος ἐκεῖνο διηνεκῶς ἕξ ἀνάγ-
 κης εἰλοῦνται, καὶ συχνὴν παρ' ἐκεῖνο κακούργως ποιοῦνται τὴν 15
 ἀναχώρησιν, μὴ λάθῃ ῥοθίοις ἕως παρενεχθέντα σιγῆς τὰ σφίσι
 αἰὲ τιτηνούμενά τε καὶ γαλακτοφορούμενα τῆς εἰκονομαχίας ὕργια.
 (Γ.) Σιγῆς οὖν ἡμῶν καταρηφισθείσης, καὶ τῶν ἐκεῖ ῥηθέντων
 τὰ πλείω κατὰ τὸ σφίσι βουλούμενον ἐξηγουμένων αὐτῶν, καὶ ἦν
 Eὐὸ ἐκ Δαμάσκου φησὶ Ἰωάννης ὑπερτελῆ καὶ προτέλειον δόξαν, 20
 ἐκείνων ὑφειμένην ἀποδεικνύντων εἶναι θεότητα, τῆς Θεῆας ἐτέ-
 ραν οὐσίας, καὶ ἄκτιστον μὲν καθ' ἑαυτὴν, διαφέρονσαν δ' ἀπει-
 ράκις ἀπείρως, καὶ ἡλλοτριωμένην ἐκείνης παντάπασιν, καὶ ἀνού-

2. καὶ τοῖς conī. Boiv.

13. προκάλυμμα em. Boiv. pro προσκάλυμμα.

18. ῥηθέντων em. Boiv. pro ῥηθῶν.

cuit, tragice lamentati sunt, ne forte apud posteros calumniae adversario-
 rum, postquam superiores quodammodo evasissent, rudis vulgi mentes in-
 ficerent, animaeque immortalī non ferro, aut igne, aut barbaricis telis,
 sed illius miscellaneae haereseos labe, mortem immortalem afferrent.
 (II.) Iam autem et nox adveniēns sensim et paulatim solis lumen absumebat,
 et extremas diei oras sic condebat, ut in domibus non clare hominum
 oculi cernerent; iam igniferae lampades allatae creata lumina apportabant,
 cum rursus lecta sunt ea, quae multo ante tempore adversus Barlaamum
 illum Calabrum de divino lumine decreta fuerant. Hic scilicet illis perpetuus
 mos est. Nullum usquam aliud diverticulum, nullum nisi hoc cladi
 suae obtendendum velum habent; adeoque circa illum montem coguntur
 semper versari, et subinde illuc per fraudem sese recipere, ne forte ea
 quae iidem usque in sinu foveant et nutriunt iconomachiae Orgia, velut in
 maris fluctus delata, silentio alto sensim mergantur. (III.) Cum itaque
 nos damnati silentio essemus, et eorum quae illic dicta fuerant pleraque hi
 pro sua voluntate interpretarentur; et quam Ioannes Damascenus ὑπερτε-
 λῆ et προτέλειον gloriam vocat, isti divinitatem inferiorem, aliam ab sub-
 stantia divina, ac per se quidem increatam, infinitas autem infinite ab il-
 la diversam et omnino alienam, denique substantiae expertem esse dictita-

σιον, ἐτόλμησέ τις τῶν ἡμετέρων, „ὦ ἦλιε,” περιπαθῶς ἀναβοῆ- A. C. 1351
 σαι καὶ „τί ἂν τις (φάναί) φαίη περὶ τοῦ σαρκωθέντος λόγου Imp. Io. Can-
 θεοῦ, ἐπεὶ γὰρ ὑπὲρ ταύτην οὐ δύναται τι ὑπάρχειν (πῶς γὰρ, tacuz. 5
 ὑπερτελῆ καὶ προτέλειον οὔσαν; τῆς γὰρ ὑπερτελοῦς οὐδὲν τε- F
 5 λιώτερον) ἔοικεν αὐτὸν ὑποβεβηκότα καὶ τῆς ὑφειμένης ταύτης
 εἶναι καὶ τῶν κτισμάτων πολλῶν. καὶ λύεται μὲν εὐθὺς τὸ μέγα
 τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας μυστήριον, καὶ ἅμα πάντα συλλήβδην
 εἰπεῖν ἐκκλησίας δόγματα· καὶ οὐδὲ ποιητὴν τοῦ παντὸς ἔχει τις
 ἂν ἔτι δοξάζειν ἕτερον, πλὴν τῆς νεωστὶ ψηφισθείσης καὶ δο-
 10 γματισθείσης ταύτης ἀνουσίου καὶ ὑφειμένης θεότητος. καὶ μα-
 ταία λοιπὸν ἢ μέχρι νῦν ὀρθοδόξων εὐσέβεια, καὶ δῆμος ἁγίων P. 614
 ἔφθαρται πως, μὴ συνέντων ἃ κηρύττει Παλαμᾶς. τῆς ἀνοχῆς
 σου Χριστέ!” ταῦτ' εἶπε· καὶ πάνυ σφοδρῶς ἐπιτιμηθεὶς ἐπτηξέ
 τε καὶ σεσιώπηκεν. ἤκουσε γὰρ, μὴ θεμιτὸν ἐν βασιλείοις εἶναι,
 15 βασιλικοῖς βουλήμασί τε καὶ δόγμασιν ἀντιλέγειν, ὃς τὸν ἐς τὴν
 ὑστεραίαν ἦλιον ἀπαθῆς θεύσασθαι βούλοιο. καὶ πολλῶν δ' ἄλ-
 λων ἐπὶ τούτοις ἐκεῖ λαληθέντων ἐκείνοις κατ' ἔφεσιν ἡγεμονικῆν, B
 ὁ σύλλογος διελύετο, τριταίους αὖθις προσταχθὲν ἐς τὴν ὁμοίαν
 ἐκκλησίαν δεῖν ἀθροισθῆναι ἡμᾶς. ἀλλ' ἐκεῖνο μικροῦ με παρέ-
 20 δραμε. (Δ.) Πρὶν γὰρ δεδυνκέναι τὸν ἥλιον, ἡρέμα καὶ κατ' ὀλί-
 γους ὁ δῆμός τε ὑπέξησαν καὶ ἅμα ἐπὶ τούτοις καὶ σὺν τούτοις,
 ὅσον τῆς πόλεως ὄψις ὑπῆρχε, σύνδυο καὶ σύντρεις λεληθότως

8. ἔχοι conī. Boiv.

rent; quidam ex nostris, animo vehementius commoto, exclamare ausus est: „O caelum! ecquid igitur de incarnato Verbo Deo dicendum erit? Quando enim haec nihil potest supra se habere (quomodo autem possit, quae super omnia et prae omnibus perfecta est? nam quae est summe perfecta, ea nihil est perfectius) apparet eum maiori subesse, inferiorisque esse divinitatis, et creaturam unam de multis existere. Atque ita statim tollitur magnum incarnationis mysterium; tolluntur omnia, simul quasi collecta, ecclesiae dogmata; nec iam huiusce rerum universitatis conditorem alium agnoscere est, praeter istam, novis decretis nova doctrina constitutam, substantiae expertem, et alteri subiectam divinitatem. Proinde inanis est ea, quae hactenus vigit, orthodoxorum religio: deletur ipse quodammodo exercitus Sanctorum, qui ea quae Palamas praedicat non intellexerunt. Proh tuam, Christe, patientiam!” His dictis, gravissime correptus est, exterritusque obmutuit. Nimirum haec illi vox reddita: non licere ei, qui solem postera die incolumis vellet adspicere, principum voluntati decretisque in mediis palatiis refragari. Cum autem et alia multa ibidem ab illis, prout principi libebat, dicta essent, Concilium dimissum est ea lege, ut triduo post ad similem concionem rursus convocati adessemus. Sed illud paene me praeteriit. (IV.) Ante solis occasum sensim et paulatim plebei, tum post eos et simul cum ipsis viri totius civitatis spectatissimi, bini ternique clam elapsi, domum se receperunt. Hi transeundo ac circum-

- A. M. 6859 *ὑπεξιόντες, ἀνεχώρον οἴκαδε· οἱ δὲ καὶ τρανῆ τῇ φωνῇ, διών-
Ind. 4* **C** *τες τε καὶ περιύοντες, ἐκήρυττον ἅ τ' εἶδον ἅ τ' ἤκουσαν· ὡς
ἀκουστὴν ἐν βραχεὶ καὶ θεατρικὴν γενέσθαι πάση τῇ πόλει τὴν
μετ' αἰσχύνῃς ἤτταν τοῦ Παλαμῆ, καὶ οἵτινες εἰεν ἑμύδοξοι
τουτωῖ, καὶ ἅμα τὰς αἰτίας, δι' ἧς ἠττήθη τε καὶ ἡσχύνθη. 5
ὄθεν τῶν οἰκιῶν ἐκθέοντες, ὡς ἔτυχον ἕκαστοι, φύρδην εἰπεῖν,
ἄνδρες, γυναῖκες, ὁμοῦ καὶ παισὶ, τὰς τε παρόδους καὶ τὰς
D* **Τριόδους** *συχνοὶ καὶ σποράδην καὶ ἀναμιῖξ διελάγχανον, ἄλλοι
κατ' ἄλλα μέρη τῶν ὁδῶν συνιστάμενοι, καὶ ἐποπτεύοντες καὶ
ἀνερευνῶντες ὅστις εἴη ὁ Παλαμῆς, ἐφίεμενοι τοὺς ὁδόντας ἐμ- 10
πῆξαι τῷ τάλαιπῶρῳ, ὅτι τὰ πάτρια τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας*
- V. 497 *καταλύειν τολμῶν δόγματα· καὶ ἅμα συχνοῖς ἀναθέμασι καθυ-
πέβαλλον, ὥσπερ ἀπὸ συνθήματος ἅπαντες· ὡς ἐκεῖνον, δει-
σαντα μὴ διασπαραχθῆ περιφανῶς οὕτωςι, συσταλῆναί τε τὴν
E* **Ἐταχίστην** *καὶ ἀποκρύψασθαι. τῶν δ' ἄλλων, ὅστις ἔγνωται 15
σαφῶς τῆς ἐκεῖνου φατρίας ὦν, χωρὶς πληγῶν οὐδεὶς ἀπηλλάτ-
τετο, πλὴν ὅστις ὑπόκρισιν ἐτέρου προσώπου λαμβάνων ὁμοίως
τοῖς ἄλλοις ἀναθέματι καὶ ἀραῖς Παλαμῆν καὶ αὐτὸς καθυπέ-
βαλλε. καὶ μὲν δὴ κατόπιν ἡμῶς ἐπιόντας τοῖς ὕμνοις ἐγέραιρόν
τε καὶ ἑστεφάνονν, ὡς τῆς πατρίου δόξης καὶ εὐσεβείας ἀθλη- 20*
- F** *τὰς καὶ προβόλους καὶ ῥᾶστα δὴ τὸ ζῆν ἐτοίμους προῖεσθαι
λαμπρῶς ὑπὲρ τῶν κειμένων ἄνωθεν τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας
δογματίων. (E.) Καὶ ὁ μὲν τῆς πρώτης ἡμῖν ἡμέρας ἐκείνης
πλοῦς οὕτω καλῶς καὶ σὺν ἀσφαλείᾳ διήνυσται, τῆς τοῦ Θεοῦ
δεξιᾶς οὐακιζούσης τὴν τῶν ἡμετέρων ἀγώνων ὀλκάδα καὶ κῆμα 25*

eundo, quae viderant et quae audierant, clara voce nunciabant. Sic brevi tempore aures totius urbis pervasit, et spectaculum publicum fuit, victi Palamae et sectatorum eius ignominia: tum quas ob causas victus ac pudore confusus fuisset, divulgatum est. Itaque domibus exsistentes, ut fors tulit, singuli confuso ordine, viri, mulieres, pueri, vicos et compita frequentes, rari, promiscui, inter se partiebantur, et alii aliis vicorum partibus insessis, quisnam esset ille Palamas explorabant et curiose investigabant, atque illi infelici, quod sanctae Dei ecclesiae patria dogmata rescindere auderet, dentem infestum infigere cupiebant: eundemque omnes, velut de compacto, exsecrabantur, multoque et crebro anathemate percelebant. Unde ille, veritus ne sic palam discerneretur, celerrime se subduxit et occuluit. Caeterorum, quos de eius sodalitia esse constitit, plagarum expers nullus effugit, nisi qui, persona alia per simulationem induta, Palamam ipse quoque aliorum exemplo devovisset et anathema esse iussisset. At nos, qui pone sequebamur, tanquam patrii dogmatis Fideique athletas ac propugnatores, atque ut vitam pro antiqua ecclesiae Dei doctrina effundere paratissimos, laudibus remunerabantur et coronabant. (V.) Ita primi illius diei cursum prosperum et inoffensum peregimus, nostram in iis certaminibus navim Dei manu gubernante, et fluctus quoscun-

πᾶν ἀντιβαῖνον ἰσχυρῶς ἀποτρεπομένης. πολλαῖς γὰρ χειμώνων A. C. 1351
 ἀντιπνοαῖς περιτυχόντες, ἀρχοντικῶν τε καὶ ἡγεμονικῶν, πολ- Imp. Io. Can-
 λαῖς δ' ἐμπεπωκότες πειρατῶν εἰπεῖν ἐφεδρεῖαις, πρεσβυτέρων, P. 615
 ἐπισκόπων τε καὶ τῶν τοιούτων (ἐῷ γὰρ τῶν γε παραβομβούν-
 5των κολάκων τὸ πλήθος) ὑπερέσχομεν ξύν γε θεῷ, κινδύνου
 παντὸς καταπεπλευκότες ὑπέρτεροι. εἰ δὲ μὴ καὶ τοὺς ἀνδιστα-
 μένους αἰσθῆσθαι πεπεικάμεν, καὶ ἀνανῆσαι, καθάπερ ἐκ μέθης
 μεγάλης, τῆς πλάνης, καινὸν οὐδέν. κύριοι γὰρ ἡμεῖς οὐ τῆς
 τῶν ἀλλοτρίων γνώμης, ἀλλὰ τῆς πρὸς τὸ τοῦ ζήλου καλὸν ὄρ- B
 0μῆς καὶ τῶν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας λόγων· τῶν δ' ἐντεῦθεν ἀπο-
 βαιόντων, μόνη καθάπαξ ἢ δυναστεύουσα κρίσις ἕμα καὶ χεῖρ.
 ταύτην δ' εἰς ἀντίπαλον τῆς ἀληθείας μοῖραν ἀποθῆραγεῖσαν ὄλο-
 σχερῶς, καὶ τῷ χρόνῳ βεβαιωθεῖσαν, σιδηρᾶν τινα καταστῆναι
 ξυμπέπτωκε καὶ ἀνεπίστροφον ὅλως εἰς τὴν τοῦ κρείττονος φύ-
 5σιν. οὐ γὰρ δικαιοσύνης ἄσκησις, οὐδ' ἐπιστήμης κανόνες, ἀνε- C
 χάλκευσάν τε καὶ οὕτως ἐσφραγίστησαν, ἀλλ' ἐριννύες κακοδαί-
 μονες καὶ πονηρῶν Τελγίνων θίασος. τὰ μὲν γὰρ ἀπὸ δικαίας
 ἀρχόμενα ῥίξης καὶ εὐπαγοῦς μονιμώτερον καὶ τὸ ἄνθος φυλάτ-
 τει, καὶ οὐ ῥᾶστα θορυβούμενον ὑφ' ἡλιακοῦ τινος καύσωνος·
 20 τὰ δ' ἀσθενῆ καὶ ἀδόκιμον ἔχοντα τοῦ καλοῦ τὴν ἀρχὴν ἐν μέσῃ
 τῇ ἀναδρομῇ μαραιομένην ὡς τὰ πολλὰ τὴν τῆς ἀρετῆς ἀκμὴν D
 καταλείπει. διότι ἐκεῖ μὲν αὐτοφρεῖς τινες καὶ αὐτόχθορες τοῦ
 καλοῦ συνοικοῦντες τρόποι πρόδρομον κήρυκα τὴν τοῦ ἄνθους

que oppositos fortiter depellente. Tametsi enim multae nobis procellae a principibus et ab imperatore, ventis quasi reflantibus, obiectae sunt, atque in multas, ut ita dicam, praedonum insidias incurrimus, presbyterorum dico, et episcoporum, aliorumque eiusmodi (omitto adstreptentium adulatorum turbam); tamen, Deo iuvante, ex omnibus periculis emersimus, et appulsa ad portum navi superiores evasimus. Quod si adversariis non persuasimus, sic ut sensum acciperent, et ex errore, tanquam ex magna ebrietate, ad bonam frugem se reciperent, nihil mirum. Quippe penes nos est non voluntas hominum dissidentium, sed eius quae zelo inest laudis studium et veritatem defensura oratio: eventus autem ex iudicio et manu principis praepotente omnino pendent. Porro a veritatis partibus avulsus ille, et adversae factioni addictus, sic tempore obfirmatus est, ut ferreus quodammodo evaserit, et ad melius institutum convertere se haudquaquam curet. Neque enim eum aequitatis ratio explorata, aut aliqua scientiae regula, sed Furiae infelices, et malorum geniorum thiasus, talem reconflarunt, et velut malleatum indurarunt. Quae videlicet ex radice oriuntur bona et solida, eorum flos diuturnior, aestivi solis ardore haud facile affligitur. Quae autem infirmam et minus generosam habent pulchri bonique originem, ea plerumque in medio progressu marcescentem virtutis florem deserunt. Itaque illa quidem ingenuas et indigetes quasi virtutes socias habent, quae evidentibus praesagiis latentem generositatem declaran-

- A. M. 6859 *αὐτάρκη παρέχονται βλάβστην, ἐκ τῆς πρόφανοῦς οἰονεὶ μάντικῆς*
 Ind. 4 *τὰφανοῦς τὴν εὐγένειαν ἐμφανίζοντες. ἐνταῦθα δ' ἀχορήγητον*
ἔχουσαι ῥίζαν ἀγαθῶν πηγῶν ἀφθονίας, αἱ τοῦ ψεύδους αὐλα-
κες, βραχὺ φανεῖσαι, λοιπὸν ἀπεκρῦψαντο. τὸ γὰρ ἀπ' εὐνοίας
 E *καὶ δικαίον πηγαζόμενον ζήλου, εἰ μὴ προσηκόντων ἐπιτυχές κα-*
τασταίη, ἀδικεῖται μὲν οὐκ αὐτό· ἀλλ' ὅς τὰς τῆς δίκης μὲν
λαχῶν διενθύνειν πλάστιγγας, ἔπειτα τῆς τοῦ προσήκοντος ἀποθ-
ραγεῖς φαντασίας, οὐκ ἐνέμεινεν οἷς ἔστειρξεν.
- P. 616 *ε'. Ὁ μέντοι Παλαμῆς περίφοβον ὄλην ἐκείνην τὴν νύκτα*
 V. 498 *διενεγκῶν, καὶ μάλιστα πεφροντισμένην, ἅμα ἔω ἀπῆει ἐς τὰ*
βασιλεία, ὕβριοπαθῶν καὶ μανίας μεστός· καὶ τῷ βουσιλεῖ πα-
ρασιὰς γλώττης ἀσελγεία τὸ μαινόμενον ἐδημοσίευσεν τῆς ψυχῆς,
τά τε χθὲς αὐτῷ συμπεσόντα περιπαθῶς ἀφηγούμενος καὶ πρὸς
 B *πάντας θυμοῦς ἐκριπίζων αὐτοῦ καθ' ἡμῶν τὴν ψυχὴν· καθά-*
περ θαλάττης πρόσωπον, ὅποτε βαρὺς καὶ μαινόμενος ἀπαρκτίας
ἐνσκήψειεν ἐπ' αὐτὴν, αἰτίους ἡμᾶς ὁμόσε προφασιζόμενος γε-
γενῆσθαι τῆς τῶν Βυζαντιῶν ἐκείνης φορᾶς κατ' αὐτοῦ. (B.) Καὶ
„εἰ μὴ διαναστῆναι βούλοιο πρὸς ἐκδίκησιν,” φησὶ, „κατὰ τῆς
βασιλείας αὐτῆς αὐτίκα μάλα τὸν κίνδυνον ἤξειεν προσδόκα. οἶσθα
 C *γὰρ, οἶσθα σαφῶς, ὡς ἔπερ ἔμοι νενόμισται περὶ πίστεως καὶ*
δογμάτων, ταῦτα πάντως καὶ σοί. ἔω γὰρ λέγειν λοιδοριῶν καὶ
χλευασμῶν, εἰρωνείας μεστῶν, ὅποσοι πολλοὶ καὶ ποικίλοι παρὰ
τὰς ἀγνυῖας καὶ πλατείας ἀκρατῶς καλινδοῦνται, μακρὰν ἡμῶν
τὴν ἀσέβειαν ἐγκαλοῦντες, καὶ τῆς ὅλης πίστεως ἐμφανῆ παρα-

tes, florem exuberantem, velut praecurrentem nuncium, praemittunt: haec vero, quia fundus mendax bonorum fontium uberem copiam radici non sufficit, aliquantisper visa assurgere omnino demum evanescent. Enimvero quod ex animo bene affecto et ex zeli iustitia tanquam fonte profluit, id si successu legitimo careat, ipsum quidem iniuria minime afficitur: sed qui lances Iustitiae moderandas sortitus, vera ratione excussus est, nec in iis quae probaverat perseveravit, is vere iniuriam patitur.

5. Caeterum Palamas, totam illam noctem maximo metu et gravissimis curis anxiam cum traduxisset, orto statim die in palatium abit, indignabundus et furoris plenus, ad imperatorem accedit, animum furem impudentibus verbis prodit, quae heri sibi acciderint dolentissime narrat; atque ut Aquilo violentus et insanus irruens agitat faciem aequoris, ita hic omnes iras afflando animum illius ventilat, ob eam scilicet causam, quod Byzantii nostro instinctu illam in se irruptionem fecerint. (II.) Ac, „nisi te,” inquit, „erigas et ad ultionem accingas, in ipsam statim imperatoriam maiestatem periculum invasurum esse exspecta. Scis quippe, scia profecto, quae de Fide et dogmatis opinio mea est, eandem prorsus tuam quoque esse. Nam convitia et plenas ludibrii cavillationes silentio praetero, quibus multis et variis per ipsas vias et plateas intemperanter adversarii indulgent, magnam nobis impietatem et Fidei totius apertam viola-

σπόνδησιν. οὐ γάρ ἔστιν, οὐκ ἔστιν, ἐμοὶ μαχομένους σοὶ γ' εὐ- A. C. 1351
 νοεῖν· οὐδ' αὖ τοῖς ἐμοῖς ἀντιλέγοντας δόγμασιν ἅμα συναί- Imp. Io. Can-
 ρεσθαι σοί. σὺ δ' εἰ μὴ πρὶν, ἀλλὰ νῦν ὀψέ γοῦν ὀρθῶς τῶν tacuz. 5
 ἐμῶν βουλευμάτων ἐκείνων μεμνήσῃ. ἢ οὐδὲ λόγων ἐγὼ σοι προῦ- D
 5 λεγον οὐδὲ μικρῶν γοῦν μεταδιδόναι χρή σφισι καὶ παρῴησίας;
 ἢ πόθεν ἄλλοθεν παμπληθὲς κεκίνηται καθ' ἡμῶν, καὶ τίς εἰς
 τοσαύτην καὶ τοιαύτην κακίαν ἐξέμηγε τὴν ταχίστην, μὴ μόνον
 ὀπόσον τοῦ δήμου, ἀλλ' ἤδη καὶ ὅσον ὄψιν ἔχει τιμῆς τε καὶ
 γένους εὐκλεεστέρου; οὐδαμόθεν ἄλλοθεν, ἢ τῆς τοῦ Γρηγορίου
 0 μακαρρηγορίας ἐκείνης, οὐδὲν γαληνὸν οὐδὲ λεῖον ἐχούσης, ἀλλὰ E
 πολὺ μὲν καὶ ποικίλον, καὶ οἶον εἰπεῖν ἀκανθῶδες ὄλον, τῆς
 περινοίας τὸ ὑφέρπον ἀπεμφαινούσης· δημοτεροῦς δ' ἄλλως,
 καὶ πρὸς γε τὸ δημαγωγικώτερον εὖ συγκεκμημένης, καὶ συνανα-
 χρωννυμένης ἡρέμα πρὸς τὴν πλὴν ἡμῶν τῶν ἄλλων θέλῃσιν. ἢ
 5 πῶς οὐκ ἂν εἰς θάρσος ἐπῆροτο περιφανῶς, οὐδὲν ἀντιβαῖνον καὶ
 βίαιον φάσκοντά σε θειώμενος, οὐδὲ δρωῖντα μηδὲν κατὰ τῆς P. 617
 παρῴησίας καὶ τῶν ἐλέγχων ἐκείνων, καὶ ὅσα μεταξὺν χαριεν-
 τίσματα προῦφερε, κοινῇ κατειρωνευόμενος ἅπαντας καὶ σκώ-
 πτων εἰς ἁμαθίαν, καὶ μηδὲν ἐκ τοῦ ἥττονος φάσκων, ἀλλ' ὄλον
 0 τὸν λόγον κατατεινῶν δόλιχον ἀδεῶς καπὶ γλώττης συχνὰ πα-
 ρεισκυκλῶν ἐκ τοῦ μείζονος τὸ πάτριον σέβας τῆς πίστεως, καὶ τὸ
 μὴ χρῆναι κινεῖν πατέρων ὄρια, μηδ' εὐαγγελίζεσθαι τῶν κυρω- B

2. αὖ τοῖς em. Boiv. pro αὐτοῖς.

tionem exprobrantes. Neque vero fieri potest, ut qui mecum pugnant, ii tibi bene velint, nec qui meis dogmatis contradicunt, socios ii se tibi adiungant. At tu, si non antehac, saltem nunc demum mea illa consilia recte recordaberis. Nonne ego illud te praemonueram, ne pauca quidem dicendi liberiusve proloquendi copiam iis fieri oportere? Undenam vero, nisi inde, quamplurimi in nos consurrexerunt, aut quo instigante tot talesque furias celerrime conceperunt non solum plebei, sed et quotquot dignitate ac generis gloria conspectiores sunt? nulla certe alia re impuls, nisi illa Gregorae oratione perlonga, quae nihil lene aut aequabile habuit; sed quae multiplex et varium et velut salebrosum exhibuit, quidquid subtilius cogitatum sub ipsis verbis latebat et quasi subrepebat; alioqui tamen ad vulgus deliniendum et ad captandum populi favorem accommodata, atque ad omnium voluntatem, praeterquam ad nostram, sensim conformata. Quidni autem ille aperta audacia elatus fuisset, qui te nihil contrarii, nihil duri seu dicere seu facere videbat adversus illam dicendi libertatem, illasque refutationes, et quaecunq; false dicta intermiscuit, cum omnes simul cavillando iocandoque ut indoctos irrideret, ac nihil sic loqueretur ut inferior, sed absque ullo metu totam orationem longius produceret, et patriam Fidei reverentiam, tanquam superior, in ore haberet et subinde iteraret, auctorque esset, ne termini a patribus constituti moverentur, aut praeter illa, quae sancita et recepta essent, alia evangelizarentur; sed ut

- A. M. 6859 *Θέντων καὶ παραληφθέντων ἕτερα, ἀλλ' ἐκείνοις μόνοις ἐμμένειν*
 Ind. 4 *καὶ στέργειν τὸν ἅπαντα χρόνον, οἷς τε ἕμαθέ τις καὶ ἐπιστώθη*
- V. 499 *πρὸς τῶν ἀποστολικῶν κανόνων καὶ θεσμῶν. καὶ τί δεῖ πάντ'*
ἐκεῖνα λέγειν καθ' ἕκαστα; ἴσασι γὰρ ἅπαντες, ὅποσοι τοῦ θεά-
τρον γεγόνασιν ἐκείνου μεστοί, πῶς ἐκείνην σχεδὸν ἀνάλωσε τὴν 5
C *ἡμέραν, ἐν ἀπλότῃτι λόγων ὑποκαθημένην τε καὶ ὑφέρπουσαν*
οἰονεὶ προλογίζων καὶ παραμιγνὺς περινοίαν, καὶ τὰ μὲν οἰκεῖα
ἐξαίρων, τῶν κειμένων ὄρων δῆθεν ἐξιόντα οὐδαμῆ, πασῶν δέ
καὶ παντοίων γεμούσας ἐκτόπων ἐπιεικῶς ἀποφαίνων βλασφημιῶν
τὰς ἐμὰς συγγραφάς· ὡς πάνθ' ὁμοῦ λαμπρῶς ἐκδημιωγηθῆ- 1
ναι τὰ πλήθη· παροξυνθῆναι δ' ἅπαντας καθ' ἡμῶν, ὅσοι τε
τῶν εὐπατριδῶν καὶ ὅσοι τῶν ἄλλως ἐχόντων. ἀλλ' ἄγε δὴ, με-
- D** *ταπεμψάμενος πάντας ἀγορανόμους ὁμοῦ καὶ δημάρχους, κέλευε*
μαστιγίας ἐκείνους ἅπαντας ἀποδείξει ταχέως, καὶ τῶν ἱματίων
γυμνοῦς, καὶ ἅμα πύσαις καὶ παντοδαπαῖς ἐγκεκλεισμένους εἰρ- 1
κταῖς, ὅσοι τοῦ σύρφακος ὄχλου τυχόντες οὐκ αἰδοῦνται τοῖς
ὑπὲρ δύναμιν ἐχειροῦντες, ἵνα μονότροπός τις ἅπασι γένηται
φόβος· ὥστε τῆς ἀγοραίου καὶ θεατρικῆς παρῆρησίας τὴν ταχί-
στην ἀποσχομένους πρὸς τὴν ὠρισμένην ἕκαστον ἐπέγεισθαι τοῦ
- E** *βίου τελευτῆν οὕτωςί. κἀπειτά σοι δεδομένον ἔστω, καὶ προῦρ-* 2
γαίτατον ἁπάντων μάλιστα, συνέδριον ἅμα τῷ πατριάρχῃ τῆ-
μερον πάντων ἐνταῦθα γενέσθαι τῶν ἐπισκόπων. ἅπασι γὰρ ἐπὶ
ξυροῦ τὰ τῆς καταδίκης ἐπίσης ἴσταται, συλλειτουργοῖς καὶ ὁμό-
φροσιν ἅπασιν οὖσιν ἡμῖν· καὶ χρὴ πᾶσιν ἐπίσης φροντίζειν ὑπὲρ
σφῶν αὐτῶν. εἰ δέ τινες, εὐλαβείας προφάσει, τῆς ἡμῶν ὁμο- 2

ea sola perpetuo observarentur et approbarentur, quae quisque didicisset, et quorum fidem ex canonibus et constitutionibus Apostolorum firmam accepisset. Quid vero necesse est omnia et singula recensere? Quicumque illo spectaculo se expleverunt, ii sciunt quomodo ille diem fere consumpserit; occultam et clam subrepentem solertiam in simplicitate sermonis quasi insidiatricem collocans et interserens; ac sua quidem verbis extollens, utpote extra constitutos fines nequaquam evagata; mea autem scripta quibuslibet et cuiusquemodi absurdis blasphemiiis plena utique affirmans. Sic totam multitudinem facile sibi mancipavit; et quoscunque patricios ac diversae conditionis homines in nos irritavit. Agedum Aediles et Tribunos plebis omnes arcesse, tum quotquot de infima plebe non verentur captu suo altiora affectare, quamprimum vestibis exutos, et quolibet passim carcere inclusos, verberibus caedi iube. Ita omnes unus et simplex metus continebit. Ita publica et aperta audacia statim abiecta, praescripta quisque vitae munia studebit implere. Deinde sic statuit, et ante omnia operam dato, ut omnes hodie episcopi cum patriarcha huc conveniant. Periculum quippe evidens et praesens omnibus pariter impendet, ne condemnentur, quoniam ii omnes nobiscum faciunt et sentiunt: adeoque omnes oportet sibi ipsis aequali sollicitudine consulere. Quod si qui per speciem

νοίας ἀπορρήγνυσθαι πάνν τολμῶεν, τάχιστ' ἂν σοῦ βουλομέ- A. C. 1351
 νου τῆς σφετέρας αἰσθοῖντο κακοβουλίας. οὔτε γὰρ ἐκείνους Imp. Io. Can-
 ἔξουσιν οὓς εἶλοντο φίλους, καὶ ἅμα οὓς ἔχουσιν, ἀπολωλεκέναι F tacuz. 5
 σφίσι δεήσει· μᾶλλον δ' ὧν ἔχουσιν ἐπισκοπῶν στερήσονται, καὶ
 5 ἅμα τῶν προσδοκωμένων ἀπὸ σοῦ λημμάτων ἤμισα ἐπιτεύξον-
 ται· καὶ πρὸς γε ὧν ἀποτυγχάνουσι οὔτοι βλέποντες ἀντιλαμβα-
 νομένους ἐτέρους, ἀποπνιγῆσονται ῥᾶστα τοῖς ἐκτόποις νέφεισι
 τῶν λογισμῶν· καὶ ἡ μεταμεληθέντες ἐμπειρίας τοῖς ἄλλοις
 ὑπόδειγμα πρὸς τὸ βέλτιον ἔσονται· ἡ τῇ κακοβουλίᾳ στοιχή-
 10 σαντες, ἦνπερ εἶλοντο, ταύτῃ καὶ συμφθαρῆσονται, γεγονότες P. 618
 εἰς ἀβάτους ἐρημίας ἐξόριστοι. ταύτην ἔγωγε μόνῃν ὁρῶ τὴν
 ὁδὸν, ἐπιρῶσσαι μὲν ἱκανὴν τὰ ἡμέτερα, τὰ δὲ τῶν ἀντιθέτων
 ραδίως κατενεγκεῖν. εἰ γὰρ ἀνίσχυροι τήμερον ὑφ' ἡμῶν οὔτωσὶ
 καθιστάμενοι παρανόμων γράφονται ἡμᾶς, εἰ χώραν ἔξουσι τοῖς
 15 προβαλλομένοις ἐγκλήμασι καὶ θρόνων καὶ τιμῶν ἀπελαύνειν
 ἡμᾶς, ποῦ οὐκ ἂν ἀισχύνης ἐλάσειε τὰ ἡμέτερα, ποῦ δ' οὐκ ἂν B
 ὄφρῦος καὶ τύφου τὰ σφέτερα αὐτῶν; ἢ πολλὴ μεντᾶν εἴη ῥα-
 θυμία, καὶ θανάτου φάναι γείτων κομιδῇ, περιορῶν καθημένους
 ἡμᾶς οὔτωσὶ ἄργους, καὶ τὰ μέγιστα περὶ ἐλαχίστου τιθέντας,
 20 μὴ πρὶν ἢ πᾶν τι παθεῖν, ἀντιπεριόγειν ἐκείνοις ὄλη δυνάμει
 τὰγκλήματα καὶ τοὺς ἐντεῦθεν κινδύνους, ἡμᾶς δὲ καθῆσθαι
 κριτὰς ἐκείνων καὶ ἄρχοντας, καὶ ὅπερ ἂν ἡμῖν δόξειε, τοῦτ' C
 εἶναι σφίσι νόμον καὶ δόγμα, καὶ πᾶν ὅτιπερ ἂν ἡμῖν αὐτοῖς ἐπι-

5. ἀπὸ Boiv. pro ὑπό.

metus, rupto concordiae vinculo, plane a nobis conentur discedere, ii, si velis, imprudentiam suam cito agnoscent, qui nec illos, quos amicos delegerint, habituri sunt, et iis, quos nunc habent, amissis necessario carebunt. Immo et episcopatibus, [quos possident, spoliabuntur, et sperata ex te emolumenta minime consequentur: et cum alios videbunt ea percipere, quorum ipsi possessione exciderint, dolore oppressi dirumpentur; atque aut poenitentiam agentes, exemplo aliis praeibunt, ut quid sit melius cognoscant; aut si in eo, quod amplexi fuerint, malo consilio perseveraverint, in invias solitudines relegati, cum suo illo malo consilio male peribunt. Hanc ego viam solam reperio corroborandis rebus nostris, adversariorum autem partibus deprimendis parem. Nimirum hi, si hodie, viribus per nos ita imminutis, reos nos agunt; quid si obiectis criminibus facultatem habituri sint nos sedibus et dignitatibus expellendi? quanta quaeso ignominia nostra futura est, quantum illis supercilii et arrogantiae accedet! Gravis certe torpor et proximus mortis fuerit, si sic ignavi desidendo, et quae maxima sunt minimi faciendo, res nostras despiciamus, ac non, priusquam quidvis ipsi patiamur, crimina et imminetia inde pericula in eos totis viribus adnixa retorqueamus: ut eorum iudices et praesides sedeamus, eaque illis lex sit, illud placitum, quod a nobis decretum fuerit: denique ut

- A. M. 6859 κλώσειε πεπρωμένη καὶ τύχη, τοῦτ' εἶναι στεφθῶν τῶν σφίσι
 Ind. 4 πραγμάτων κρηπίδα καὶ ἀμετάκλωστον βίου παντὸς ἐφ' ὅδιον." (Γ.) Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως εἴρηται τῷ θαυμαστῷ Παλαμᾷ· καὶ οὐκ εἴρηται μὲν, οὐ πέπρακται δ' εὐθύς· οὐδὲ πέπρακται μὲν Δεὐθύς, οὐχ ὡς συντέτακται δέ· ἀλλὰ καὶ πέπρακται μὲν αὐθιγ-5
 V. 500 μερὸν, τελειότερον δ' ἢ καθ' ἅπαν τὸ σύνθημα. οὕτως ὀξυρόροπον δαίμνουσιν εἰς ἔργα τὸν βασιλέα τῆς τοῦ Παλαμᾷ τιμῆς ὁ πόθος, καὶ πάντων ἔργων ἔμπροσθεν τὰ τῆς ἐκείνου γνώμης τίθεται δόγματα. τὰ μὲν γὰρ ἔπραττε παραχρῆμα, τὰ δ' ἐπηγγέλατο παραχρῆμα. (Δ.) Ἦν τότε ἰδεῖν παντοδαπῶν ἀνθρώπων 10
 Εμεριζομένους τὰς γνώμας, καὶ τῶν μὲν θαρσαλεωτέρων μάλιστα νῦν γινομένων, καὶ πλείονα πῆξιν τῇ πρὸς θεὸν ἐλπίδι καὶ πίστει παρεχομένων, καὶ πρὸς ἀθλητικούς ὀπλιζομένων τὴν γνώμην ἀγῶνας καὶ μαρτυρικά παλαίσματα· τοὺς δ' ὑπ' ὀδόντα τῇ θηριωδία λαιδορουμένους τῶν διωκτῶν· τοὺς δ' ὑπεπτηχότας ὑπὸ θρίκης 15 καὶ δέους τῶν τε παρόντων καὶ φαινομένων δεινῶν, τῶν θ' ὑποπτενομένων μὲν, μείζω δ' ἢ κατὰ τὰ φαινόμενα τὸν θόρον τῇ ψυχῇ προαναφρονούντων· καὶ νῦν μὲν καταδνομένους καὶ κρυπτομένους· νῦν δ' ἀναδνομένους, ὡς ἐξ ἕδου πύλων, καὶ φαινομένους οἷς ἐθάρῃσθαι, καὶ στεναγμοῖς ἀφ' ὀφθαλμοῦ ὁμοῦ καὶ 20 δάκρυσι κλεπτομένοις ὑποδηλοῦντας τὴν ἀδηλον κάμινον τῆς ψυχῆς. εἶεν.

P. 619 ζ'. Οὕτω γε μὴν τουτωνὶ γιγνομένων, καὶ οὕτω πανηγυρί-

quidquid nobis fatum ac fortuna praeferierint, id ii rerum suarum fundamentum firmum et totius vitae praesidium immotum ducant." (III.) Atque haec quidem in hunc modum dicta sunt ab inclyto illo Palama: neque vero sic dicta sunt, ut non statim perfecta sint; neque perfecta quidem statim, sed aliter quam convenerat: enimvero et ea ipsa die, et cumulatus quam quidquid convenerat, peracta fuerunt. Adeo imperatorem, quoties Palamam cupit ornare, ea ipsa cupiditas ad res agendas promptum efficit; adeo quidquid Palamas animo decreverit, id ille rebus omnibus agendis antevertendum putat. Quaedam enim statim exsecutus est, quaedam executurum se statim promisit. (IV.) Ac tum videre erat, homines omnis generis scindi in diversos affectus; aliis tum maxime confidentibus, et firmiorem in Deo spem cum firmiori fide coniunctam collocantibus, animumque ad certamina athletica et ad martyrii luctas armantibus; aliis persecutorum immanitatem mussando accusantibus; aliis consternatis metu et formidine malorum, cum praesentium et oculis obversantium, tum eorum, quorum exspectatio, etsi incerta, maiorem tamen anxietatem animo denunciabat, quam quae ob oculos posita essent; ac modo quidem abdentibus se et latitantibus; modo emergentibus, tanquam ex inferorum portis, et in eorum, quibus fiderent, conspectum prodeuntibus, occultumque animi dolorem per suspiria muta et per lacrymas furtivas significantibus. Esto.

6. Haec cum ita fierent, et ovantis persecutionis theatrum tota civi-

ζοντος διωγμοῦ τῆς πόλεως θέατρον γενομένης ἀπάσης, ἦκεν ἡ A. C. 1351
 τρίτη τῆς προθεσμίας ἡμέρα, καθ' ἣν ἐρχῆν τὴν δευτέραν συν- Imp. Io. Can-
 ἰόντας αὐθις ἡμᾶς ἐκτελεῖν ἐκκλησίαν· καὶ πάλιν εἰς τὴν ἐμὴν tacuz. 5
 οἰκίαν τὸ καθ' ἡμᾶς ἠθροίζετο μέρος, κατὰ τὴν ἤδη ῥηθεῖσαν
 5 εἰκόνα τῆς πρώτης ἐκείνης ἡμέρας. ἐμοὶ μὲν οὖν ἅπαν ἀπηγορευ- B
 κότι τὸ εὐελπι, δι' ἃ μοι δεδήλωται, καὶ μηκέτι μηδὲν τὸ ἀμιλ-
 λώμενον λείπεσθαι πρὸς τοσαύτην ἐξ ἀντιπάλου ῥαγεῖσαν κακίαν
 σαφῶς ἐγνωκότι, καὶ ἅμα ῥοπήν εἰληφύας ἐκ τῶν παρόντων ἀγώ-
 νων καὶ λογισμῶν ἐπιπονώτερον ἤδη πολλῶ τῆς ἐμῆς συνορῶντι
 10 κατορχουμένης κεφαλῆς τὰς συνήθεις ὀδύνας αὐτῆς, βέλτιον ἔδο-
 ξεν, ἐθρόωσθαι φρούσαντα συνόδους καὶ παρῳήσιας τοιαύτας οἰ- C
 κοὶ καθῆσθαι, κἄν τι δέη παθεῖν, οἴκοι τοῦτο παθεῖν· ἴν' εἰ
 μή τι τὸν ἅπαντα βίον οὐ μὴ τεθέεται οἶκος πρὸς ἄρετὴν διακεί-
 μενον εὔ, ἀλλ' οὖν τοῖς ἐμοῖς τελευταίοις βαπτόμενος αἵμασιν
 15 ὄψῃ γοῦν μίαν ταύτην γνοίη με κεκτημένον ἄρετὴν πολλοῦ τινος
 ἀξίαν, τὸ μὴ πολλοῦ τινος ἄξιον νομίζειν τὸ ζῆν. (B.) Διὸ τοῖς ἄλ-
 λοις ἀνάγκην προσῆγον μὴ βραδύνειν, ἀλλὰ τοῖς ἐμοῖς βοηθοῦντας D
 νοσήμασιν ἀπιέναι προθύμως, οὐκ εἰς ἐλέγχους καὶ διαλέξεις ἀλη-
 θείας ζητουμένης· ἀπειρηκέναι γὰρ καὶ αὐτὴν ἤδη καὶ πρὸς αἰθε-
 20 ρίους ἀποπτῆναι θαλάμους, ἀφανεία κεκαλυμμένην μακροῦ· ἀλλ' V. 501
 εἰς σφαγὴν καὶ μαρτυρικὰ παλαίσματα καὶ θανάτον μακροῦ δει-
 νότερα δεσμοωτήρια. τοιαύτην γὰρ καθ' ἡμῶν ἐξενηνέχθαι χθές καὶ
 πρότετα, δεσμοῖς ἀδαμαντίνοις τισὶ καὶ ἀρρήκτοις κεκυρωμένην, E
 ψῆφον πρὸς τῶν ἀντιπάλων καὶ τῆς ἔξουσίας ἀρχόντων. τῶν γὰρ

tas exstitisset, advenit praefiniti temporis dies tertius, quo nos oportebat
 rursus convenire, et alteram concionem celebrare. Atque in meam domum
 rursus, ut prima illa die, eodem quo dixi modo, confluxere ii, qui nostrarum
 partium erant. At ego, qui ob eas, quas declaravi, causas spem omnem
 bonam abieceram, ac mihi nihil iam reliquum esse certo sciebam, quod ei
 quae tanta ex adverso erupisset improbitati sustinendae par foret, simul-
 que eos dolores, qui in caput meum grassari solent, maiorem in modum
 certaminibus et curis praesentibus aggravari videbam, satius duxi, conci-
 liis et liberrimis illis sermonibus valere iussis, domi sedere, et si quid per-
 ferendum esset, id domi perferre; ut me domus mea, si minus per totam
 vitam ad virtutem recte institutum vidisset, saltem cruore meo ad extre-
 mum tincta, quantumvis sero agnosceret instructum ea virtute, quae, cum
 vitam haud magni faceret, magni ipsa fieri deberet. (II.) Quamobrem ab
 aliis vehementer coepi contendere, ne cunctarentur, sed ut mihi aegro
 succurrentes abirent alacriter, non ad veritatem per argumenta et dispu-
 tationes investigandam; iam quippe et ipsam cessisse, et densa caligine in-
 volutam in caelum avolasse; sed ad caedem, ad martyrii luctamina, ad
 vincula denique omni morte graviora. Nempe eam in nos ab adversariis,
 et ab iis, penes quos potestas esset, heri et nudiustertius latam esse sen-
 tentiam, adamantinis quibusdam et irruptis nodis munitam. Nam mitiores

- A. M. 6359 *μετριωτέρων, ἃ τοῖς ἔξωτεροῖς καὶ τὸ πλεῖστον δημοτικοῖς κατε-*
Ind. 4 ψήφισται, τὰ μὲν ἤδη πέπρακται, τὰ δ' ἔτι πρῶττεται, τὰ δὲ καὶ
πραχθήσεται. καὶ τούτων οὐδὲν οὐδένα πάντων ἑμῶν ἀγνοεῖν
- P. 620 *οἴομαι, Θορύβου τοσοῦτον τὴν πόλιν περιηγήσαντος ἅπασαν.*
χρεῶν οὖν, μὴ φιλοψυχούντας, ἀλλ' ἐρῶμένους, ὁμόσε πρὸς
τοὺς τοιοῦτους χωρεῖν ἀγῶνας. θνητῆς γὰρ λαχοῦσι φύσεως ἦν
μὴ νῦν θανεῖν ἐξῆ, διὰ γοῦν τὸ τῆς φύσεως ὄφλημα τεθνήξε-
σθαι πάντως ἔψεται προῖοῦσι· καὶ δεῖ μὴ τὸν ἀκλεῖα πρὸ τοῦ
μετ' εὐκλείας περιμεῖναι θάνατον. (Γ.) Μιᾶ δ' ἀπειρηκότων
φωνῆ, μὴ ἐθέλειν χωρεῖν ἐς βασιλείους προκλήσεις καὶ οὕτω βαρ-
B *βαρικὰ συνέδρια πλὴν ἐμοῦ, δείσας ἐγὼ μὴ πρόφασιν τοῦτ' εἰ-*
ληφόσιν ἐκείνοις, οἷς πάντα λίθον κινεῖν καθ' ἡμῶν περίεστιν,
ἐρήμην καθ' ἡμῶν εὐχερῶς καταδικαιτῶν ἐπιγένηται, μάλα μό-
λις τῆς καθέδρας ἐξαναστὰς ἅμα πᾶσιν ἐκείνοις ἀπῆειν ἐκεῖσε
ἀποθανοῦμενος, καὶ τῇ ἐκεῖ τελευτῇ συμπαραπέμψων τὰ πολυε-
τῇ μου τῆς κεφαλῆς νοσήματα. (Δ.) Ἄρτι δὲ περὶ που τὰ μέ-
C *σα γενομένοις τῆς βασιλείου αὐτῆς ἀπῆντησέ τις ἡμῖν τῶν πά-*
νυ τῷ βασιλεῖ προσφκειωμένων, καὶ μόνον ἀπάντων ἔμεγε ἀπει-
ληφῶς προσῆγε τῷ βασιλεῖ. κοινολογήσασθαι γὰρ ἔλεγε βούλε-
σθαι μοι τῶν αὐτῶ γε ἀποθῶτων ἔστιν ἅ. προσεληλυθότι μοι
2 *γοῦν τυχεῖν προσγεγένηται μὲν, παρὰ δόξαν μὲν ἐμοί, σφίσι*
δ' ἐξεπίτηδες σφόδρα, τινὸς τῶν πάνυ μοι φίλων ἐκ παλαιοῦ,
D *διὰ βυσιλικῆς κἀκείνου προκλήσεως ἐκεῖσε τῆνικαῦτα παρόντος*

roenae, quae in laicos, eosque maximam partem plebeios, decretae fuerunt, eae partim vel iam sumptae sunt, vel nunc quoque sumuntur, vel postea exigentur. Neminem autem ex vobis puto quicquam horum ignorare, tantus tumultus totam urbem personuit. Oportet itaque vos, non conservandae vitae cupidos, sed animo forti instructos, istis certaminibus vosmet obiiicere. Mortalem naturam sortiti estis. Proinde etsi licet nunc vobis mortem effugere, tamen naturae debitum eiusmodi est, ut aetate longius provecitis omnino mori necesse futurum sit. Nec vos decet, gloriosa morte posthabita, eam exspectare, quae laude caritura est. (III.) Illi vero una voce renunciant, nolle se imperatoris vocatu tam barbara concilia sine me adire. Quamobrem veritus, ne illi qui omnem in nos lapidem movent, hac occasione arrepta, sententiam in nos, velut deserti vadimonii reos, facile pronunciant, aegre tandem e sede excitatus, cum iis omnibus moriturus, et inveteratos capitis morbos simul cum vita dimissurus, illuc me contuli. (IV.) Iam nos fere in media palatii aula versabamur, cum ex intimis imperatoris quidam accurrit. Is unum me ex omnibus assumptum ad imperatorem deducit. Eum scilicet nonnulla mecum velle communicare aiebat, quae arcana sibi essent. Ubi propius accessi, quendam veteri amicitia mihi coniunctissimum offendo, qui et ipse imperatoris vocatu illic tum aderat mei gratia. Id ut mihi nec opinanti, ita illis omni-

ἐμοῦ γε εἶνεκα. ὧν μεταξὺ καθεσθῆντι μοι λέγειν ἤρξαντο κατὰ A. C. 1351
 συνεκδοχὴν καὶ ἀμοιβαδὸν, παρὰ θατέρου ἄτερος τὰς τῶν λό- Imp. Io. Can-
 γων ἀφορμὰς πορίζοντές τε καὶ ποριζόμενοι, καὶ πείθειν ἐπιχει- tacuz. 5
 ροῦντες, πρῶτον μὲν χρημάτων ἐπαγγελίαις ἀφθόνοις, καὶ ὃ μοι
 5 πρὸς βουλήσεως εἶη ἂν ἕτερον ἅπαν. ἐπεὶ δ' ἐντεῦθεν τῶν σκο-
 πουμένων ἠλαύνοντο, μηδὲ τὴν πρώτην ἀκοὴν ἐμοῦ γε προσιε- E
 μένον μηδὲ μικρὸν γοῦν, τὸν δεύτερον πλοῦν διαλέγεσθαι ἐπε-
 χείρησαν. (E.) Καὶ ἦν ἡ τῆς διαλέξεως εἰσαγωγή· ὅτι τε τῆς
 θεότητος ὄνομα δεύτερόν ἐστι τῆς θείας οὐσίας καὶ ταῖς ἀκτί-
 10 στοις ἐνεργείαις κυρίως μᾶλλον ἀρμόττει· καὶ ὅτι τῶν τοιούτων
 ἀκτίστων ἐνεργειῶν πολλὴ καὶ ἄπειρος ἐκ τῆς θείας οὐσίας ἐστὶν
 ἡ διαφορὰ, καὶ τῶν ἐνεργειῶν γινώσκομεν τὸν θεόν· καὶ ὡς ὁ
 μέγας φησὶ Βασίλειος, „ἐκ μὲν τῶν ἐνεργειῶν γνωρίζειν λέγομεν F
 τὸν θεὸν ἡμῶν, τῇ δ' οὐσίᾳ αὐτοῦ προσεγγίζειν οὐχ ὑπισχνού-
 15 μεθα. αἱ μὲν γὰρ ἐνεργεῖαι αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς καταβαίνουσιν· ἡ
 δ' οὐσία αὐτοῦ μένει ἀπρόσιτος.” ταῦτα καὶ τὰ παραπλήσια λέ-
 γοντες ἐπῆγον οἰκείας παρεξηγήσεις καὶ συλλογισμοὺς ἐκτόπους
 καὶ ἀνοσίους καὶ μαινομένους· ὡς ἐπειδὴ πρὸς ἡμᾶς αἱ ἐνεργεῖαι
 καταβαίνουσι, καὶ τούτων γνωρίζομεν τὸν θεόν, ἄκτιστοι ἄρα
 20 εἰσὶ θεότητες· καὶ ὅσοι μὴ συμφωνοῦσιν ἡμῖν, βλασφήμους ἔαν- P. 621
 τοὺς καθιστῶσι περιφανῶς. (ς'.) Ἐμοὶ δὲ καὶ ἀσθενῶς ἔχοντι,
 καὶ μόνῳ τῶν ἄλλων ἀπειλημένῳ συμμάχων ἀπροσδοκῆτως ἐνε- V. 502

12. καὶ em. Boiv. pro κάν.

14. ἡμᾶς conl. Boiv.

no praemeditatis accidit. Ego vero inter illos consedi. Tum autem ii
 coeperunt vicissim et alternis me alloqui, alter alteri mutua suppeditantes
 dicendi argumenta. Ac magna primum pecuniae vi et omni alia re, quam-
 cunque optavissem, promissa, inflectere conati sunt. Deinde, quia hac
 non succedebat, propterea quod nec prima quidem dicta auribus vel mini-
 mum admitterem, altero demum et velut subsidiario conatu, ad disputan-
 dum mecum aggressi sunt. (V.) Disputationem hinc ordiri visum est,
 quod nomen θεότητος inferius esset substantia divina, et magis proprie
 operationibus increatis conveniret: item quod operationes hae increatae
 magno et infinito discrimine a divina substantia distarent; quodque ex ope-
 rationibus Deum cognosceremus, dicente magno Basilio: „Deum ex ope-
 rationibus quidem cognoscere nos dicimus; at appropinquaturos esse ad eius
 substantiam non promittimus: quoniam eius operationes ad nos descen-
 dunt; substantia vero eiusdem inaccessibleis manet.” Haec et similia cum
 dictarent, perversas de suo interpretationes, argumentationesque ab-
 surdas, impias, et insanas subiungebant: quoniam nempe operationes ad
 nos descenderent, atque ex iis nos Deum cognosceremus, oportere eas in-
 creatas esse divinitates; et quorum dicta cum suis non consentirent, eos
 palam blasphemiae reos sese constituere. (VI.) Ego vero, qui et aegro-
 tabam, et caeteris sociis exclusis unus praeter spem insidiosis retibus in-

A. M. 6859 *δρευνόντων δικτύων ἐντός, τί ἔδει ποιεῖν ἕτερον, ἢ βραχυλογία*
 Ind. 4 *χρησαμένῳ, εἰ δυναμῆν, ἀπαλλάττεσθαι τὴν ταχίστην; οὐ γὰρ*
φυγομαχεῖν εὐθὺς ἐχρῆν, καὶ ταῦτα πρόφασιν ἱκανὴν κεκτημέ-
B *νους ἀποφυγῆς τὴν τε νόσον καὶ ἅμα τὴν μόνωσιν. ἢ γὰρ ἂν*
κατὰ νότου κείσεσθαι ἔμελλον, δειλίας γραφόμενοι καὶ λειπο-
ταξίου δίκην ἐπάγοντες. πρὸς μὲν οὖν τὸ τῆς θεότητος ὄνομα,
μὴ τῇ οὐσίᾳ μᾶλλον ἢ ταῖς ἐνεργείαις ἀρμόττειν κυρίως καὶ πρώ-
τως, πρώτην ποιουμένῳ καὶ τὴν ἀπάντησιν, ἤραξε παραχρῆμα
πρὸς λύσιν τὸ τοῦ Θεοῦ πατρὸς ἐκεῖνο γεγονός ἀνὰ στόμα· „θεοῦ
δὲ ὅταν εἴπω, λέγω πατρὸς, υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος, οὔτε
C *ὕπὲρ ταῦτα τῆς θεότητος χρομένης, ἵνα μὴ δῆμιον θεῶν εἰσαγά-*
γωμεν, οὔτε ἐντός τούτων ὀριζομένης, ἵνα μὴ πενίαν θεότητος
κατακριθῶμεν.” καὶ πάλιν· „θεοῦ δὲ ὅταν εἴπω, ἐνὶ φωτὶ περι-
στράφθητε καὶ τρισὶν· ἐνὶ μὲν κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον, εἴτ’
οὖν θεότητος· τρισὶ κατὰ τὰς ιδιότητας, εἴτ’ οὖν ὑποστάσεις, 15
εἴ τιτι φίλον καλεῖν, ἢ πρόσωπα. οὐδὲν γὰρ περὶ τῶν ὀνομάτων
ζυγομαχῆσομεν, ἕως ἂν πρὸς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν αἱ συλλαβαὶ φέ-
D *ρωσι. διαίρεται γὰρ ἀδιαίρετως, ἵνα οὕτως εἴπω, καὶ συνάπτε-*
ται διηρημένως. Ἐν γὰρ ἐν τρισὶν ἢ θεότης, καὶ τὰ τρία ἐν, τὰ
ἐν οἷς ἢ θεότης, ἢ τό γε ἀκριβέστερον εἰπεῖν, ἢ ἢ θεότης· τὰς 20
δὲ ὑπερβολὰς καὶ ἐλλείψεις ἐλλείψωμεν.” καὶ ὁ Νυσσαῖων δ’
ὁμοίως φάσκει Γρηγόριος· „εἰ τὸ ΘΕΟΣ ὄνομα οὐσίας σημαν-

3. *κεκτημένους Boiv. pro κεκτημένοις. 9. ΣΧΟΛ. τοῦ θεολόγου,*
εἰς τὸ ἅγιον πάσχα. 13. ΣΧΟΛ. τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ εἰς τὰ φῶτα.
 22. *ΣΧΟΛ. ἐκ τοῦ πρὸς Ἑλληνας.*

terceptus haerebam, quid aliud facere debui, nisi ut me, si possem, brevi oratione quamprimum inde expedirem? Pugnam certe detrectare statim haud oportuit, tametsi declinandi idonea ratio erat morbus ipse cum solitudine coniunctus. Illi enim a tergo instantes crimen mihi timiditatis obiecturi, et quod locum deseruissem, reum acturi fuissent. Ad argumentum igitur ex eo ductum, quod nomen θεότητος proprie et primario non magis substantiae quam operationibus conveniret, primum respondi; eique refellendo suffecit statim illud divi doctoris, quod tum mihi praesto in ore exstitit: „Cum Dei dico, Patris dico et Filii et Spiritus sancti. Divinitas nec ultra haec diffunditur, ne Deorum turbam inducamus; nec citra hos fines consistit, ne de inopia divinitatis damnemur.” Et rursus: „Dei autem cum dico, uno lumine et tribus circumfusi irradiemini: uno quidem, secundum rationem substantiae seu divinitatis; tribus autem, secundum proprietates seu hypostases (si quis malit ita vocare) seu personas. Nam de nominibus nulla nobis rixa futura est, quamdiu syllabae ad eandem notionem ferent. Quippe et indivisim dividitur, ut ita dicam, et divisim connectitur: quoniam divinitas unum est in tribus; et tria illa, in quibus est divinitas, seu quae, ut accuratius loquar, divinitas est, unum sunt. Excessus autem ac defectus omittamus.” Pariter et Gregorius Nyssenus ait: „si hoc nomen, **D**rus, substantiam significat, unam divinae Trinitatis sub-

τικόν ἐστι, μίαν οὐσίαν ὁμολογοῦντες τῆς ἁγίας τριάδος ἕνα A. C. 1351
 θεὸν εἰκότως δογματίζομεν, ἐπειδὴ μιᾶς οὐσίας ἐν ὄνομα τὸ ^{Imp. Io. Can-}
 ΘΕΟΣ ἐστι." καὶ πάλιν · „ἐστι τοίνυν ἰδίωμα τῆς αἰδίου οὐσίας, E ^{tacuz. 5}
 ἧς ἐστι πατὴρ καὶ υἱὸς καὶ ἅγιον πνεῦμα, τὸ πάντα ἐποπτεύειν
 5 καὶ θεωρεῖν καὶ γινώσκειν, οὐ μόνον τὰ ἔργω γινόμενα, ἀλλὰ
 καὶ τὰ τῶ νῶ λαμβανόμενα· ὅπερ μόνης ἐστὶν ἐκείνης τῆς οὐ-
 σίας. ἐντεῦθεν εἰλημμένον τὸ ΘΕΟΣ ὄνομα, κυρίως λεγόμενον,
 σημαίνει τὴν οὐσίαν ἐκείνην, ἣ δεσπόζει πάντων ὡς ἀληθῶς." καὶ
 πάλιν · „μιᾶς τοιγαροῦν ὑπαρχούσης τῆς οὐσίας, ἧς ἐστι πατὴρ F
 10 καὶ υἱὸς καὶ ἅγιον πνεῦμα, καὶ ἐνὸς τοῦ παραδηλοῦντος αὐτὴν
 ὀνόματος, φημι δὴ τοῦ ΘΕΟΣ, εἷς θεὸς ἐστὶ κυρίως καὶ ἀκο-
 λουθότερον τῶ λόγῳ τῆς οὐσίας." (Z.) Ταῦτα μὲν δὴ οὖν, καὶ
 ὅσα ἄλλα τῶν θείων πατέρων ἐκ τοῦ προχείρου τέως ἐπήει τῇ
 μνήμῃ, τὴν ὁμοίαν ἀκολουθίαν αἰεὶ διασώζοντα, καθόσον ἐφι- P. 622
 15 κτὸν, προενεγκόντες ἐκείνη τῇ διαλέξει περὶ τοῦ τῆς θεότητος ὀνό-
 ματος ἕξ αὐτοσχεδίου δεδώκαμεν. καὶ ἅμα ὠνείδιζον ἔγωγε σφί-
 σιν, ὅτι τῶν θείων πατέρων τῇ θείᾳ οὐσίᾳ τὸ τῆς θεότητος ὄνομα
 διαβρόθήδην διδόντων, αὐτοὶ παρεξηγούμενοι προδήλως ἐκείνους
 συκοφαντοῦσιν. ὄνομα γὰρ κύριον ἢ μὴ ὑπάρχειν ὅλως τῇ θείᾳ
 20 φασὶν οὐσίᾳ, ἢ ἡμῖν γε μὴ ὑπάρχειν· ὃ δ' οὖν σφίσι δογματι- B
 σθὲν ἐκ τῶν τιμωτέρων ἡμῖν ἐκδέδοται, στέργειν καὶ ἡμᾶς εἶναι
 ἀνάγκην, καὶ μηδαμῇ περαιτέρω προβαίνειν, μηδὲ πολυπραγμο-
 νεῖν. εἰ δέ που καὶ δι' οἰκονομίαν τινὰ ἐπίοις ἐνίοτε καὶ ἐνιαχοῦ

stantiam confitendo, unum Deum statuere nos apparet; quoniam unius sub-
 stantiae unum nomen est, DEUS." Et rursus: „est igitur proprietates aeter-
 nae substantiae, cuius substantiae est Pater et Filius et Spiritus sanctus,
 quod omnia inspectet, contempletur, et cognoscat, non solum quae re ipsa
 existunt, sed et quae intellectu tantum percipiuntur; quod est solius eiusce
 substantiae. Hinc sumptum est nomen θεός, quod proprie dictum sub-
 stantiam illam significat, quae omnium vere domina est." Et rursus: „cum
 itaque una sit substantia, cuius est Pater et Filius et Spiritus sanctus, et
 unum nomen eam denotet, nemo Deus; erit proprie unus Deus: idque
 ipsius substantiae rationi magis consentaneum est." (VII.) Haec nos, et
 quaecunque alia sanctorum Patrum dicta in promptu tum fuerunt atque in
 mentem venerunt, similem usque consecutionem quoad fieri potuit conser-
 vantia, produximus, et ad illam de divinitatis nomine disputationem ex
 tempore adhibuimus. Tum hoc illis simul exprobravi, quod cum sancti
 Patres nomen θεότητος diserte tribuerent divinae substantiae, hi perpe-
 ram interpretando aperte illos calumniarentur. Etenim aiunt ii, divinae
 substantiae nomen proprium vel non exsistere, vel nobis haud exsistere.
 Quod itaque iidem, ab excellentioribus attributis ductum, in rebus dogma-
 ticis usurparunt, et nobis tradiderunt, eo nos contentos esse necessario
 oportere, non autem ultra progredi et curiosius inquirere. Quod si qui
 singulari aliqua ratione aliquando et alicubi dissonum quid pronunciassent,

- A M. 6859 παρέφθειγκαί τι, δόξαν ἴσως ἐναντιολογίας παρέχον, μὴ νόμον
 Ind. 4 εἶναι τὸ σπάνιον τε καὶ δυσδιάγνωστον. (H.) Περὶ δ' ὧν αὐ-
 V. 503 θις τὸν μέγαν εἰσῆγον ἐκείνοι Βασίλειον, λέγοντα γινώσκειν ἐκ
 C τῶν ἐνεργειῶν ἡμᾶς τὸν Θεόν· ἀλλὰ μὴν ἀκρίστους ἐκεῖνος ἤκιστα
 φάσκει Θεότητας εἶναι τὰς τοιαύτας ἐνεργείας, ἔγωγε ἔφασκον. 5
 ἢ γοῦν μὴ δι' ἑαυτῶν ἀναγινώσκειν ὅλως ἀπεφαινόμην αὐτούς,
 ἢ ἀναγινώσκοντας μὴ γινώσκειν ὅλως ἢ ἀναγινώσκουσιν. εἰπὼν
 γὰρ ὁ Θεῖος πατήρ, ἐκ τῶν ἐνεργειῶν γινώσκειν ἡμᾶς τὸν Θεόν,
 ἐν τῇ αὐτῇ παρακατιῶν ἐπιστολῇ ἑαυτὸν αὐτὸς ἐξηγεῖται, φάσκων·
 D „οἱ μαθηταὶ πότε αὐτὸν προσεκύνησαν; οὐχ ὅτε τὴν κτίσιν αὐτῶ 10
 εἶδον ὑποτεταγμένην; ἀπὸ γὰρ θαλάσσης καὶ ἀνέμων ὑπακου-
 σάντων αὐτῶ ἐγνώρισαν αὐτοῦ τὴν Θεότητα. οὐκοῦν ἀπὸ μὲν
 τῶν ἐνεργειῶν ἢ γνώσις· ἀπὸ δὲ τῆς γνώσεως ἢ προσκύνησις”. „καὶ
 ἅμα ὁρᾶτε,” ἔφασκον, „ἐνεργείας τὰ θαύματα λέγοντα τὸν Θεῖον
 διδάσκαλον. πῶς οὖν θάλασσαν καὶ ἀνέμους καὶ τὰ τοιαῦτα Θεό- 15
 E τητας ἀκρίστους φατέ, καὶ τοὺς Θεῖους πρηστῆρας οὐ φρίττετε;
 ἔπειτα οὐδέ τοι τὸν τῶν ὄντων γινώσκομεν αἴτιον· καὶ τῆς δια-
 φοραῆς τῶν ὄντων τὴν τοῦ ὄντος διδασκόμεθα σοφίαν, τὸν νῖόν·
 καὶ ἐκ τῆς τῶν ὄντων φυσικῆς κινήσεως τὴν ἐννύστατον τοῦ
 ὄντος μανθάνομεν ζῶην, τὴν τῶν ὄντων ζωοποιὸν δύναμιν, τὸ 20
 πνεῦμα τὸ ἅγιον.” (Θ.) Ὁ βασιλεὺς δ' εὐθύς ἀνίσταται, γέμων
 F ὄργης καὶ θυμοῦ· καὶ βραχὺ προβάς τοῦ θαλάμου τὸ ποιητέον
 ἐκοινολογεῖτο κρύφα τῷ τε Παλαμῇ καὶ τοῖς ἐπισκόποις· εἶναι

17. καὶ ἐκ conii. Boiv.

quod contrarie dictum videri posset, id quidem, utpote rarum et obscurum, legem non esse. (VIII.) Quatenus autem Basilium Magnum inducebant, dicentem cognosci a nobis Deum ex operationibus; „at eas operationes”, inquam, „minime ille increatas divinitates esse ait.” Omnino ergo, aut ipsos per se non legere, aut legendo non intelligere ea quae legerent, affirmabam. Nam sanctus hic Pater, postquam dixit, Deum ex operationibus cognosci a nobis, suam ipse mentem infra in eadem epistola interpretatur his verbis: „Discipuli quando eum adorarunt? Non cum creaturam ei submissam viderunt? Nempe ii divinitatem eius ex eo cognoverunt, quod et mare et venti obedirent ei. Itaque ex operationibus nata cognitio, ex cognitione adoratio.” „Ac videte”, inquam, „simul sanctum hunc doctorem operationes vocantem ea, quae sunt miracula. Quomodo itaque vos mare et ventos et similia increatas vocatis divinitates; tum iidem igneos Dei turbines haud exhorrescitis? Iam vero nec ipsum entium auctorem cognoscimus, sed ex varietate entium sapientiam eius qui est, nempe Filium, cognoscimus; et ex motu entium naturali vitam eius, qui est, per se subsistentem intelligimus, nempe entium vivificam virtutem, Spiritum sanctum.” (IX.) Ibi imperator irae et indignationis plenus surrexit, et paulo extra cubiculum progressus coepit clam cum Palama et episcopis quid agendum esset consultare: verba quippe in praesenti negotio vim persua-

γὰρ ἀνίσχυρον ἐνταυθοῖ τὴν ἐκ λόγων πειθῶ. καὶ ῥήματα πάν- A. C. 1351
των ἄλλων εὗρισκε τρόπον οὐδένα, τὴν ταχίστην ἀποσκευάσα- Imp. Io. Can-
σθαι πάντας ἡμᾶς, ἢ καθ' ὡς ὁ Παλαμῆς τε αὐτῷ προεξωγρά- tacuz. 5
φησεν ὑποθήκας καὶ αὐτὸς ἤδη πείρα μεμάθηκεν ἀκριβῶς. αἱ
5 δὲ ἦσαν ἀποψηφίσεσθαι κομιδῇ τὴν διὰ γραφικῶν ἀποδείξεων
ἤδη διάλεξιν· ἥμισυ γὰρ εἶναι σφισιν ἐντεῦθεν τὰς ἀποβάσεις P. 623
λυσιτελούσας· θῦττον γὰρ ἂν παθεῖν ὑφ' ἡμῶν αὐτοὺς, ἢ δρῶν
καθ' ἡμῶν ἐμελέτησαν, ἢ δρῶν ἢ παθεῖν ἡμᾶς ἐμελέτησαν. συνέ-
θεντο δ' ἐξῶσαι τοῦ συνεδρίου καὶ τὸν Τύρου ἐπίσκοπον, τοῦ τῶν
10 Ἀντιοχείων πατριάρχου τὰ δίκαια φέροντα· εἰ δ' ἐπιμένων ἐνίστα-
το, προβαλλόμενος τὴν ἐκείνου κατὰ τοῦ Παλαμῆ καθαιρέσιν τε
καὶ ἀποκήρυξιν, κἀκεῖνον αὐτῷ συγκαθελεῖν εὐθὺς καὶ τῆς ἡμῶν B
ἐκτεμεῖν ἐκκλησίας. (I.) Ὅθεν ἔδοξεν, ὕβρεσι καὶ διαβολαῖς ἀπο-
σκευασαμένοις πρότερον ἡμᾶς ἐκκλητικώτερον τρόπον, καθ' ἧσιν
15 χίαν ψηφίσεσθαι τε καὶ δογματίζειν τὰ τοιαῦθ' ἅπαντα κατὰ βού-
λησιν, μηκέτ' ὄντος ὅς ἀντιστήσεται μηδενός· εἶναι γὰρ ὡς τὰ πολ-
λὰ πολλάκις ἔφρασκον τὰ τῶν δρωμένων θρασύτερα πολλῶ τῶν πρῶ-
τοτέρων ἀνυσιμώτερα. ταῦτα πολὺν ἐνέσταξεν ἡμερον ταῖς τῶν ἐπι- C
σκόπων ψυχαῖς, ἐξ ἀμάξης ἀναίδην παρῶρησιάζεσθαι καθ' ἡμῶν.
20 καὶ τί γὰρ μοχθηροτέrais ψυχαῖς, ἀμαθία συντεθραμμέναις
παντὸς ἀγαθοῦ, ῥῆον ἄλλο τῶν ἄλλων ἕτερον, ἢ πρὸς ἀτόπους
ὁρμᾶς προτροπή; δείσαντες γὰρ, μὴ πρὸς τῶν θείων γραφῶν
ἀσεβεῖς ἐξελεγχθῶσιν, ἀσέβειαν δρῶσι πάνυ πανηγυρικὴν ὁμοῦ

dendi minimam habere. Atque ut nos quamprimum amoliretur, nullam plane aliam rationem reperit faciliorem ea, quam et Palamas praeceptis suis designatam ei proposuisset, et ipse iam usu probatam penitus cognovisset. Id autem erat, omnino iam abrogandam esse eiusmodi disputationem, quae ex Scripturis argumenta repeteret: inde scilicet consequi eos exitus, qui haudquaquam sibi expedirent: quae enim illi in nos exsequi meditententur, ea ipsos a nobis passuros citius, quam exsecuturos ea, quae nos pati voluissent. Iidem Concilio expellere constituunt episcopum Tyri, qui patriarchae Antiocheni iura tuebatur: quod si is persisteret et instaret, illius patriarchae sententiam allegando, qua Palamas depositus damnatusque esset, tum ipsum quoque statim cum patriarcha exauctorare, et ab ecclesiae nostrae communionem abscindere. (X.) Prius itaque nos, contumeliis et calumniis atrocioribus percussos, amovere statuunt; quo deinde illa omnia ad libitum tranquille decernant, et pro dogmatis haberi iubeant, ubi iam nemo futurus sit qui adversetur. Plerumque enim et saepius efficaciora esse aiebant ea, quae audacius, quam quae segnius agerentur. Id episcoporum animis magnam instillavit libidinem incessendi nos convitiis palam ac petulanter, velut de plastro. Ecquid porro deterioribus ingeniis, in quibus coalita inest boni omnis ignorantia, magis proclive, quam ad insanos affectus labi et impelli? Nempe ii veriti, ne ex sacris Scripturis impii arguerentur, magna pompa, magno apparatu velut in theatro ex-

- A. M. 6859 καὶ Θεατρικὴν ὁμοιον, ὡσπερ ἂν εἴ τις ἐν πελάγει νηχόμενος,
 Ind. 4 **D** εἶτα ψεκάδας ἰδὼν καὶ βροχῆς ἀμυδρὰ προοίμια, ὕφαλος κατε-
 δύετο πρὸς τὸ πέλαγος, μὴ διάβροχος ὑπὸ τῶν ἕριων ψεκάδων
 V. 504 ἐκείνων γένηται. (I.A.) Ὁ μὲν γὰρ Παλαμῆς, παρεγκλίνας μι-
 κρὸν, ἕξενολόγει καὶ συνήθροϊζε τῶν περιβομβεῖν καὶ παραβομ-
 βεῖν καὶ παραφθέγγεσθαι δυναμένων οἷς ἐνετύγχανεν· οἱ δ' ἠ-
 γκόνον τὰς ἀτόπους καθ' ἡμῶν γλώττας.
- P. 624 **ζ'**. Εἰσκεκληκότες γὰρ καὶ ἡμᾶς ὀψέ μετ' ὀργῆς, βίαιοι κα-
 θάπαξ καὶ τάνοσια πάντα γίνονται τολμηροὶ καθ' ἡμῶν· καὶ
 τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας προστάται καὶ οἱ ποιμαίνειν λαχόντες 10
 τὸν τοῦ Θεοῦ διαφθείρουσιν ἀμπελῶνα· καὶ ὅσα κατὰ τῶν τοι-
 ούτων ἢ θεία ἐτραγώδησε πάλαι γραφή. (B.) Καὶ πρῶτον μὲν
 B ὁ βασιλεὺς, ὑπὸ δειλίας ἐλαννόμενος ἐκείνης, ἦν ὁ Παλαμῆς
 πρότριτα ταῖς τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς ἐνέσπειρεν αὐλαξί, τὰς παλα-
 μναιοτάτας ὕβρεις καὶ ἀπειλὰς καθ' ἡμῶν ἐξετόξενεν, οὐκ Ἀτλαν- 15
 τικοῦ κληρουχίας πελάγους, καὶ γῆς ποιήσειν ἕξω τῆς οἰκουμένης
 (Ἐξέρξου γὰρ ταῦτα καὶ τῆς ἐκείνου βαρβαρικῆς ἀπονοίας καὶ
 τρυφῆς ἦν) ἄλλα δ' ἐκείνων μελίζω καὶ σφόδρα ἀπάδοντα, ὡς
 εἰρησεται προϊόντος τοῦ λόγου. τῶν γὰρ ἀνίσων καὶ ἀνομοίων ἄρ-
 C χῶν τε καὶ προαιρέσεων, ἄνισά τε καὶ ἀνόμοια πάντως εἶναι εἰκὸς 20
 καὶ τὰ τῶν πραττομένων ἐκατέρωθεν λήγοντα. οὐδὲ γὰρ πάτριον
 ἐκεῖνος ἐξώμνυτο σέβας, οὐδὲ θρησκείαν θρησκείας ἠλλάττετο,
 οὐδ' ἐθῶν καὶ δογμάτων ἔθη καὶ δόγματα, παλαιῶν καινότερα

positam impietatem suam re declarant: perinde illi facientes, ac si quis in mari natans, stillis demum et levibus pluviae praeludiis conspectis, profundo mari sese immergat, ne aëriis illis roribus perfundatur. (XI.) Etenim Palamas, paulatim inde abscedens, auxiliares copias accitum ivit, et quoscunque circumstrepenti, obstrepenti, et importune obloquendi facultate pollentes reperit, eos omnes congregavit. Hi autem insolentes linguas in nos acuebant.

7. Tandem et nobis iracunde introvocatis, violenti prorsus et ad omne scelus prompti in nos consurgunt; ac ecclesiae Dei antistites, ii scilicet, quibus pastorum munus obtigit, vineam Dei vastant. Omitto caetera, quae adversus eiusmodi homin s sacra Scriptura tragice olim declamavit. (II.) Ac primum quidem imperator, illo metu agitatus, quem triduo ante Palamas animo eius altius impresserat, contumeliis et minis dirissimis, velut telis quibusdam, nos incessit; non ille incolendum Atlanticum mare, nec extra terram habitabilem quaerenda exsilia comminatus (quippe haec Xerxem et barbaricam eius dementiam ac lasciviam decebant) sed alia his graviora et multum abhorrentia, ut infra dicitur. Scilicet ubi principia et instituta inaequalia et dissimilia sunt, ibi etiam inaequales et dissimiles utrinque esse actionum exitus plane consentaneum est. Porro ille nec religionem patriam abiuraverat, nec morem doctrinamque veterem novo recensque constituto more doctrinaque mutaverat, nec fidem, ei quem colebat Deo

καὶ νεότακτα· οὐδ' ὄρκους ἐπάτει θρησκευομένου Θεοῦ. (Γ.) *Ei* A. C. 1351
 δέ τις ἐνίσταται, Ξέρξην θανμάζων ἐκείνον, ὅτι γῆς καὶ θαλάσ- ^{Imp. Io. Can-}
 σης ἦρχε πάνυ τοι πλείστης, καὶ στρατὸν ἐπήγετο μυριάριθμον, D ^{tacuz. 5}
 ὧν ἡμεῖς παντάπασιν ἰσπερήμεθα· ἀλλὰ θεοτήτων καὶ θεῶν
 5 ὑπείρων τε καὶ ἀκτίστων ἥκιστα εἶχε στρατόπεδα· ἀλλὰ πάντ'
 ἦσαν αὐτῷ κτιστὰ καὶ θνητὰ κατ' αὐτόν. ὃ δὴ καὶ αὐτὸς ἑαυτῷ
 μεμαρτύρηκε, νῦν μὲν γελῶν, νῦν δὲ δακρύων· τὸ μὲν ὅτι πλεί- E
 στης ἡπείρου καὶ θαλάττης καὶ στρατοπέδων ἄρχει παμπόλλων·
 τὸ δὲ ὅτι, θνητῶν καὶ προσκαίρων ὑπαρχόντων, οὐδεὶς ὑπὲρ τὰ
 10 ἑκατὸν ἔσται φαινόμενος ἔτη, οὗτ' αὐτὸς, οὗτ' οὐδεὶς οὐδαμῆ
 τῶν αὐτῷ ἐπομένων. οὐ γὰρ ἦν πω τότε Παλαμᾶς, οὐδὲ τῷ
 πολλῷ συνῆν ἐκεῖνῳ βασιλεῖ παραπλήσιος ἐν τοσοῦτοις στρατεύ- P. 625
 μασι οὐδεὶς Παλαμᾶ τουτωῖ, τεχνητὴν κτίζων ἀθανασίαν καὶ
 ἀκτισίαν, καθάπερ τοὺς κεραυνοὺς καὶ πρησιτῆρας ἐκ γῆς οἱ
 15 Κύκλωπες πάλαι κατὰ τοὺς μύθους τῷ Διὶ· ἐνταῦθα δὲ τοὺς
 τοιοῦτους φόβους ὑπερορίους εἶναι, καὶ λήθης καλύπτεσθαι μάλα V. 505
 πνθμέσιν ὑποβρυχίοις, ἢ τ' ἀκτίστων ἅμα καὶ ἀθανάτων τῶν
 τ' ἐχόντων ἅμα καὶ τῶν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων. εἶεν. (Δ.) Ἀρξά- B
 μένων δ' ἔξις καὶ τῶν ἐπισκόπων λαλεῖν, ἣν ἀκούειν νῦν μὲν
 20 δικτύων καὶ θαλάσσης ἀπόζοντας λόγους· νῦν δὲ σκαπάνης τιγὸς
 καὶ δικέλλης ἀξίους· νῦν δ' οὐδὲν καμινιαίας αἰθάλης ἀπεικί-
 τας, τῷ ἀμυρῷ τε καὶ δυσήχῳ καὶ ἀνάρθρῳ τῆς λαλιᾶς. καὶ

2. ὅτι Boiv. pro ὅτε.

18. ἐκτὸς conī. Boiv. pro ἐκ.

iuratum, pedibus subiecerat. (III.) Quod si quis Xerxem illum miratus instet ac dicat, eum terrae et maris tractibus quam longissimis imperasse, et innumerabiles secum exercitus ductasse, quibus nos rebus omnino deficiamus: at is (respondebitur) divinitates Deosque infinitos et increatos in castris minime habebat; sed erant illi omnia creata et mortalia, eique similia. Cuius rei et ipse sibi testis fuit, nunc ridendo, nunc flendo. Ridebat autem, quod imperium terra et mari latissime patens et exercitus numerosissimos haberet; idem flebat, quod cum hi mortales et caduci ad certum tempus duraturi essent, nemo post centesimum annum usquam compariturus foret, non ipse, non ullus alius ex iis, qui se sequerentur. Nimirum eo tempore Palamas nondum erat, nec in tanto exercitu cum rege potentissimo versabatur quisquam huic Palamae similis, qui immortalitatem et increatam naturam per artem crearet, quemadmodum de terra olim fulmina et tela ignea Iovi fabulosi illi Cyclopes. Hinc vero longe absunt ii metus, altissima oblivione velut demersi, propterea quod increati et immortales sint tum principes, tum ii qui principibus parent. (IV.) Deinceps cum et episcopi loqui coepissent, audire erat eos sermones, qui nunc retia et mare redolerent, nunc sarculum et ligonem saperent, nunc fornacis fuligine tincti viderentur. Adeo obscura, et sono ipso dura, nec bene articulis distincta, illorum oratio erat. Ut paucis dicam, nihil tum frugi,

- A. M. 6859 συνελόντι φάναι, πλὴν τῶν ἐπισκοπικῶν ἐνδυμάτων οὐδὲν
 Ind. 4 C ὄγιες ὄραῖν καὶ ἀκούειν τέως ἦν ἐκεῖ. (E.) Βουλευθέντων δὲ καὶ
 ἡμῶν ἀντιφθέγγασθαι τι μικρὸν, κραυγαῖς ἀσήμοις τε καὶ ἀνάρ-
 θροις καὶ συνεχεῖ πατάγῳ χειρῶν ἔξεπίτηδες ἡμᾶς τε ὑπερεφώνουν
 ἐκεῖνοι καὶ σιωπῆν κατηνάγκαζον, καθάπερ ἀγριουμένης θα-5
 λάττης μεμηνότα κύματα τοὺς ἀνὰ τὸν αἰγιαλὸν ὁμιλοῦντας ἠρέ-
 μα. ἔω γὰρ λέγειν, ὅτι παρ' οὐδὲν ἐληλύθεσαν ἡμᾶς διαρῶξαι,
 καθάπερ αἱ Βάχαι πάλαι Πενθέα, φασὶν ἀττικίζοντες μῦθοι.
 D ἄλλ' ἡμῶν γε ἐπιμενόντων ἔτι, καὶ μικρὰν τινα λόγου ζητούν-
 των χώραν ἡμῖν ἐγγενέσθαι, οὐτ' ἤκουεν οὔτε προσεῖχεν οὐδεὶς. 10
 (ς.) Ὅψε δ' ἐνιδῶν βλοσυρόν τι καὶ ἀπηγοιωμένον ὁ βασιλεὺς
 πρὸς ἡμᾶς, „χαρίεν,” ἔφη, „τουτὶ, κατεσπονδασμένους ἐθέλειν
 ποιῆσθαι λόγους τῆς ἐμῆς οἰκίας ἐντὸς, οὐχ ἐκόντος ἐμοῦ, τοὺς
 E τῆς ἐμῆς θελήσεως ἐχθίστους, καὶ οὐς οὐκ ἔχω πῶς ὀνομάσας.”
 ταῦτ' ἔλεγεν ὁ ἀδρῆπῆς ἐκεῖνος κριτῆς, ὁ τὴν μέσην καὶ ἀπαρέγ- 15
 κλιτον καὶ οὐδαμῇ ποθ' ἑτεροῶρεπῇ βαδίζειν ὁμωμοκῶς. (Z.) Ἐγὼ
 τοίνυν, καὶ πάλαι μὲν περιαλγῆς ὢν ἐκ τῆς κεφαλῆς, ἤδη δὲ καὶ
 λύπη λύπην προσειλήφειν, ἐκ τοῦ μηδὲ τριτημόριον πρὸς τῶν
 ἀντιθέτων ἐμοὶ καταλελειφθαι τοῦ χοροῦ τῶν ἐμῶν φοιτητῶν.
 F ἰδόντες γὰρ ἐκεῖνοι τῇ προτεραία πλείστους μὲν ἐμὲ περιῶσταμέ- 20
 νους ἐκείνων, πλείστους δ' ἔγγιστα καθημένους ἐμοῦ, ζηλοτυπία
 βαρεῖα τὸν οἰκεῖον καθ' ἡμῶν ἀνεχάλκευσάν τε καὶ ἀνεπύρσευσαν

14. πῶς ὀνομάσω conī. Boiv.

praeter episcopalem habitum, illic vel videres vel audires. (V.) Volentibus autem nobis paululum contra hiscere, illi de industria indistinctis confusisque clamoribus editis, et complois usque manibus, nostras voces vincebant; et nos, velut saevientis pelagi furentes undae eos, qui in littore placide colloquuntur, conticescere cogebant. Nam quod nihil abfuerit, quin nos illi, ut olim Pentheum Bacchae fabulis Atticis celebratae, membratim discerperent, id quidem ego sileo. Ac quanquam adhuc exspectantes maneremus, et ut nobis exiguus saltem dicendi locus esset postularem, nemo nec audivit nec animum advertit. (VI.) Demum imperator, torvo quodam et esferato obtutu in nos fixo, „lepidum sane istud,” inquit, „homines voluntati meae infensissimos, quos equidem quo nomine appellem nescio, velle mea in domo me invito orationes habere accurate elaboratas.” Haec iudex aequus, qui se medium et indeclinabilem fore et neutram in partem propensurum unquam iuraverat. (VII.) Mihi igitur, qui capitis dolore vehementissimo iampridem laborabam, novus dolor accessit, eo quod ab adversariis nec tertia quidem mihi pars relicta esset mei discipulorum chori: quorum plurimos circumstare me, plurimos item proxime assidere, cum vidissent superiori die; gravi zelotypia affecti multo vehementiorem invidiam in nos suam reconflarunt, ac velut incendium ventilan-

φθόνον ἐς τὸ πάντῃ ἀκραιότερον, καὶ τῶν τε οἰκείων ἐκείνοις A. C. 1351
ἠπέιλησαν δήμευσιν καὶ ἀγώγιμον εἰς εἰρκτὴν τοῦπιτίμιον εἶναι, Imp. Io. Can-
εἴ τις ἀλοίῃ τὸ δεύτερον ἔτι συνέδριον ἕμοι συμπαραῶν. διὸ καὶ tacuz. 5

ὅσοι τὰς ψυχὰς ἀσθενέστεροι πρὸς τοιούτους ἦσαν ἀγῶνας καὶ P. 626

ἑπείρας, ἡρέμα τῆς ἐμῆς ἐγγύτητος ἀπηλλάττοντο· οἱ δ' ἔτι παρέ-
μενον τῇ προτέρᾳ σιγῇ, ὡς ἐκάστῳ προαιρέσειώς τε καὶ γνώμης
ἐνῆν. (H.) Ταῦτα τοίνυν ὁρῶν ἐγὼ, καὶ ἅμα τὸν βασιλέα πολυ-
τρόπως ἐπ' αὐτοφώρῳ μαχόμενον ἡμῖν συνορῶν, καὶ πρὸς γέ ἔτι

φθόνον πνέοντας τοὺς ἐπισκόπους καθ' ἡμῶν, ἀναστὰς ἐξῆρξεν τοῦ
10 βήματος καὶ ἅμα ἐώρων συνεξιώντας ἅπαν τὸ μέρος ἕμοι. καὶ B
θροῦς ἐγεγόνει πολὺς, τοῦ μὲν βασιλέως κατέχειν ἐγκελευομένου
τοῖς πελευφόροις, καὶ μὴ εἶν ἀπιέναι ἡμᾶς· ἡμῶν δὲ αἰρουμέ-
νων θάνατον μᾶλλον, ἢ τὸ ληστρικὸν ἐκεῖνο συνέδριον ἐστῶσιν
ὁρᾶν ὀφθαλμοῖς. ὁπὲ δ' ὁ σεμνὸς Παλαμᾶς, αὐτῷ λογισάμενος

15 εἶναι καθ' ἡδονὴν τὴν ἡμῶν ἀπουσίαν, ἀπιέναι παρήγει τῷ βα-
σιλεῖ. ῥᾶον γὰρ εἶναι σφισιν ἔλεγεν ἐντεῦθεν ἡμᾶς τε φυγοδικίας C
γράφεσθαι καὶ σφῶς ταχίστην ἐπιτιθέναι ταῖς καθ' ἡμῶν οὕτω
ψήφοις τὴν τελευτήν, ἢ παρόντων καὶ ἀντιλεγόντων ἡμῶν.

(Θ.) Διὸ καὶ, ἀπιόντων ἡμῶν, ὕμνοις οἱ περὶ Παλαμᾶν πάντῃ V. 506

20 παμπόλλοις ἐγέραιρον τὸν βασιλέα, ἐξ οὐρίας ἐκείνοις τὰ κατὰ
βούλησιν παρεχόμενον πλεῖν· καὶ τοιαύταις κολακείαις τὸ τῆς
ψυχῆς ἐκείνου κατέψων ἡδόμενον. ὡς γὰρ ἐς τὰς ἵπποδρομίας D
ῥαδίαν ταῖς τῶν ἵππων δίδωσιν ἀμίλλαις τὰ τῶν πεδίων ἵππῃ-

do excitarunt, bonorum publicationem minati, eaque indicta poena, ut qui mecum in altero consessu affuturus esset, is deprehensus in carcerem duceretur. Hinc factum est, ut quotquot ad eiusmodi certamina et pericula subeunda animo erant minus forti, ii paulatim a latere meo discesserint; alii vero in priore silentio perstiterint, pro sua quisque voluntate et sententia. (VIII.) Ego itaque, cum et haec viderem, et simul imperatorem multis modis palam nobis adversari intelligerem; tum praeterea episcopus cernerem in nos saevire et caedem spirare, surrexi et e curia excessi; ac eos, qui partium nostrarum erant, mecum omnes exeuntes conspicatus sum. Ibi magnus rumor exortus, cum et imperator lictoribus ediceret, ne abire sinerent sed tenerent; et nos mortem praeoptaremus, quam ut Concilium illud latrocinii simile intueremur fixis oculis. Tandem venerabilis ille Palamas, qui absentiam nostram sibi iucundam esse sentiebat, auctor imperatori exstitit, ut nos missos faceret. Facilius quippe futurum sibi aiebat, detrectati iudicii nos accusare, atque ita ferendis in nos decretis finem imponere, quam si et adessemus et contradiceremus. (IX.) Quare Palamitae, abeuntibus nobis, imperatorem, quod secundam et optatam puppi suae auram adspirasset, profusis laudibus remunerabantur, et eiusmodi adulationibus titillatum eius animum permulcebant. Nempe ut patentes campi equis certantibus facilem cursum offerunt, sic ille

A. M. 6859 *λατα*, οὕτως ἀνειμένας εἶωθε παρέχειν καὶ αὐτὸς κομιδῇ τοῖς
 Ind. 4
 A. C. 1351 *κόλαξι τὰς ἀκοῦς αἰ.* εἶτα καθ' αὐτοὺς αὐτοὶ καὶ λέγοντες καὶ
 Imp. Io. Can- *δρῶντες ἐπέβαινον ὅσα τὸ βουλόμενόν σφισιν ἐπήγγελλε τῆς*
 tacuz. 5 *ψυχῆς.*

assentatoribus vacuas aures commodare omni tempore prorsus consuevit.
 Itaque illi iam soli secum, quidquid animi libido dictavisset, verbis pari-
 ter et factis exsequebantur.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΚΑ.

NICEPHORI GREGORAE

BYZANTINAE HISTORIAE

LIBER VIGESIMUS PRIMUS.

ARGUMENTUM.

Cantacuzenus Gregoram arcessit. Animum eius tentat solitis artibus; nullo autem successu. Quae hactenus in Concilio dixerit, ea pacis et concordiae studio dixisse se affirmat. Maiorem in posterum acquitatem suam fore promittit. Palamitarum doli, consilium, fiducia (Cap. 1). Sessionem tertiam orthodoxi a Fidei professione auspicantur. Excerpta ex libris Palamae leguntur et expenduntur. Illius in se defendendo labor irritus. Gregoras unum ex discipulis producit, qui disputandi munus excipiat. Palamas, victus ab adolescente, omnibus deridiculo est. Ex viginti capitibus tria tantum excussa. Exitus tertiae sessionis (2). Acta post sessionem tertiam. Sessio quarta, eademque ultima. Orthodoxi partim volentes, partim etiam nolentes adsunt. Imperatoris iracundiae, protinus erupturae, Gregoras caute occurrit. Recitantur aliquot capita, ex libris Palamae excerpta. Episcopi nonnulli, ex illius amicis, dogmatum novorum insolentia offensi, turbas cient. Palamae violentia. Cantacuzeni iniquitas. Testimonia a Palamitis allata examinantur. Gregoras fusiozem narrationem et accuratas refutationes editurum se promittit, si mortis pericula imminetia effugiat. Redit ad propositum. Tumultus et confusio. Quid tandem decretum sit. Orthodoxi vapulant. Episcopis duobus adempta insignia dignitatis; barba vellicata. Gregorae discipulis quid acciderit. Episcopus Tyri cur sessioni ultimae haud interfuerit. Gregoras et alii ut dimissi sint (3). Gregoras domo includitur. Silentium ei perpetuum indicitur. Consolatur se melioris fortunae spe, quam ei spondet ipsa rerum humanarum mutabilitas. Idem cum illustrium Sanctorum casibus suam calamitatem comparat. S. Basilii verba ad praesens tempus accommodat. Alia sanctorum Patrum dicta subiuncturum se promittit, quae tamen haud profert (4). Palamitae victores impudenter exsultant. Praemia eis data. Poenae orthodoxis irrogatae. Palamitarum dogma impium. Saevitia. Tomus synodicus. Gregoram multi ex amicis deserunt; atque

etiam Cabasilas. Huius ingenium et studia. Ut Gregorius Nazianzenus eiusmodi homines alloquutus sit. Gregoras suam sortem deplorat. Salomonis verba. Darii morientis apophthegma (5). Tomus synodicus inuinitatis caeremoniis consecratus. Auctoribus probro est. Palamitae magna et praeclara imperatori promittunt. Byzantina suburbia a Genuitis Galatacis incenduntur. Palamitarum promissa exitu ipso refutata. Rerum hodiernarum cum antiquis comparatio. Qui hodie persecutionem patiuntur, eorum conditio peior est quam antiquitus fuit. Orthodoxi non habent quo fugiant. Imperium angustissimis finibus comprehensum. Somnia prophetica explosa; idque verbis D. Basilii, quae in Palamitas apte admodum cadunt (6).

- A. M. 6859 **Α'**. **Κ**αὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον, καὶ οὕτω τὰ τῆς
 Ind. 4 δευτέρας καθέδρας ἠνύετο. ὁ μὲντοι βασιλεὺς καθ' ἑαυτὸν τῆ
 P. 627 ὑστεραία γενόμενος, καὶ συνιδὼν, ὡς οὐκ εὐδοία σφισι τὰ τῆς
 καθ' ἡμῶν ἔσται ἐπιβουλῆς, εἰ μὴ παροῦσιν ἡμῖν ἐπιθεῖεν τὰ
 ψηφιζόμενα, δύο παρῆλθον ἡμέραι, καὶ μετ' ἄπειρον ἔσχεν ἐμὲ, 5
 καὶ ταῖς εἰωθυλαῖς αὐθιγῶν θωπείαις τε καὶ τῶν βασιλικῶν ἐκείνων
 Β δωρεῶν ἐπειροῦτο παραφέρειν ἐπαγγελταῖς· οὐκ οἶδα, εἴθ' ἐκὼν
 ἐπιλανθανόμενος, εἴτ' ἄκων ἀπατώμενός τε καὶ συναρπάξιν ἐπι-
 χειρῶν. ἃ γὰρ οὐ δις καὶ τρίς μόνον, ἀλλ' ἐπτάκις εἰπεῖν ἐπτά
 διελὼν καὶ εἰπὼν, καὶ ἀποτυχῶν, ταῦτα παρεσκευκλῶν ἀεὶ καὶ 1
 ἔς ταῦτ' ἀπαλινδρομῶν, ἕτερά τε καὶ διάφορα πρὸς διαφόρους,
 καὶ οὐ πρὸς ἓνα ἐμὲ τὰ αὐτὰ, λέγειν ᾤετο. (B.) Ὅμως ταῦτα
 C λέγων προσενεκάλει τὰ πρότερα γεγονόθ' ἡμῖν, ἡμῶν κατα-
 πτόμενος, μὴ συνιέντων δῆθεν τῆς σπουδῆς ἐκείνης καὶ τοῦ σκο-
 ποῦ, πρὸς εἰρήνην ἀστασίαστον οἰκονομικῶς σχηματίζοντος καὶ 1
 ποικίλλοντος τοὺς τε λόγους καὶ διὰ κύκλου τινός, ἀδήλου τοῖς
 10. ἀπέτυχεν conī. Boiv. 11. ταῦτ' ἀ Boiv. pro ταῦτα.

Et haec quidem ita se habuerunt, et hic finis fuit secundae sessionis. At imperator, qui postera die secum privatim animadverterat, non cessura esse feliciter ea, quae in nos machinati essent, nisi ipsi praesentibus nobis eam quam tulissent legem imponerent; duobus ex eo diebus elapsis, me arcessitum solitis blanditiis et illarum rursus largitionum principalium pollicitationibus conatur pervertere; nescio utrum sponte oblitus, an praeter voluntatem deceptus, et obrepenti studio delusus. Nimirum is, quae dicendo et exponendo, non solum bis terque, sed et septies quasi septimo, nil profecerat, ea cum repeteret semper, et eodem subinde recurret, alia et diversa apud diversos homines, non autem eadem apud me unum, dictitare se arbitrabatur. (II.) Tamen ille haec sic dicebat, ut etiam ea, quae triduo ante a nobis facta essent, criminaretur, et nos verbis corripere; qui illud videlicet studium consiliumque eius non intellexissemus, sermones suos ad pacis concordiam caute et providenter componentis, eosque variantis, ac per circuitus quosdam vulgo ignotos circumdu-

πλείστοις, περιϊόντος καὶ περιύγοντος, καὶ τὰς διαφόρους τῶν A. C. 1351
 πλείστων μετεωρίζοντος γνώμας. καὶ κείνῳ μὲν, ταῦτα καὶ τὰ ^{Imp. lo. Can-}
 τοιαῦτα λέγοντι, τὰς εἰωθυίας καὶ μείζους τῶν ἀντιθρόησεων ἀ- ^{tacuz. 5}
 τεπῆγον αὐτός. καὶ πολλὴν ἰδίᾳ διατετριφότες ἐν τούτοις ἡμέραν D
 5 ἐπ' ἀτελέστοις αὐθις διελύθημεν ταῖς ἑλίσι. ὁμως ἤξιον πάλιν
 καὶ ἐπηγγέλλετο, συνελθυσθῶσιν αὐθις ἡμῖν διδόναι τὴν τοῦ
 λέγειν ἄπασαν ἄδειαν, ὡς εἰκὸς, καὶ μὴ συνηγορεῖν ὁμοίως ἔτι
 τῷ Παλαμῷ, μηδὲ τοῖς ἐκείνου πᾶσαν διδόναι ῥοπήν. (Γ.) Ἐξ P. 628
 παρῆλθον ἐκεῖθεν ἡμέραι, μέχρις ἂν ἐς ἀντάρκην παρασκευῆν τὰ
 10 ἐκείνων ἀπαρτισθῆ καθ' ἡμῶν δίκτυα. ὧν γὰρ ἐν τοῖς δυσὶν
 ἐκείνοις ἀπετύγχανον συνεδρίοις, ταῦτ' ἐπανορθοῦντες (ὡς V. 507
 ᾄδοντο) νῦν πρὸς τὸ σφίσι βέλτιον, θαρσύαλεώτερον ἤδη τὸ τοῦ
 ἀγῶνος ἀνεκαλοῦντο στάδιον. καὶ πάλιν εἶχεν ἡμῶς τὸ συνέδριον
 ἐκεῖνο καὶ τὸ βασιλεῖον βῆμα.

15 β'. Βέλτιον δ' ἔδοξεν ἡμῖν, ἐκ πρώτης εἰπεῖν ἀφειρησίας B
 ἀποκρονομένοις τὰς τῶν ἐφεδρευόντων ἐκείνων ἐπιβουλάς, παρ-
 ῥησία τὸ τῆς καθολικῆς ἀναγνώσιν πίστεως ἱερὸν σύμβολον, ἐς
 κοινὴν καὶ συνήθη τοῖς ὀρθοδόξοις ὁμολογίαν. (B.) Οὗ δὲ γε-
 νομένου, τῶν τοῦ Παλαμῷ βλασφημῶν δογματῶν τὰ γνωριστώ-
 20 τερα τοῖς πολλοῖς, ἕφ' ἡμῶν ἐκλεγέντα, πρὸς τοῦ ἡμετέρου μέ- C
 ρους ἀνεγνώσκειτο παρῥησία, παρακειμένων ἅμα καὶ τῶν αὐτοῦ
 συγγραμμάτων, καὶ τὸ ἀπαράλλακτον ἅπαν περιφανῶς μαρτυ-
 ρούντων. ὅθεν οὐκ ἦν αὐτῷ πρὸς οὐδὲν ἀναδύεσθαι τῶν ἐγκε-
 κλημένων, καίτοι πολλάκις μὲν ἐπιχειρήσαντι, πολλάκις δ' ἐπι-

centis, atque ita diversas plurimorum hominum mentes suspendentis. Haec
 et talia dicenti solitas ego et validiores solito responsiones opponebam.
 In his magnam diei partem cum privatim colloquendo consumpsissemus, spe
 irrita rursus discessimus. Caeterum velle se denuo aiebat spondebatque,
 ubi nos rursum convenissemus, omnem dicendi licentiam dare, ita ut par
 esset; ac non aequae ut antea patrocinarer Palamae, et eius partibus favo-
 rem omnem accommodare. (III.) Dies inde sex effluunt, dum retia, quae
 nobis tendebantur, perfecte parata et instructa essent. Quae enim in illis
 duabus prioribus sessionibus nullo successu gesserant, ea nunc, prout me-
 lius sibi futurum esset, reformare se existimantes, maiore iam audacia
 stadium et certamen repetebant. Ac nos rursus idem Concilium et illa prin-
 cipalis curia praesentes habuit.

2. Porro melius visum nobis est, insidiantium fraudes in ipso, ut aiunt,
 limine eludere, sacro catholicae Fidei symbolo palam et alta voce, secun-
 dum communem et usitatam orthodoxorum professionem, perlecto. (II.) Id
 ubi factum est, coeperunt deinde impia Palamae dogmata, ea scilicet
 quae vulgo notiora excerpteramus, palam et ipsa a nostris perlegi, appo-
 sitis eiusdem scriptis, quae differentiam omnem prorsus abesse luculenter
 attestabantur. Itaque illi nullum crimen obiiciebatur, unde posset fugien-
 do et elabendo se expedire: quod cum saepe tentasset, toties haesit suis

- A. M. 6859 σχεθέντι, ἐμποδῶν τῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων ἐκ τοῦ προφανοῦς
 Ind. 4 **D**ίσταμένων καὶ ἐπιστομιζόντων λαμπρῶς. καὶ τὰ μὲν πλεῖστα
 διὰ μῆκος καὶ κόρον παρῆται. τῆς γὰρ αὐτῆς κακείνα ποιό-
 τητος ἦν. ὡσπερ γὰρ ἐπὶ θαλάττης πικρῶς οὐ τότε μὲν τῶν
 μερῶν ἀπωθεῖται τὴν γεῦσιν, ἐκεῖνο δ' οὐ· ἀλλὰ πάνθ' ὁμοῦ⁵
 τὴν αὐτὴν παρῆει τοῖς γενομένοις ποιότητα· οὕτω καὶ πάντ'
 ἐκεῖνα τάνδρὸς τουτουῖ συγγράμματα τῶν αὐτῶν ἐκπέφανται
 βλασφημιῶν ἐχόμενα. διαφορὰν μὲν γὰρ ἴσως εἶδεν ἂν τις κατὰ
Eτὸ μᾶλλον καὶ ἥτιον τοῦ βλασφημεῖν· κακίας δ' οὐδὲν οὐδαμῆ
 τῶν μερῶν ἐξιστάμενον. (Γ.) Ἦν γε μὴν τοιαυτὰ τὰ προκομι-
 P. 629 σθέντα, καὶ οὕτως ἔχοντα.*** (Δ.) Τούτων ἕνια μὲν καὶ τῷ
 πρώτῳ τῆς ἡμέρας βήματι, προκομισθέντα πρὸς ἐμοῦ, περι-
 φανῆ τὴν ἀντιρροήσιν ἔσχηκεν, ὡς ἀνωτέρω μοι γέγραπται· τῶν
 δ' ἄλλων ἕνια καὶ αὐτὸς ὠμολόγει κατὰ τὴν λέξιν ἡμαρτήσθαι
 αὐτῷ, καὶ διορθοῦσθαι ὑπισχεῖτο· κατὰ μέντοι τὸν νοῦν πάντ'¹⁵
 ἔχειν ὑγιῶς διετείνετο. ἀποδεικνύειν δ' ἀρξάμενος οὐκ εἶχεν ἀγίων
Bοῦδένα σύμμαχον, ὅτι μὴ συγγένων καὶ παραφθεύρων καὶ ἅμα πα-
 ρεξηγούμενος, καὶ οἷον αὐτὸς ἐαυτῷ μαχόμενος. ὁ γὰρ τῷ οἰκείῳ νῶ
 τὰς οἰκείας λέξεις μὴ τιθέναι συμφώνους δυνάμενος ἄκων αὐτὸς
 ἐαυτῷ μάχεται· ὁ δ' ἐαυτῷ μαχόμενος σχολῆ μεντιᾶν ἑτέρῳ συμ-
 φωνοίῃ τῶν πάντων, σχολῆ δ' ἂν ἀπόσχοιτό πάσαις ἀγίων γραφαῖς

11. Desunt hoc loco dogmata excerpta ex libris Palamae. Erant autem capita viginti, ut infra dicitur. Hic defectus suppleri potest ex errorum Palamae Synopsi, edita ab Arcudio. Sed et non pauca, ex iisdem Palamae libris excerpta, infra reperies in disputatione Gregorae cum Cabasila. BOIV.

ipsius scriptis manifeste impeditus, et plane obmutescere coactus. Ac pleaque, quod longiora essent, fastidii vitandi causa omissa sunt. Erant quippe illa eiusdem omnia naturae. Quemadmodum enim mare ita amarum est, ut non aliqua parte gustum repellat, aliqua admittat, sed eundem ubique gustantibus saporem obicit; ita et huius viri scripta omnia ad easdem blasphemias pertinere evidens est. In quibus etsi fortasse aliquis maioris minorisque impietatis discrimina reperiat, tamen pars nulla usquam extra mali labem posita deprehendi potest. (III.) Quae autem prolata sunt, ea eiusmodi fuerunt et ita habuere.*** (IV.) Horum quaedam primae sessionis die prolata a me palamque et aperte refutata sunt, ut supra scripsi. In caeteris quaedam et ipse fatebatur perperam a se esse enunciata, eaque se correcturum promittebat; at in omnibus sententiam ipsam sanam esse contendebat. Idem exorsus probando rem demonstrare, Sanctorum nulum habebat sibi suffragantem, nisi cum dicta confundebat et corrumpebat et male interpretabatur, et secum ipse quasi pugnabat. Quisquis videlicet verba sua cum sua ipsius mente conciliare et componere non potest, is secum invitatus pugnat: qui vero secum pugnat, is haudquaquam cum alio ullo consenserit, nec facere unquam possit, quin ab omnibus Sanctorum scriptis,

διαφέρεσθαι, πῶς μὲν δι' ἀμαθίαν, πῶς δὲ δι' ἀγνωμοσύ- A. C. 1351
 νην καὶ μοχθηρίαν ψυχῆς. λόγος μὲν γὰρ ἀνθρώποις ἀπα- Imp. Io. Can-
 σι δίδεται· τρόπος δ' ἀγαθὸς οὐ πᾶσιν, οὐ μὴν οὐδὲ τὸν V. 508
 λόγον εὖ διοικοῦσα σύνεισι. ὅθεν ἀποκρουόμενος πανταχόθεν C
 5 καὶ ἐπιστομιζόμενος καὶ μὴ ἔχων μηδαμῆ βεβαίαν ἀποστρο-
 φὴν ἐπὶ τὸ Θαβώριον αὐθις ἐποιεῖτο τὴν ἀναχώρησιν, Βαρ-
 λαάμ καὶ βίον αὐτοῦ προφασιζόμενος, καὶ ὅσα τισὶν ἀραχνίους
 ὑφαίνεσθαι προσεώκει. ὅθεν καὶ λίαν ἐνχεροῦς καὶ προδή-
 λου τυγχάνοντα τῆς ἀναλύσεως μόνον εἶχε τὸν βασιλέα λαμ- D
 10 πρῶς ὑπερίδοντα, κατὰ τὸ μηδαμῆ προσῆκον, μηδὲ καλύπτειν
 τὴν ἀδικίαν ἰσχύον, τοσούτου παρόντος πλήθους ἀνδρῶν.
 (E.) Ἐγὼ μὲν οὖν βραχὺ τι ὑπειπὼν, ἔπειτα πῶς μὲν διὰ τὴν
 εἰρημένην ἀδικίαν, πῶς δὲ διὰ τὰς τῆς κεφαλῆς ἀλγηδόνας,
 τοῖς σοφοῖς ἐκείνοις συμμάχοις ἀφῆκα διαγωνίζεσθαι. ἐπιθρόπ-
 15 ζειν δ' ὅμως καὶ οὕτωςί πως τοῦ Παλαμᾶ τὴν ὄφρὸν σκεψα- E
 μένω ἓνα τῶν ἐμῶν εἰσάγειν ἐπήει μοι φοιτητῶν ἀντ' ἐμοῦ πρὸς
 τὴν ἐκείνου πάλην, ἵνα μᾶλλον αἰσχύνοιτο. τὸ γὰρ ἀντικρυς
 πρὸς ἐκεῖνον ἐμὲ διαλέγεσθαι καὶ τὴν ἀκαιρίαν ἐκείνου φιλονει-
 κεῖν ἐκείνω μὲν εἶχε τιμὴν, ἐμοὶ δὲ καὶ μάλα πάντων ἥκιστα.
 20 τοσαύτην τοίνυν ἔδοξε πᾶσι τοῖς τότε παροῦσιν αἰσχύνῃν ὁ Πα-
 λαμᾶς ὠφληκένας καὶ κωμικὴν τινα χλεύην, ὑπ' ἐκείνου τοῦ νεα-
 νίου κατὰ κράτος ἠττώμενος, ὅσην λεγόντων ἐστὶν ἀκούειν ἁπάν-
 των. κοινὸν γὰρ τοῖς ὅλοις ἀφήγημα γέγονε Παλαμᾶς ἐκεῖθεν F
 καὶ γελοῖον τοῖς ὅλοις ἐντρόφημα. (ζ.) Ἀλλὰ νῦν ἐπὶ τούτοις

partim ignorantia, partim malitia et perverso ingenio, discrepet. Ratio
 quippe omnibus hominibus data; morum probitas non data omnibus, nec
 quae rationem recte moderetur sollers intelligentia. Quamobrem undecun-
 que repulsus, quia os ei obstruebatur, nec ullum usquam perfrugium erat,
 in quo posset consistere, rursus se ad Thaborium recipiebat, Barlaamum
 et illius mores praetextens, et alia araneorum telis similia. Quae facili et
 evidenti ratione cum resolverentur, solus imperator aperte tuebatur, idque
 indecore et eo modo, qui tot hominibus praesentibus iniquitatem velare
 haud posset. (V.) Ego igitur pauca subieci. Tum doctos illos adiutores,
 20 γον παντός, λαμπρόν τὸν τοῦ θανάτου κινῶν κρατῆρα. ὁ
 γοῦν παρὰ τὴν θείαν οὐσίαν ἄλλας νομοθετιῶν ἀκτίστους θεότη-

7. κατὰ τὸ et ἡγεῖ αποgr., em. Capp. 15. τῶν em. Capp. pro τό.
 19. φθάνοι conī. Capp. 20. τὸν τοῦ em. Capp. pro τουτου.

SS. Patrum verba: „credimus in unum Deum, unum principium principii
 expers, increatum etc., unam potestatem, unam dominationem, unum re-
 gnum; quod in tribus perfectis personis agnoscitur, et adoratione unica
 adoratur.” Quas enim Deo tribuimus appellationes plurimas, unica et so-
 litaria conclusione magnus Ioannes conclusit. Et vero si multitudo in-
 creatarum divinitatum, quas Palamas invexit, habet ex natura sua iden-
 titatem, et increatae rei conditionem, iam illa multitudo non erit multi-
 tudo, sed unitas. Hoc igitur non animadvertit Palamas; quod scilicet
 deitates illas asserat esse quid unum cum substantia: unde non recte in-
 telligit, quae recte enunciat. Quod enim idem est, non est aliud, neque
 multitudo, seu naturam, seu substantiam spectes. Si vero gratia dun-
 taxat, quemadmodum homines, illas divinitates esse quid unum et increa-
 tum statuatur Palamas, non advertit a se affirmari deitatum huiusmodi in-
 creatarum multitudinem esse quid idem cum hominibus: et sic iuxta Pa-
 lamae sententiam, quod increatum est, non erit increatum, sed creatum.
 Nam quae multa sunt, existentiae identitate uniuntur: quandoquidem a
 natura ita comparatum est, ut quae diversa non sunt, secum invicem con-
 veniant secundum naturae et gradus similitudinem, ubi nulla est diversi-
 tas. Alias quomodo commiscerentur ea quae directe ac veluti e diametro
 sibi invicem opponuntur, et saltem ratione suae diversitatis nunquam non
 secum pugnant. Neque enim fieri posset, ut alterum alteri luculentum sci-
 licet interitum iamiam omni dicto citius non pararet. Igitur qui praeter

- A. M. 6859 *τας και ενεργείας τὸ ἐνιαῖον διέφθαρχε τῆς τοῦ πάντων δημιουργ-*
 Ind. 4 *φοῦ θεότητος· μηδὲ γὰρ εἶναι τῶν δυναμένων, εἰς ταυτότητα*
 φυσικὴν τὴν ἑτερότητα συνέναι τῶν θεοτήτων. οὐκ ἄρα θεότης
 ἀκτίστος, ἕτερα παρὰ τὴν θεῖαν καὶ μόνην τρισυπόστατον οὐ-
 σίαν, οὔτ' ἔσται, κἂν πάντες διαβήσονται φάσκοντες Παλαμί-5
 ται· οὐδὲ θεῶν πλῆθος Ἑλληνικόν. ὁ γὰρ τὰ θεῖα πολὺς Ἰωάν-
 P. 674 *νης, „εἰ πολλοὺς,” φησὶν, „ἔροῦμεν θεοὺς, ἀνάγκη διαφορὰ ἐν*
αὐτοῖς. ὁ μὲν κατὰ πάντα τέλειος, οὗτος ἂν εἴη κατὰ πάντα μόν-
νος θεός· πᾶς δὲ ὁ τοῦ τελείου λειπόμενος, ἢ κατὰ ἀγαθότητα,
ἢ κατὰ σοφίαν, ἢ κατὰ δύναμιν, ἢ ὅπως κατὰ τι, οὐκ ἂν εἴη 10
θεός. πῶς δὲ καὶ πολλοῖς οὔσι τὸ ἀπερίγραπτον φυλαχθήσεται;
ἐνθα γὰρ ἂν εἴη ὁ εἷς, οὐκ ἂν εἴη ὁ ἕτερος. δεῖ δὲ τὸν θεὸν ἀπε-
 B *ρίγραπτον εἶναι καὶ πάντα πληροῦντα.” σκεπτέον οὖν κἀντεῦ-*
θεν, ὅπως ἐνὸς θεοῦ παντάπασιν ἀναίσθητος καὶ πάσης ἀσύνε-
τος θείας γραφῆς ὁ Παλαμῆς ἔμμενῆκει διηνεκῶς, διάφορον 15
οὐσίαν καὶ ἐνέργειαν ἐς τοῦμφανὲς δογματίζων, καὶ μὴ μόνον
μίαν δεικνὺς ἑτερότητα, ἀλλὰ καὶ ἀπείρους· καὶ μὴ μόνον ἀπεί-
 C *ρους, ἀλλὰ καὶ ἀκτίστους· καὶ μὴ μόνον ἀκτίστους, ἀλλὰ καὶ*
ὀμείζοντας καὶ ἐλάττους. ὁ δὲ μεῖζοντας καὶ ἐλάττους δογματίζων ἀ-
κτίστους θεότητος πάντως διάστημά τι νοεῖ μεταξὺ. τοῦτο δ' 20
ἄπειρον ὁ τῆς μεσότητος εἶναι οὐ δίδωσι λόγος· μηδὲ γὰρ πε-

17. *θεότητα coni. Capp. pro ἑτερότητα.*

divinam substantiam, increatas divinitates alias et operationes statuit, is omnium creatricis divinitatis unitatem evertit. Namque prorsus impossibile est, ut deitatum diversitas in identitatem naturalem coëat. Itaque nulla fuit nec erit unquam increata divinitas alia, praeter divinam et solam substantiam in tribus personis subsistentem; etiamsi Palamitae istud effluentibus disrum-
 pantur. Neque vero admittenda est paganorum Deorum multitudo. Ita enim praeclare habet celeberrimus theologus S. Ioannes Damascenus. „Si plures,” inquit, „esse Deos dixerimus, necesse est ut ipsi inter se differant. Et quidem solus ille omnino et totaliter Deus erit, qui totaliter et omnino perfectus erit: quicumque autem a summe perfecto illo superabitur secundum bonitatem, aut sapientiam, aut potentiam, aut secundum aliud quidpiam, Deus non erit. Deinde vero, si multi sint Dii, quomodo incircumscripti manebunt? Ubi enim fuerit unus, ibi alter non erit. Atqui tamen necesse est ut incircumscriptus sit Deus, et omnia repleat.” Igitur hinc etiam considerandum est, quomodo stolidus Palamas, neque sacram Scripturam ullatenus intelligens, manifeste semper censuerit et docuerit, unius Dei substantiam et operationem a se invicem differre, neque unam duntaxat divinitatem admitti a se declaraverit, sed infinitas; nec infinitas solum, sed et increatas; nec tantummodo increatas, sed maiores et minores. Porro qui maiores et minores increatas deitates introducit, is profecto intervallum quoddam inter eas excogitat. Hoc autem intervallum infinitum esse

φυκίναί τὴν ἀπειρίαν βαθμοῖς καὶ μέτροις τισὶ διακόπτεσθαι. A. C. 1351
 πῶς γὰρ ἂν (φησὶν ὁ θεῖος Γρηγόριος) μετρηθεῖν τὸ ἄπειρον, Imp. Io. Can-
 ἴν' ὁ τῶν περατουμένων ἐστὶ, τοῦτο πάθη θεότης, βαθμοῖς με- tacuz. 5
 τρουμένη καὶ ὑποβάσει;” (I.) Ἐμὲ δὲ καὶ πλείους μαρτυρίας D
 5 ἐτέρας ἔχοντα φέρειν ἁγίων, περὶ γε τοῦ μήτε ἐνέργειαν, μήτε
 τινὰ ποιότητα, μήτε τι τῶν πάντων ἔξ ἀϊδίου συνεῖναι διάφορον
 δύνασθαι τῇ θεῖα οὐσίᾳ, καὶ ἅμα τοῖς τῷ Καβασίλα προτεθεῖσι
 κενοφωνήμασιν ἐπιφέρειν τὰς τῶν ἁγίων ἀντιλογίας βουλόμενον,
 ἐπίσχεν ἐπαγγελιάμενος τὴν ἐκείνων ἀντίρρησην μᾶλα ἁσμένως
 10 ἀκούσεσθαι μετ' ὀλίγον. αὐτὸς δ' ἐν σπουδῇ μεγίστῃ πεποιήται,
 πρότερον παρεισενεγκεῖν τὴν συνήθη καὶ κοινὴν καταφυγὴν αὐτῶν E
 ἐν οὐ καιρῷ, τὸ ἐν Θαβωρίῳ λέγω φῶς, ἐνέργειαν ἄκτιστον καὶ
 θεότητα πρὸς τῶν ἁγίων ὀνομαζόμενον. „φῶς γὰρ,” ἔλεγεν, „ἢ
 παραδειχθεῖσα θεότης, φησὶν ὁ θεῖος Γρηγόριος, ἐπὶ τοῦ ὄρους.
 15 καὶ ὁ Μελωδὸς αὐτὶς τὰς τοιαύτας ἐνεργείας βολίδας γράφει
 θεότητος. ἄκτιστον γοῦν οὔσης τῆς θείας οὐσίας, ἄκτιστοι καὶ F
 αἱ βολίδες ἐκεῖναι, παρὰ τὴν οὐσίαν ἄλλο τι οὔσαι. τὸ γὰρ ἄλλο V. 544
 παρὰ τὴν οὐσίαν οὐκ ἐκείνη, ἀλλ' ἐκείνης. εἰ γὰρ ταῦτόν ἦν,
 μεθεκτὴ ἂν ἦν καὶ οὐσία ὁμοῦ ταῖς ἐνεργείαις, καὶ διαφορὰ τις
 20 οὐκ ἂν ποτ' ἦν οὐδεμία· τοῦτο δ' ἀδύνατον. ἀμέθεκτος γὰρ
 τοῖς κτίσμασιν ἅπασι πέφυκεν ἡ οὐσία· καὶ δαιμόνων εὖρημα

8. κανοφωνήμασι apogr., κενοφωνήμασι Capp. in textu, καινοφω-
 νήμασι conl. idem in mg. 16. θεότητος em. Capp. pro θεότητας.

non patitur ipsius medii, seu intervalli, ratio formalis. Nec enim infini-
 tatis natura eiusmodi est, ut gradibus tum superioribus tum inferioribus
 mensuretur.” (X.) Equidem poteram alia plura SS. Patrum proferre tes-
 timonia, quibus constaret, neque operationem, neque ullam qualitatem,
 neque aliud omnino quidpiam, divinae substantiae coaeternum et ab ipsa
 distinctum esse posse. Erat etiam in animo, vanis et futilibus Cabasilae
 verbis depromptas e SS. Patribus refutationem subiicere. Sed me interpel-
 lavit, pollicitus paulo post lubenter se illorum refutationem esse auditu-
 rum. Ipse autem omne studium, omnem operam adhibuit, ut prius con-
 suetum et commune Palamitarum effugium nobis importune obtruderet, Tha-
 boricum lumen intelligo, quod SS. Patres increatam operationem et deita-
 tem appellant. „Nam,” inquit, „deitatem in Monte ostensam lumen fuisse
 dicit divus Gregorius. Et iterum Cosmas Melodus huiusmodi operatio-
 nes fuisse divinitatis eiaculationes scribit. Cum ergo divina substantia sit
 increata, istae pariter eiaculationes increatae sunt, et a substantia di-
 stinctae. Nam quod aliud est a substantia, non est ipsa substantia, sed
 ad substantiam pertinet. Si enim esset quid idem cum substantia, haec
 simul cum operationibus esset participabilis, nec ulla inter eas foret ad-
 mittenda distinctio. Atqui hoc impossibile est. Nam substantia Dei ex
 natura sua participari a creaturis non potest: et quicumque aliud vel di-
 cunt vel dicentibus credunt, ii doctrinam a tenebrionibus diabolis inven-

- A. M. 6859 σκοτεινῶν, ἄλλως λέγειν τε καὶ πιστεύειν τοῖς λέγονσι. διὰ γὰρ
 Ind. 4
 P. 675 τοῦτο καὶ τὴν οὐσίαν τῆς ἐνεργείας διάφορον εἶναι φαινομεν, ἐκ-
 ποδῶν γινομένης ἀπάσης ταῖότητος." Καὶ ἅμα παρεῖσηγεν ἕνια
 τῶν Παλαμικῶν δογμάτων ἀπὸ γλώττης καὶ μνήμης, σποράδην
 μὲν· παρήγε δ' οὖν, ὁλόκληρον τὴν διάνοιαν σώζοντα καὶ ὡς
 ἔχουσιν ἐπὶ λέξεως ἀκριβῶς. „κοινὸν γὰρ," φησὶ, „δόγμα τῶν
 Βἔξωθεν καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς φιλοσόφων, ἐπὶ ἀπλῆς καὶ ἀσωμάτου
 φύσεως τὸν αὐτὸν ἐπιδέχεσθαι λόγον τὴν ἐνέργειαν τῆ οὐσία. τὰ
 δὲ τὸν αὐτὸν λόγον ἐπιδεχόμενα δύο ἐστὶ, καὶ οὐχ ἓν. καὶ εἰ δύο,
 πῶς χωρὶς ἡστινοσοῦν πρὸς ἄλληλα διαφορᾶς; ἄρ' οὖν οὐ διενή-
 νοχε τὸ θεῖσθαι τοῦ θεοποιοῦν; ἢ καὶ θεοποιεῖ πάνθ' ὅσα θεᾶ-
 ται θεός; ἐπεὶ δὲ διενήνοχε, μή τι τούτων ἐστὶ κτιστόν;" εἶτα
 ἐπανελάμβανε καθ' ἕκαστα τὸ προγνωστικόν, τὸ δημιουργόν, τὴν
 C πρὸς τὸ ἐνεργεῖν ἐτοιμότητα, καὶ τᾶλλα. „ὡς γὰρ ὁ νοῦς," φησὶ,
 „τὰς ἐπιστήμας προσλαμβάνων σύνθετος οὐ γίνεται, τὸν αὐτὸν
 1 τρόπον, καὶ πολλῶ μᾶλλον, τὸ προγνωστικόν καὶ πάσας ἀπλῶς
 τὰς τοιαύτας δυνάμεις τε καὶ ἐνεργείας φυσικῶς ἢ θεία φύσις
 ἔχουσα σύνθετος οὐκ ἔστι." καὶ λέγειν φανερώς τοὺς ἁγίους ἔφα-
 σκε μὲν, οὐ παρήγαγε δ' οὐτ' εἰς ὄψιν οὐτ' εἰς ἀκοήν γραφικὰς οὐ-
 D δένος μαρτυρίας. καὶ πάλιν „ὡς γὰρ ἐκ θεοῦ πατρὸς θεὸς ὢν καὶ
 2 ὁ υἱός, οὐκ ἄλλος μὲν καθὸ θεὸς ἄκτιστός ἐστιν, ἄλλος δὲ καθὸ
 υἱός· καὶ καθὸ μὲν ἄκτιστος θεός, ἴσος κατὰ πάντα τῷ πατρί·

19. γραφικὰς Capp. pro γραφικόν.

tam sectantur. Idcirco quippe substantiam Dei ab eius operatione distinctam esse asserimus, identitate qualibet e medio sublata." Pariter nonnulla e Palamae dogmatibus adducebat, quae hinc inde nullo fere ordine collecta memoriter ipse recitabat: servata nihilo minus integra scriptoris mente, et eiusdem sententiis de verbo ad verbum accuratissime relatis. „Haec enim communis est," inquit Palamas, „tum gentilium tum Christianorum doctrina philosophorum: nempe in simplici et incorporea natura operationem et substantiam eiusdem prorsus esse rationis. Porro quae sunt eiusdem rationis, duo sunt, non autem unum quid. Quod si duo sint, quomodo nullam inter se haberent differentiam? Num igitur inter se non differunt videre et deificare? An quaecunque Deus videt, etiam deificat? Iam vero quoniam haec duo differunt, num quid horum creatum est?" Deinde vim Dei praecognitivam, creativam, et ad operandum promptitudinem, et alia sigillatim repetebat. „Sicut enim," inquit, „mens, dum scientias acquirit, non fit composita, ita etiam et longe potiori ratione divina natura, cum vim praecognitivam, praeintellectivam, et omnes simpliciter huiusmodi facultates et operationes, naturaliter habeat, composita non est." Et iactitabat quidem istud a SS. Patribus evidentem affirmari: sed nullius e scriptis testimonia proferebat, quae videre aut audire possemus. Et iterum: „nam quemadmodum Filius, ex Deo Patre procedens Deus, non alius est a Patre, quatenus Deus est increatus; sed alius est quatenus Filius: et in quantum Deus est increatus, Patri per omnia aequa-

καθὸ δὲ υἱὸς, μίζονα ὡς αἷτιον ἔχων τὸν πατέρα, δεύτερος A. C. 1351
 ὑπάρχει τοῦ πατρὸς, οὐ δεύτερος Θεὸς, ἄπαγε, ἀλλὰ δεύτερος Imp. Io. Can-
 τῆ τάξει· καθάπερ ὁ μέγας φησὶ Βασίλειος· οὕτω καὶ ἐκ Θεότη- tacuz. 5
 τος ἀκτίστου τῆς οὐσίας Θεότης ἀκτιστος ἢ ἐνέργεια· οὐκ ἄλλη
 5 μὲν, καθὸ Θεότης ἀκτιστος· ἄλλη δὲ κατ' ἐνέργειαν· τῷ μὲν E
 ἀκτίστῳ, τῆς οὐσίας μηδὲν διαφέρουσα, μηδὲ διαιρουμένη ὅλως·
 ὡς δ' αἰτίαν ἑαυτῆς ὑπερκειμένην ἔχουσα. εἶεν." (I A.) Πρὸς
 δὲ ταῦτα παρελθὼν ἔγωγε, „ὡς ἡδὺς εἶ, ὧ λῶστε," ἔφασκον, „καὶ
 νῦν μᾶλλον εἶπερ ποτὲ, καὶ σὺ μᾶλλον εἶπερ τις ἀπάντων, ἔμοιγε
 0 τήμερον καὶ πολλῶ μᾶλλον ἡδίων, ἢ εἴ μοι τὰ Λυδῶν καὶ Μή-
 δων παρεῖχες χρήματα. πάρεργον γὰρ ὄν τὸ συμπεπτωκὸς, ὁμως, F
 εἰ μὴ τῷ δὴ τῶν πάντων ἄλλῳ, καὶ τοῦτο δὲ τῶν πάντων τοι καλ-
 λίστων ἔμοιγε δοκεῖ. χρόνιον γάρ μοι λέλυκας ζήτημα, βέλτιστε,
 λίαν ἀπονητί· καὶ τὸ τοῦ πράγματος χαρίεν, ὅτι καὶ μάλα ἄκων
 5 μάλα ἐκόντι· καὶ συμβέβηκεν ἀμφοῖν, σὲ μὲν εὐεργέτην ἄκοντα P. 676
 γίνεσθαι, καθ' οὗ τὰ ὄπλα ἔξῃγες· ἐμὲ δ' εὖ πάσχειν ὑπ' ἀν-
 δρῶν πολεμίων, ὧν οὐκ ἄν ποτε προσεδόκησα· ἐμοὶ γὰρ ἔργον V. 545
 ἦν ἔν γε τῷ παρόντι, τά τ' ἄλλα δεῖξαι βεβλασφημηκότας ἔτι καὶ
 ἅμα παντάπασιν ἀρνούμενους τὴν ἔνσαρκον τοῦ Θεοῦ λόγον οἰκο-
 0 νομίαν, ὃ τῶν αἰρέσεων καὶ βλασφημιῶν κορωνὶς ἐπεφύκει. πάν-
 τας γὰρ ἐν ταυτῷ συλλαβὸν προφήτας, ἀποστόλους, μάρτυρας, B
 διδασκάλους, ὁμοῦ ταῖς ἀγίαις συνόδοις ἀπάσαις, περιφανῶς

10. ἢ add. Capp.

lis est; sed in quantum Filius, secundus est a Patre; quem maiorem se, ut sui causam, agnoscit; non tamen secundus Deus, absit, sed secundus ordine, ut ait magnus Basilius: sic etiam ex increata divinitate, nempe substantia Dei, procedit divinitas increata, nempe operatio: et haec quidem non est alia a divinitate, quatenus deitas est increata; sed alia est secundum formale operationis rationem; et penes increati rationem, a substantia Dei nullatenus differt nec distinguitur; eam tamen ut sui causam se ipsa superiorem agnoscit. Esto." (XI.) Quibus ego ita respondi. „Quam iucundus es, vir optime. Si quando ipse fuisti aut alius quis fuit iucundus mihi, certe hodie multo iucundior mihi accedis, et longe suavior, quam si Lydorum aut Medorum divitias praeberes. Quod enim accessio- nis loco ac veluti obiter contigit, si non alteri cuiquam, at mihi saltem videtur hoc esse praeclarissime factum. Nam quae me iampridem torquebat, quaestionem nullo negotio solvisti, vir optime. Hoc autem ea in re festi- vum ac iucundum est, quod invitum volentem me mea e difficultate expedi- deris; idque nobis acciderit, ut tu quidem invito beneficus in eum esses, adversus quem arma educebas; ego vero a viris hostibus acciperem benefi- cium, a quibus nihil tale accepturum me unquam esse speravissem. In id enim operis impraesentiarum incumbebam, ut ostenderem tum alias a vobis prolatas fuisse blasphemias, tum penitus negatam Dei Verbi incar- nationem: quod sane blasphemias et haeresibus velut coronidem imponit; cum omnes simul Prophetas, Apostolos, Martyres, doctores, cum sanctis

A. M. 6859

Ind. 4

ἐξηπατημένους δείκνυσι τουτί. σὺ δ' οὐκ οἶδ' εἶτ' ἐπίτηδες, ἐτέ-
 ρον χάριν ὅτου δὴ, εἶτ' ἐκ τοῦ παρήκοντος, οἷα δὴ τὸ αὐτό-
 ματον πύμπολλα φέρει μετὰ μυστηρίων τε καὶ λόγων ὑπὲρ λό-
 γον, ὅμως εὐπρεπεστέραν πολλῶ μοι τὴν ἀνθολικὴν ἐπεπράχεις
 C αὐτὸς, ἢ κατὰ πᾶσαν ἀγωγὴν καὶ κατεσπουδασμένην πρόνοιαν
 ἐμήν. ἃ γὰρ προὔργου παντὸς ἐποιούμην πάλαι πολὺν τινα χρό-
 νον ἐπ' αὐτοφώρῳ κατασχεῖν ἐκεῖνον ὁμολογοῦντα δημοσίαις γλώτ-
 ταις, ἃ λαθραῖαις φήμαις ἄλλοτ' ἄλλως καταγγέλλον ἀλίσκεται
 πανταχῆ, λέγω δὴ τὸ λέγειν αὐτὸν, ὡς πάντες εἰς τὴν αὐτοῦ
 συμμαχίαν ποταμηδὸν ἀπαντῶσι σοφοί, ὅσοι τε τῶν ἡμετέρων
 D καὶ ὅσοι τῶν ἕξωθεν, ταῦτα φέρων προὔθηκας ἡμῖν παθρόσημα
 τήμερον, προσδοκίας ἀπάσης ὑπερβαλόμενος· τοῦτο δὲ τὸ τῆς
 παροιμίας· κατὰ σαντοῦ Βελλεροφόντης." Τρία γὰρ ἦν, οἷς μά-
 λιστα κεχρημένος ἀπάντων αὐτὸς παρακρούεται τοὺς πολλοὺς
 ἀεί. Ἐν μὲν, ὅτι καταφυγὴν ἀεί τὸ Θαβώριον ὄρος ποιεῖται, τὴν
 E ἐκεῖθεν θαυματουργηθεῖσαν ἔλλαμψίν τε καὶ θείαν χάριν καπη-
 λεύων καὶ διαβάλλων ἀεί, καὶ τοῖς ἀνδροφόνοις ποιῶν παρα-
 πλῆσια, οἱ γὰρ λόχμας ὑποδυόμενοι τοῖς τῶν παριόντων ἀπερι-
 σκέπτως τρυφῶσιν αἵμασιν· ἢ μᾶλλον ὅποσα κατὰ τὰς μάχας
 ἠττώμενοι δρῶσιν οἱ βάρβαροι, τοῖς ἡμετέροις ἱεροῖς καὶ τεμέ-
 νουσι καταφεύγοντες, καὶ ἀντὶ θυριῶν καὶ τάφρων καταχρώμενοι
 ταῖς ἀγίαις εἰκόσι. τοῦτο δ', εἴ τις μὴ πάρεργον τοῖς ἀνωτέρω

18. οὗ γε Capp. pro οὗ τε.

omnibus Synodis, errore deceptos fuisse manifeste arguat. Tu autem nescio an de industria, alterius cuiuscunque rei gratia, an obiter nec data opera; cuiusmodi multa casu feruntur, arcanis quibusdam rationibus, supra omnem rationem positus; utut sit, multo decentiore mihi ut vobis obsisterem ansam praeuisti, quam ego mea cura, omni studio ac providentia propria, comparare potuerim. Iampridem enim nihil mihi potius aut antiquius erat, quam illum Palamam velut in flagranti delicto deprehendere, publicis vocibus confitentem ea, quae occultis rumoribus alias aliter praedicare convincitur: id videlicet intelligo, quod ubique iactat, omnes sive Christianos sive paganos sapientes numero agmine suis a partibus stare. Hoc autem ultro nobis et libere supra omnem expectationem nostram hodie ob oculos posuisti: atque hoc est quod trito fertur adagio: Adversus te ipsum Bellerophonas." Nam tria erant, quibus omnium maxime ad vulgus semper decipiendum usus est. Primo quidem Thaboricum ad montem semper confugiens, claritatem et divinam gratiam, quae grandi miraculo ibi ostensa est, prava sua explicatione semper corrumpit et calumniatur; idem faciens quod homicidae, qui apta insidiis loca subeunt, et inconsiderate praetereuntium sanguine luxuriantur: seu potius quod faciunt barbari praeliis victi, dum ad templa et fana nostra confugiunt, et sacris imaginibus quasi scutis et vallis abutuntur. Porro si quis non obiter aut perfunctorie quae supra sunt a nobis dicta legerit, is com-

λεχθεῖσιν ἡμῖν ἐντετυχηκῶς εἶη, ζῆρον εἰκονομάχων εὐρήσει τὸ A. C. 1351
 σπουδαιότατον· λέγω δὴ τὸ τῆ γε τοῦ σωτῆρος μεταμορφώσει Imp. Io. Can-
 καταφυγῆ κεκοῖσθαι προχείρῳ τῆς ἀτόπου κακίας αὐτοῦ. καὶ F tacuz. 5
 πάντα λοιπὸν διεξήλθομεν ἤδη καὶ ἐπ' αὐτῶν ἀποτάδην, ὡς
 5 ἀνωτέρω που γέγραπται καθ' ἕκαστα ἡμῖν· καὶ οἷς ἔστι βουλο-
 μένοις, ἔξεστιν ἐπιέναι. Δεύτερον δ' αὐτῷ κακουργίας μηγά-
 νημα κατὰ τῶν ἀπειροκάλων, ἢ μᾶλλον κατὰ τῆς ἰδίας ψυχῆς,
 ἐξέρχεται· κουρέων δίκην, παμπόλλους ἀνὰ πᾶν ἔτος συνάγει P. 677
 εἰς τὸ κουρεῖον αὐτοῦ, ὅποσοι πρὸς τὸ ξέειν καὶ τέμνειν πεφύ-
 0 κασιν ἔχοντες εὐφυῶς, καὶ γραμμμάτων γράμματα, καὶ φύλλα
 φύλλων ἀλλάττεσθαι, ἵνα, τῶν ἀντιρρήσεων αὐτοῖς προβαλλο-
 μένων, ὡς διαβάλλοντας παρὰ φαῦλον ἐκ τοῦ ὀύστου ποιῆται
 τοὺς ἀντιλέγοντας· ὡς ἀπαγορεύειν τοὺς διώκοντας, ὁμοίως τοῖς
 τοξέουσιν ἐς ἀνθρώπους ὑπὸ δειλίας φυγομαχοῦντας, καὶ μηδὲ
 5 βραχὺ τι μῦριον ὥρας στήναι γοῦν ἐφ' ἐνὸς δυναμένους. περὶ δὲ B
 τῶν τοιούτων καὶ ὁμοίως δρώντων αἰρετικῶς καὶ ὁ μέγας διέξ-
 ειςιν Ἀθανάσιος τοῖς ἐπισκόποις Αἰγύπτου καὶ Λιβύης ἐπι-
 στέλλων. „κατ' ἐνιαυτὸν γὰρ,” φησὶν, „ὡς οἱ τὰς διαθήκας
 γράφοντες, συνερχόμενοι καὶ αὐτοί, προσποιῶνται περὶ πίστεως
 0 γράφειν. ἵνα κἂν τούτῳ γέλῳτι μᾶλλον ὀφλήσωσι καὶ αἰσχύνων- V. 546
 ται, ὅτι μὴ παρ' ἐτέρων, ἀλλὰ παρ' αὐτῶν ἐκβάλλεται. εἰ γὰρ C
 ἐθάλόρου οἷς ἔγραφοῖν προτέροις, οὐκ ἂν δεύτερα γράφειν ἐξή-

12. διαβάλλοντας Capp. pro διαβάλλοντες. 16. αἰρετικῶν conl.
 Capp.

periet hoc opus esse, in quod iconomachi diligentissime incubuerint;
 prompte videlicet confugere ad salvatoris transfigurationem, eaque ad ab-
 surdas et pravas opiniones suas facile abuti. Caeterum haec omnia dicen-
 do iam percurrimus, et supra de iisdem prolixè ac sigillatim scripsimus,
 quae qui voluerint legere ac perpendere poterunt. Altera, quam contra
 rudes et imperitos, seu potius contra propriam animam commolitur Pala-
 mas, improbitatis machina haec est; quod nempe tonsorum in morem quot-
 annis in tonstrinam suam permultos congreget, quicunque ad radendum et
 secandum idonei sint, et litteras litteris, librorum folia foliis, apprime possint
 commutare: ut cum prolata fuerint contraria opinioni suae testimonia, sta-
 tim adversarios suos velut calumniantes nihili faciat, sicque ipsius oppu-
 gnatores incoepto desistere cogantur: quemadmodum qui homines ignavos,
 pugnam fuga detrectantes, neque vel brevissimo saltem horae spatio ibi-
 dem consistentes, sagittis impetunt. De huiusmodi et hac se ratione ge-
 rentibus haereticis magnus Athanasius in epistola, quam ad Aegypti et Li-
 byae episcopos misit, ita loquitur. „Nam singulis annis,” inquit, „velut
 qui pacta scribunt, ipsi quoque conveniunt, et de Fide scripto statuere
 simulant, ut etiam inde potius deridendos se et ignominia notandos prae-
 beant: quippe quorum decreta non ab aliis sed ab ipsis rescindantur. Si
 enim his, quae prius definierunt, confiderent, certe secundam Fidei non quae-

A. M. 6859
Ind. 4

του, οὐδ' αὖ πάλιν ἔγραφοι νῦν, ἀφέντες ἄπερ ἔγραψαν· πάντως τοῦτο μελετήσαντες, ὅτι πάλιν ἀλλάξουσιν ἐὰν ὀλίγος παρελθῆ χρόνος, καὶ πρόφασιν λάβωσι τοῦ συνήθως τισὶν ἐπιβουλεύειν. τότε γὰρ, ὅταν ἐπιβουλεύωσι, μάλιστα προσποιῶνται περὶ πίστεως γράφειν, ἕν' ὡς Πιλάτος ἐνήφατο τὰς χεῖρας, οὕτως καὶ οὗτοι γράφοντες ἀποκτείνωσι τοὺς εἰς Χριστὸν εὐσεβοῦντας. καὶ ἕν', ὡς περὶ πίστεως ὀρίζοντες, δόξωσιν (ὡς πολλάκις εἶπον) φεύγειν τὸ τῆς ἑτεροδοξίας ἔγκλημα. ἀλλ' οὔτε λαθεῖν οὔτε φυγεῖν δυνήσονται. ἕως γὰρ ἑαυτοῖς ἀπολογοῦνται, ἑαυτῶν αἰεὶ κατήγοροι γίνονται· καὶ δικαίως γε. οὐ γὰρ τοῖς ἐλέγχουσιν αὐτοὺς ἀποκρίνονται· ἀλλ' ἑαυτοὺς, ὡς βούλονται, πείθουσι. πότε οὖν, τοῦ ὑπευθύνου κρίνοντος ἑαυτὸν, λύσις γίνεται τοῦ ἔγκληματος; διὰ τοῦτο γοῦν αἰεὶ γράφουσι, καὶ αἰεὶ τὰ ἴδια μεταποιῶντες ἀδηλον ἔχουσι τὴν πίστιν, μᾶλλον δὲ φανερὰν ἔχουσι τὴν ἀπιστίαν καὶ τὴν κακοφροσύνην." ὁρᾶτε πῶς ὁ μέγας τῆς ἀληθείας ἀγωνιστῆς Ἀθανάσιος σαφέστατα πάννυ παρέστησεν ἡμῖν, ὡς τὰ νῦν πρὸς τοῦ Παλαμᾶ γιγνόμενα τῶν πάλαι γενομένων τῆς κακίας εἰκόνων καὶ ἀρχετύπων μακρὰν ἀποσώζουσι ἡμῖν. εἰ γὰρ νῦν λέγειν, οὐς ἐπὶ κακοῖς κακοὺς προσέθηκεν Ὀλύμπους οὗτος. διὰ δὲ ταῦτα καὶ χαίρω νῦν, εἶπερ ποτὲ, μᾶλλον ἐγὼ, καὶ ἡδίους μοι νῦν μᾶλλον ὑμεῖς εἶπερ ποτὲ φαίνεσθε, ἀφικτόν μοι τὸ πάλαι ζητούμενον θῆραμα νῦν παραθέντες, ὡς

1. οὐδὲ πάλιν ἀφέντες ἐκεῖνα, ταῦτα νῦν ἔγραφοι ἄπερ πάντως αλ.
2. μελετήσαντες om. al. 3. ἐπιβουλεύωσι al. 12. κρίναντος αλ.
14. μᾶλλον δὲ καὶ ἀπιστίαν αλ.

rerent conscriptionem; neque rursus nunc scriberent, dimissis iis quae olim scripserunt; cum utique meditentur, se post aliquod tempus ea esse immutatos, ubi scilicet novam insidias alicui, ut assolent, struendi ansam nacti fuissent. Si quidem tunc imprimis cum insidias alicui parant, fingunt se de Fide scribere; ut, quemadmodum Pilatus manus lavit, sic et illi scribendo pios Christi cultores interimant; et ut, quod quidem saepius dixi, tanquam qui definienda Fide sint distenti, haeresis accusationem possint declinare. Verum nec latere nec fugere poterunt. Quamdiu enim se ipsi sibi duntaxat purgabunt, sui semper accusatores erunt: et merito quidem; cum illis non respondeant, a quibus coarguantur, sed sibi tantum quidquid voluerint persuadeant. Quis igitur unquam reus absoluitur, qui sui ipsius sit iudex? Hinc ergo nunquam cessant scribere; atque ita sua perpetuo decreta mutantem incertam Fidem, vel potius certam manifestamque infidelitatem et mentis pravitatem habent." Magnus, ut videtis, propugnator veritatis Athanasius manifeste prorsus nobis ostendit, Palamam iis quae nunc agit, antiquas improbitatis imagines et primigenia exemplaria imitando maxime assequi. Iam enim silentio praetermittam quos hic malis malos cumulos ac veluti Olympos imposuerit. Quapropter maiori quam alias unquam laetitia nunc afficior, et si quando gratam mihi rem fecistis, nunc certe multo facitis gratiorem, cum id quod olim adin-

μηκέτι μὴ δεῖσθαι μηδ' ὄλως μήτ' ἐμὲ μαρτύρων· μήτ' ἐκείνον A. C. 1351
 ἔχειν ἔτι ἀρνεῖσθαι, μήθ' ἡμῶς τὰ κείνου διὰ μνήμης ἄγοντας, Imp. Io. Can-
 καὶ γινομένους μάρτυρας ἀπαραγράφτους τῶν ἐκείνου βλασφη- tacuz. 5
 μιῶν· ὡς ἐξεῖναι καμὲ τῶν ἐλέγχων ἤδη μὴ πρὸς ἀνέδραστα καὶ
 5 ἀστατοῦντα σημεῖα τὴν τοξικὴν μετὰ τῶν βελῶν ἀναλοῦν, μηδὲ
 τυφλὰ παρέχειν τὰ τραύματα τῷ ἐχθρῷ, ἀλλὰ σαφεῖ καὶ ἀναμ-
 φισβήτητον ἔχοντα τὴν ἀλήθειαν. Καὶ τρίτον, ὅτι συγχρῶ ταῖς
 τῶν αὐτοῦ λόγων ἀλλάξιν ἐντίθησι καὶ διασπείρει, κηρύττων εἶ-
 ναι πολλοὺς τοὺς αὐτῷ συμφωνοῦντας, ἐπὶ σοφίᾳ καὶ θαυμαζο- B
 0 μένους, ὡς εἴρηται, ὅσοι τε τῶν ἡμετέρων καὶ ὅσοι τῶν θύ-
 ραθεν. Ὡν ἐκάστων τοῦνομα ἢ σιγῇ παντελεῖ παραπέμπει, μήθ'
 ὁποῖοι τινες, μήθ' ἄφρασι, διασαφῶν οὐδέν· ἢ λέγει μὲν ἐνίων
 ὀνόματα σωρηδόν· ἃ δ' εἰσὶν ἃ λέγουσιν ἐκείνοι, καὶ οἷα, τὸ
 παράπαν οὐδέν οὔτε προτίθησιν, οὔτ' ἐπιτίθησιν, ὅσα γ' εἰδέ-
 5 ναι ἐμὲ, ἵνα διὰ μὲν τῶν ὀνομάτων τὰς τῶν ἀκροωμένων ἀναρ- C
 τῶν καὶ ἀνασοβῶν ἀκοὰς ῥῆστα καὶ ἀπονητὶ πρὸς τὸ βουλό-
 μενον πειθομένους ἔχη (τοῦ γε καινοφωνεῖν δοκεῖν τοῖς πολλοῖς
 ἀπεωσμένον δῆθεν παντάπασι) διὰ δὲ τῆς τῶν ῥητῶν ἐκείνων
 σιγῆς διαδιδράσκη τὸν ἔλεγχον, ἅτ' ἐκείνοις ἤκιστ' ἀπάδοντα
 0 λέγων αὐτός. καὶ ποιεῖ διπλοῦν ἀνθ' ἀπλοῦ κακὸν, αὐτός τε
 βλασφημιῶν ἀνέγκλητα καὶ ἅμα κακείνους διαβύλλων, καὶ φέ-
 ρων εἰς μέσον ὁμοίως αὐτῷ βλασφημοῦντας.

2. ὑμᾶς conī. Capp.

star praedae conquirebam, ita mihi offeratis, ut effugere amplius non possit, nec ego iam testibus ullo pacto indigeam, nec ipse negare quae illi adscribuntur valeat; quemadmodum nec vos, qui opinioniones eius memoria tenetis, et ipsius blasphemiarum testes estis omni exceptione maiores. Unde mihi licebit non iam in signa inconstantia et instabilia refutationes nostras quasi totidem tela per artem sagittariam contorquere, nec caeca hosti vulnera infligere, sed manifesta, et quae indubitata veritatem prae se ferant. Tertio suis libris passim inserit et praedicat, sibi assentiri multos, ut dictum est, sapientia mirabiles, tum Christianos, tum paganos; quorum omnium nomen aut alto silentio praetermittit, neque quales sint nec quae dicant explicat; aut quorundam quidem acervatim nomina recenset, sed quae aut qualia dicant nullatenus, quod saltem sciam, praemittit aut subiungit: ut illorum nominibus aures auditorum suorum suspensas teneat et conturbet, sicque facillime quidquid voluerit eis persuadeat (qui enim novas introducere voces videtur, a vulgo plane repudiatur), sed eorum dicta reticendo reprehensionem effugiat, quasi minime illis dissona proferret. Hic autem pro unico ac simplici duplex malum perpetrat. Nam et ipse impune blasphematur, et illos simul philosophos calumniatur, et tanquam eiusdem secum blasphemiae reos in medium adducit.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΚΓ.

NICEPHORI GREGORAE

BYZANTINAE HISTORIAE

LIBER VIGESIMUS TERTIUS.

ARGUMENTUM.

Pergit Gregoras disputare cum Cabasila.

A. M. 6859 ^{Ind. 4} α'. 'Αλλ' ἡμεῖς γε οὐκ αὐτὸν μιμησόμεθα, οὐδὲ τὰς τῆς κα-
A. C. 1351 κίας ζηλώσομεν μηχανὰς, οὐκ οὐκ οὐχ ἕως γ' ἂν ἐν τῷ τοῦ φρο-
Imp. Io. Can- νεῖν ἡμᾶς καθεστῶτι φυλάττουσαν ἔχωμεν τὴν τοῦ μόνου Θεοῦ
tacuz. 5. δεξιάν. τῶν γὰρ ἐναντίων ἀρχῶν ἐναντίας καὶ τὰς ἀποβάσεις εἴ-
D
V. 547 ναι τῶν εἰκότων παντὶ που δῆλον. πάσης γὰρ ὧν αὐτὸς ἀσύνητος
Μούσης Ἑλληνικῆς καὶ πάσης ἐπιστημονικῆς μαθήσεως (ἧς οἱ
Ἐμὲν θύραθεν ἔφθησαν παραδόντες σοφοί, τῶν τε θείων προστά-
ται δογμάτων τῆς ἐκκλησίας ἐκείθεν παρειληφότες τὴν τε γλῶτ-
ταν ὤπλισαν ἀσφαλῶς καὶ ἅμα κατ' ἐκλογὴν τὸ μὲν ἐξεταστι-

1. Verum nos ipsum non imitabimur, nec improbitatis machinas et fraudes aemulabimur, quamdiu saltem solius Dei dextra nobis mentem sanam conservabit. Nam ut contrariorum principiorum contrarii sint effectus, consentaneum esse omnibus patet. Et vero Palamas Graecanicae omnium litteraturae imperitus est, et longe remotus ab omni, quae scientiam parit, disciplina. Eam profani quidem sapientes prius tradiderunt: sed divinarum ecclesiae dogmatum patroni acceptam inde suos in usus converterunt: ea scilicet suam tuto linguam armarunt; et delectu habito, quidquid ad contemplationem et indagationem veritatis conferre poterat, susceperunt:

κόν τε καὶ θεωρητικὸν ἐδέξαντο, ὅσον δ' εἰς δαίμονας φέρει καὶ ἀπωλείας βυθὸν διέπτυσαν, ἐκ τοῦ χείρονος τὸ κρεῖττον καταμα-
 θόντες, καὶ τὴν ἐκείνων ἀσθένειαν ἰσχὺν τοῦ εὐσεβοῦς ποιησάμε-
 νοι λόγου) ἀνέδραστον οὗτος ἔσχε λοιπὸν τὴν βάσιν τῆς γλώττης,
 5 καὶ ἀπαγεῖς τὰς τοῦ λόγου κρηπίδας, ἐν ὧμῳ τῷ τόκῳ φάναι τὰς
 τῆς γαστρὸς ἀναλύσας ὠδῖνας, καὶ τὸ κῆγμα τῶν πρώτων ἔξαμ-
 βλώσας τοῦ λόγου στοιχείων. διὸ καὶ νοῶν οὐ νοεῖ, καὶ βλέπων
 οὐ βλέπει, καὶ τὴν ἐγκειμένην ταῖς λέξεσι βουλόμενος μὲν, οὐ δυ-
 νάμενος δὲ, συναρμύττειν διάνοιαν ἐκείνο σαφῶς ἐπεπόνθει τὸ
 10 τοῦ Ἰκάρου. τά τε γὰρ ἄλλα διαπορθμεύουσι ταῖς ἡμῶν ἀκοαῖς
 τὸν μακρὸν δολιχέοντες χρόνον οἱ μῦθοι, καὶ δὴ καὶ Ἰκάρου τι-
 νὸς ὑπομνήματα ἔχομεν ἐξ αὐτῶν· ὡς ἐπιθυμήσειεν ὁ μάταιος
 πτεροῶν, ἐπεὶ μὴ ἐβούλετο μήτε γῆν ἐκείνος ἔτι πατεῖν· ὁ δὲ καὶ
 φύσεως ὑπερόρια διὰ θράσους πλεονεξίαν ἤδη ἐπόθει, καὶ ἦν
 15 ταῦτα ἐφόδια τάνδρῳ σφαλερὰ καὶ πρόσω ἢ ὥστε σωφρονοῦντος
 εἶναι δοκεῖν. τῆς ὁμοίας εἶναι κακοβουλίας δοκῶ μοι, καὶ ὅπερ ὁ
 βαρυδαίμων ἄνθρωπος οὗτος ἐπεπόνθει τὰ νῦν. ληληθε γὰρ τοῖς
 ὑπὲρ δύναμιν καὶ αὐτὸς ἐαυτὸν ἐξαρτήσας (λέγω δὴ ταῖς τῶν
 20 γραφῶν διανοαῖς, τῶν τε ἡμετέρων σοφῶν καὶ τῶν θύραθεν)
 κᾶπειτα, διὰ ξενίζοντα κρότον ἀμαθῶν ἀκοῶν, ἐνίας τῶν Ἑλ-
 ληνίδων ἐρανοσάμενος λέξεων, αἷς περὶ τὰ σφέτερα αὐτῶν ἐκεῖ-
 νοι κέχρηται δόγματα, καὶ τοῖς θείοις ἀναιδῶς παραμυγνὸς καὶ

A. M. 6859
 Ind. 4
 A. C. 1351
 Imp. Io. Can-
 tacuz. 5

P. 679

B

C

quod autem ad daemonum cultum et perditionis gurgitem ducebat, respue-
 runt. Hinc ex peiori meliora pernoscentes, ipsa profanorum imbecillitate
 piam et catholicam doctrinam corroborarunt. Cum ergo profanarum, ut
 iam dicebam, scientiarum rudis sit Palamas, instabile de caetero linguae
 fulcimentum habuit, et ruinoso maleque compacta sermonis fundamenta.
 Tum quasi partu immaturo ventris onus parturiendo exsolvisset, abortivus
 primorum sermonis elementorum foetus ab ipso editus est. Quapropter
 intelligendo non intelligit, videndo non videt: cumque sensum dictionibus
 congruum accommodare vellet, sed non posset, idem illi quod olim Icaro,
 ut patet, accidit. Nam inter alias, quibus iampridem aures nostrae diu
 personuerunt, fabulas, hanc quoque de Icaro litterarum monumentis manda-
 tam esse novimus. Is nimirum vanus homo, cum terram calcare amplius
 nollet, alas expetivit, et ob nimiam temeritatem praescriptos a natura
 limites transilire cupiebat. Sed valde perniciosum homini fuit huiusmodi
 adminiculum; quippe quod Icarum ultra ferret quam prudentiae ratio po-
 stulare videbatur. Aequae imprudenti ac malo consilio hic usus esse mihi
 videtur infelix ille Palamas. Nec enim se animadvertit iis se implicasse,
 quae ipsius vires longe superant. Loquor autem de sensu, qui philoso-
 phorum tum Christianorum tum gentilium scriptis inest. Deinde propter
 imperitarum aurium insolentem plausum quasdam Graecanicas dictiones,
 quibus illi ad suorum dogmatum expositionem usi sunt, emendicavit; et
 eas divinis nostris dogmatibus impudenter immiscet et occulte inserit.

- A. M. 6859 ὑποσπείρων αὐτὸς δόγμασιν, ἔλαθε κατὰ τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλη-
 Ind. 4 **D**σίας σφοδρὸν ἀναδρόμίσας κνεῶνα καὶ θόρυβον καὶ μετέμελον
 ὄψέ ποτε λαμβάνειν ὀφείλων, ἐφ' οἷς ἁμαρτάνων οὐκ ἤσθετο. ὁ
 δ' ἐξεμάνη κατὰ τῶν διορθοῦν πειρωμένων ἡμῶν, καὶ δροῖ λοι-
 πὸν ἀκρατῶς μείζω μὲν ἢ κατὰ θηρίου μανίαν παντὸς, ἦττω δ' 5
 ἢ κατὰ βούλησιν τὴν αὐτοῦ· καὶ τοῖς μὲν ἄρχουσιν ὑπέρχεται,
 ποριζόμενος ἰσχὺν ἑαυτῷ, τὴν δ' εὐσέβειαν ἀδικεῖ· κἀκείνων
Eμὲν τὴν εὐμένειαν πραγματεύεται, τὴν δὲ τοῦ Θεοῦ διωθεῖται·
 καὶ οὗ μὲν ἠττᾶται, δεινῶς φεύγει· καθ' ὃ δὲ ὑπερέχειν νομίζει,
 V. 548 πρὸς τοῦτο συχνὰ καταφεύγει. ἀληθείας γὰρ σὺν παρθήσιᾳ δι- 10
 κάζειν ζητούσης, ἠττώμενος φεύγει· μοχθηρίᾳ δὲ γνώμης εὐδο-
 κιωῶν πρὸς διαβολὰς, ταύτης ἀντέχεται. δικαιοσύνης γὰρ καὶ
 ἀληθείας κρινούσης, ἦν μὲν ἔφευγε, πολλάκις δίκην ἤλω· ἦν
Fδ' ἐδίωκεν, οὐχ εἶλεν. (B.) Ἐγὼ μὲν οὖν (εἰρήσεται γὰρ τάλη- 15
 θές) τὴν ἀρχὴν ἐδεδείκνυμι, μὴ πάντα διαστρέφων ὁ σὸς Παλαμᾶς
 διαβύλλῃ καμῆ, βουληθέντα κατὰ καιρὸν ἐνταυθοῖ τοῖς οἰκείοις
 καὶ συντρόφοις χρῆσασθαι ὄπλοις, λέγω δὴ ταῖς τῶν θύραθεν
 P. 680 πρὸς τὰς διαλέξεις ἐπιστήμαις, ὡς καὶ τέχναις καὶ μαρτυρίαις,
 ἐκείθεν ἡμῖν τὴν ἰσχὺν περιγίνεσθαι φάσκων τῶν ἀποδειγμάτων.
 ἐπεὶ δ' ὄπλος οἰκοθεν ὑπάρχων αὐτὸς ἐκ τούτων ἑαυτὸν ὀπλι- 20
 ζειν πειρᾶται κατὰ τῆς ἀληθείας, πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς ἐς τὸ κρά-
 τιστον ταῦθ' ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἀγωνιζομένους ὀπλιζουσι, τοὺς

Nec advertit quantam perturbationem, quamque vehementem tumultum in ecclesia Dei concitaverit. Cum autem peccatorum, quae a se admissa esse non sensit, tandem aliquando poenitere ipsum deberet, adversus nos, qui errores ipsius emendare conamur, furere coepit: et ita de caetero animi est impos, ut ferae omnis furorem superet, licet suam furendi voluntatem necdum expleverit. Et principes quidem obsequiose atque assentatorie colit, ut vires sibi comparet; sed iniuria pietatem afficit. Et principum benevolentiam captando sibi conciliat; at Dei gratiam expellit. Et id quidem mirum in modum effugit, quo se aliis inferiorem esse animadvertit; ad hoc autem confugit, quo praestare se aliis existimat. Cum enim a veritate, quae liberum vult ferre iudicium, vincatur, eam fugit: sed cum insigni ad calumniandum mentis pravitate polleat, hanc lubens amplectitur. Nam iustitiae veritatisque iudicio, ubi rei personam sustinuit, saepius damnatus est: ubi vero actoris partes egit, litem minime obtinuit. (II.) Ego itaque (dicam enim quod res est) initio timebam, ne tuus Palamas omnia pervertens me calumniaretur, cum hic opportune propriis mihi que consuetis uti armis vellem, gentilium intelligo scientias, quarum usus est in disputationibus. Censeo enim eorum artibus et testimoniis multam demonstrationum nobis vim suppetere. Quoniam vero adversus veritatem profanorum armis, utpote propriis destitutus, instruere se conatur, longe potiori ratione nos inde pro veritate firmissime pugnantibus armabimur, qui sumus iis assuefacti et per omnem aetatem huic pu-

μάλα συνήθεις τε καὶ ἡλικιώτας. ἐπιγνωσόμεθα γὰρ ἡμεῖς τὴν A. C. 1351
 τῆς ἡμῶν γλώττης μᾶλλον συγγένειαν καὶ τὸ ἦθος, ἢ αὐτὸς νό- Imp. Io. Can-
 θος νόθοις χρώμενος τοῦτοις. διὰ γοῦν ἔν γε τοιοῦτο, καὶ πρὸς B
 γε διὰ τὴν τῶν ἡμετέρων θεολόγων καὶ διδασκάλων τῆς ἐκκλη-
 5σίας παραίνεσιν, οὐκ ὀκνήσομεν οὐδ' ἡμεῖς οὕτως ὅπως ὀπίσσω-
 σθαι κατὰ τῶν τοιχωρυχούντων καὶ βωμολοχούντων ταυτὶ καὶ
 εἰς ἀλλοκότους διανοίας καὶ πλάνας ἐξ ἀμαθίας παραγόντων. εἰ
 οὖν καὶ ὑμῖν συνδοκεῖ, βραχέα σκεψάμενοι περὶ τῶν τοιούτων C
 πρῶτον, καὶ ὅσα τῇ προκειμένῃ προσήκοντ' ἂν εἴη ἐφόδια, ἔπειτ'
 10 ἐς τὸν προκειμένον ἀγῶνα χωρήσωμεν. ῥᾴοσι γὰρ ἂν εἴη χωρεῖν
 ἐς τὰ πρόσω, τὰς τῶν ὑποθέσεων ἀρχὰς καὶ προκαταστάσεις
 ἀνευδεεῖς πηγνυμένοις, ἢ ῥᾴθυμούσας. (Γ.) Διονυσίου τοίνυν
 ἐκείνου τοῦ πάνυ μεμνήσομαι πρῶτον, διττὴν εἶναι τὴν τῶν θεο-
 λόγων παράδοσιν λέγοντος, τὴν μὲν ἀπόρρητον καὶ μυστικὴν,
 15 τὴν δὲ φιλόσοφον καὶ ἀποδεικτικὴν· καὶ „συμπλέκεται τῷ ῥητῷ D
 τὸ ἄρρητον· καὶ τὸ μὲν πείθει καὶ καταδείτται τῶν λεγομένων
 τὴν ἀλήθειαν· τὸ δὲ δρᾶ καὶ ἐνιδρύνει τῷ θεῷ ταῖς ἀδιδάκτοις
 μυσταγωγίαις.” Περὶ δὲ τοῦ ἀγενήτου λέγων ὁ μέγας κατ' Ἀρειαν-
 ῶν ὁ Ἀθανάσιος, „ἔρωτησάτωσαν,” φάσκει, „τοὺς Ἕλληνας, ἵνα
 20 ἀκούσαντες πόσα σημαινόμενα ἢ λέξεις ἔχει μάθωσιν ὅτι οὐδὲ
 περὶ ὧν λέγουσιν ἐπίστανται καλῶς ἔρωτᾶν.” καὶ πολὺν ἐξῆς ὁ

7. παραγόντων Capp. pro παράγοντας. 15. συμπέλεκται edd.
 18. ἀγενήτου al. Ἀρειανῶν Capp. pro Ἀρειανῶ.

gnae operam navavimus. Nam linguae nostrae affinitatem et ingenium
 potius cognoscemus, quam ipse Palamas nothus, qui profanorum testimo-
 niis adulteratis utitur. Itaque tum ob hanc unicam rationem, tum pro-
 pter nostrorum theologorum et ecclesiae doctorum adhortationem, non pi-
 gebit nos his armis instrui adversus istos veluti murorum effracto-
 res et sacrilegos scurras, qui monstrosas et insolentes in sententias et errores
 prae inscitia caeteros abducunt. Unde, si vobis etiam ita visum fuerit,
 ubi prius de his pauca et quaecunque ad institutum nostrum pertinent,
 consideraverimus, statim propositum nobis certamen ineamus. Nam si rei
 controversae principia firma et idonea praestiterimus, ulterius progredi
 longe nobis facilius erit, quam si infirma et debilia tantum praestruxis-
 semus. (III.) Primum igitur magni et clarissimi Dionysii mentionem fa-
 ciam, qui duplicem esse theologorum traditionem asserit; unam quidem
 arcanam et mysticam; alteram vero philosophicam ac demonstrativam: et,
 „est,” inquit, „arcanum cum aperto et declarato connexum. Hoc quidem
 persuadet et eorum quae dicuntur veritatem adstringit: illud autem efficax
 est, et in Deo nos fundat atque collocat occultis, quas a nemine doce-
 mur, institutionibus.” Magnus vero Athanasius, de huius vocis „non fa-
 ctus” significatione adversus Arianos disputans, „interrogent (inquit) gen-
 tiles, ut cum audierint ab ipsis, quot significatus habeat haec vox, non fa-
 ctus, intelligant se nec de his quidem, de quibus disserunt, recte nosse in-

- A. M. 6859 *Θεὸς ἐκεῖνος ἀνὴρ ποιεῖται λόγον, ᾧ τοῖς ἐθέλουσιν ἐντυχεῖν ἕξε-*
 Ind. 4 *ἔσται μαθεῖν τελεώτερον. ἡμῖν γὰρ ἥκιστ' ἐν τῷ παρόντι σχολὴν*
ἄγουσι, διὰ τὴν ἐς τὰ πρόσω σπουδὴν, βραχέα τῶν θεῶν ἐκε-
νων ἀνδρῶν ἐνταυθοῖ προτιθέναί δέδοκται, καὶ ὅσα πρὸς τὸν
σκοπὸν ἀφοσιῶσθαι χρειῶν· τὰ δ' ἕξῃς τοῖς βουλομένοις παρή-
5 καμεν, ἕξουσίας ἀφθόνου διηνεκῶς ἠνεωγημένης ἅπασι. συναρδὰ
F *τοιγαροῦν καὶ ὁ μέγας ἐκεῖνος Βασίλειος φάσκει, ὡς „ἡ τῆς δια-*
λεκτικῆς δύναμις τεῖχος ἐστὶ τοῖς δόγμασιν, οὐκ ἐῴσα αὐτὰ εὐ-
διάρπαστα εἶναι καὶ εὐάλωτα τοῖς βουλομένοις.” τὰ παραπλήσια
δὲ καὶ ὁ θεὸς διέξεισι τούτοις Χρυσόστομος, „πρὸς μὲν βίου,” 10
λέγων, „κατάστασιν ἀρίστην βίος ἕτερος εἰς τὸν ἴσον ἂν ἐναγάγοι
ζῆλον. ὅταν δὲ περὶ δόγματα νοσῇ ἡ ψυχὴ τὰ νόθα, πολλὴ τοῦ
P. 681 *λόγου ἐνταῦθα ἡ χρειά, οὐ πρὸς τὴν τῶν οἰκείων ἀσφάλειαν μί-*
V. 549 *νον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἕξωθεν πολέμους. εἰ μὲν γὰρ τις ἔχει*
τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος καὶ θυρεὸν πίστεως τοιοῦτον, ὡς 15
δύνασθαι θαυματουργεῖν καὶ τῶν τεραστίων τὸ τῶν ἀναισχύν-
των ἐμφράττειν στόμα, οὐδὲν ἂν δέοιτο τῆς ἀπὸ τοῦ λόγου βοη-
θείας· μᾶλλον δὲ οὐδὲ τότε ἄχρηστος ἢ τούτου φύσις.” ἀλλὰ καὶ
B *ὁ θαυμάσιος τάδε διέξεισι Μάξιμος. „δίχα λογικῆς,” φησὶ, „δυ-*
νάμειος ἐπιστημονικὴ γνῶσις οὐκ ἔστι· καὶ γνώσεως χωρὶς οὐδ' 20
συνίσταται πίστις, ἀφ' ἧς τὸ καλὸν γέννημα πρόβεισιν ἢ ἐλπίς.”
καὶ ἐπὶ τούτοις ὁ θεὸς ἐκ Δαμιῦσκου φησὶ Ἰωάννης· „ὡς εἰ καὶ
παρὰ τῶν ἕξωθεν χρήσιμόν τι καρπώσουσθαι δυναθῆμεν, οὐ

terrogare.” Multum deinde vir iste divinus habet sermonem, quem accuratius discere poterunt quicumque legere illum voluerint. Nam cum impraesentiarum nobis ad ulteriora festinantibus nihil otii sit, pauca saltem divinatorum hominum illorum verba hic proponere visum est, quantum scilicet instituti operis ratio a nobis postulat: caetera vero legere volentibus reliquimus, cum semper ampla cunctis ut id faciant data sit potestas. Consonat etiam illis magnus Basilius, ubi ait, dialecticae disciplinae facultatem esse instar muri, nec permitttere, ut dogmata diripiantur, aut a volentibus facile expugnentur. His fere similia profert divus Chrysostomus, ubi sic loquitur: „quod spectat ad optimam vitae institutionem, alterius vita posset nos ad vitae similis aemulationem inducere. Sed cum anima spuriorum atque adulterinorum morbo dogmatum laborarit, tunc multa est sermonis et doctrinae necessitas; non solum ut nostra sint in tuto, sed etiam ut adversus externa bella muniamur. Nam si quis gladium spiritus et scutum Fidei tale habeat, ut miracula edere atque iis editis impudentium ora obstruere possit, sermonis vel doctrinae auxilio neutiquam opus haberet: imo vero neque tunc inutiles ex natura sua forent.” Sed et mirabilis Maximus alicubi sic disserit: „sine rationali facultate nulla est scientifica cognitio; et absque cognitione non consistit Fides, ex qua progenies praeclara, spes videlicet, enascitur.” Agmen claudet divus Ioannes Damascenus, qui sic ait: „si quid profanis e scriptoribus utilitatis percipere possimus,

τῶν ἀπηγορευμένων ἐστὶ. γενόμεθα δόκιμοι τραπέζῃται, τὸ μὲν A. C. 1351
 γνήσιον καὶ καθαρὸν χρυσὸν σωρεύοντες, τὸ δὲ κίβδηλον παραί- Imp. Io. Can-
 τούμενοι. λάβωμεν λόγους καλλίστους· Θεοῦ δὲ γελοιοῦς καὶ C tacuz. 5
 μύθους ἄλλοτρίους τοῖς κυσὶν ἀποθρήψωμεν. πλείστην γὰρ ἐξ
 5 αὐτῶν κατ' αὐτῶν ἰσχὺν κτήσασθαι δυνήθειμεν." Καὶ τί δεῖ
 μέτροις ἀριθμητικοῖς πειρᾶσθαι συγκλέειν τὰ καὶ αὐτοὺς σχε-
 δὸν ἀριθμητικὸς παραιτούμενα νόμους; ὅσα τε δηλαδὴ διεξι-
 ασι, οὓς διελάβομεν καὶ ὧν ἐμνήσθημεν, ἕτερα· καὶ ὅσα περ
 οὐδαμῇ διελάβομεν. οἷς γὰρ οὐκ ἀπέχρησε τὰ κεκομισμένα, τού- D
 10 τοις οὐδ' ὅλας βίβλων ἀμάξας κομίζων τις σύνεσις κομῆσθαι
 παρασκευάσει· ἢ μᾶλλον, ᾧ μὴ σύνεσις ἀπέχρησε τοῖς λογι-
 σμοῖς ἐνθεῖναι, ἄφικτον ἀνάγκην εἶναι τοὺς Ἑλλάδι χρωμένους
 φωνῇ, καὶ τοῖς τῶν συλλαβῶν καὶ στοιχείων ταύτης εὑρεταῖς
 ἀναφέρειν τὴν μίμησιν, καὶ τὰς γε τῶν ἀμφισβητουμένων ἀνα-
 15 τιθεῖναι κρίσεις καὶ λύσεις, καθάπερ στάθμαις καὶ κανόσι τέκτο-
 νες καὶ λιθοργοὶ, τῷ ποτ' ἂν τῶν πάντων οὗτος ἐτέρῳ πεισθῆι; E
 οἶμαι τῶν πάντων ἤμιστ' ἂν ποτ' οὐδενί. τὸν γὰρ τοῖς θεοῖς
 ἐκκλησίας φωστῆρσι τοῦτο δρωσιν οὐχ ἐπόμενον λόγοις οὐδεὶς
 ποτε πείσειεν ἂν, οὐ βαρβάρων, οὐχ Ἑλλήνων, οὐκ ἀγγέλων,
 20 οὐκ ἀνθρώπων, οὐκ ἀσώφων, οὐ σοφῶν τῶν ὄντων οὐδενός.
 πάρεστι τοίνυν σκοποῦσιν ὀρθῶς, οἷς ἐμπάθειά τις ἀχλύος δίκην

16. οὗτος em. Capp. pro οὐθ'. 21. σκοποῦσιν Capp. pro σκοποῦντι.

eam consecrari nullatenus est prohibitum. Probi simus nummularii; genuinum ac sincerum coacervemus aurum; adulterinum vero et scoria plenum respuamus. Sermones praeclarissimos assumamus; ridiculos autem Deos alienasque fabulas canibus proiciamus. Multum enim roboris contra se nobis ipsi suppeditare poterunt." Sed quid opus est ut certo numero ea concludere conemur, quae ipsas ferme arithmeticas leges ferre recusant? Ea intelligo quae disserunt laudati a nobis SS. Patres, et alia quae vel commemoravimus, vel alto silentio praetermisimus. Quibus enim non sufficiunt a nobis allata testimonia, iis etiam si solida plastra libris onusta quispiam adveheret, intelligendi vim afferre non poterit. Potius dicam: quicumque ex allatis testimoniis non potuit mente comprehendere, inevitabilis hoc esse necessitatis, ut qui Graeca utuntur lingua, eos sibi proponant imitandos, qui linguae huius elementa et syllabas adinvenierunt, et ad eorumdem iudicium controversias illi suas ac lites componendas referant (quemadmodum fabri, et qui scalpendo lapides elaborant, amussi ac regulae omnia subiiciunt) quisquis, inquam, ineluctabilem hanc necessitatem mente concipere non potuit, cuinam alteri ex omnibus fidem habebit? Nemini unquam omnium, ut opinor. Si quis enim hoc etiam a divinis ecclesiae luminibus factitatum non imitetur, huic nemo unquam persuadere poterit, cuiuscunque tandem sive barbarorum, sive Graecorum, sive angelorum, sive hominum, sive imperitorum, sive sapientium sermonibus ad hoc utatur. Igitur quicumque recte et attente rem considerariint, nec ullo affectu, quasi quadam caligine, perturbatum animum, nec ingenii tar-

- A. M. 6859 ἥκιστα ἐνοχλεῖ τῇ ψυχῇ, μηδὲ νοῦ βραδυτῆς τὸ θαυρόυν ἀμβλύ-
 Ind. 4 **F**νει τῆς γνώμης, ἀδεκάστους φέρειν τὰς ψήφους. (Δ.) Καὶ
 πρῶτον μὲν δὴ κείθω ζήτημα τουτὶ ταῖς παρούσαις χρεαίαις· εἰ
 ἐπὶ τῆς ἀπλῆς καὶ ἀσωμάτου φύσεως (λέγω δὴ τοῦ Θεοῦ) δια-
 P. 682 φορὰν ἠντινοῦν δογματίζειν οὐσίας καὶ ἐνεργείας ἐξείη· ὡς τὴν 5
 μὲν οὐσίαν ἀμέθεκτον εἶναι κτίσμασιν ἅπασιν κομιδῇ („αὐτὴ γὰρ
 καθ' αὐτήν,” φησὶν, „ἡ θεία μετεχομένη τε καὶ λαμβανομένη
 φύσις ἢ φουρμὸν πείσεται, ἢ τὴν παθητὴν ἐξαναλώσει φύσιν,
 πρὶν ἂν ληφθῇ· οὐδεὶς γὰρ, φησὶν, ὄψεται τὸ πρόσωπόν μου,
 καὶ ζήσεται”) τὴν δ' ἐνέργειαν μόνῃν ἅπασιν κτίσμασιν γίνεσθαι 10
 Βμεθεκτὴν, μόνῃ μὲν τῷ ἀκτίστῳ μηδὲν ἐκείνης διαφέρουσαν· ὡς
 δ' αἰτίαν ὑπερκειμένην ἔχουσαν ἐκείνην, τούτῳ δὲ διαφέρουσαν·
 εἶναι δὲ τὴν ἐνέργειαν εἰς εἶδη διαιρουμένην, σοφίαν, δύναμιν,
 ζωὴν, ἀλήθειαν, βούλησιν, ἁγιασμὸν, καὶ ὅσα μυρία τοῖς ἐντυγ-
 V. 550 χάνουσι ταῖς αὐτοῦ διαιρέσεσιν ἐξεστι διαγινώσκειν σαφέστερον, 15
 Cὄψεσιν ἄγουσιν οἰκείαις εἰς πίστιν ἑαυτοὺς ἀκριβῆ. (Ε.) Ἐπειδὴ
 τοίνυν ἐκ τῶν ἁγίων ἡμῶν διδασκάλων οὗθ' ὁ ὑμέτερος ἔγνω πει-
 σθῆναι διδάσκαλος Παλαμῆς, οὗθ' ὑμεῖς ἐκείνῳ πειθόμενοι,
 διαμαρτίας (ὡς ἔοικε) λέξεων καταγρόντες, φέρε τοὺς τε ἄλλους
 μιμησόμεθα καὶ ἡμεῖς θείους πατέρας, ὡς εἴρηται, καὶ δὴ καὶ 20
 Ἰουστίνον τὸν θεῖον καὶ σοφώτατον ἄνδρα, καὶ μέγαν τῆς εὐσε-
 D βείας μάρτυρα καὶ ἀθλητὴν. εἶναι γὰρ τῶν ἐκείνου βιβλίων καὶ

7. φησὶν, quod post μετεχομένη τε in apogr. est, delevit Capp. ut
 supervacaneum.

ditate alacritatem mentis hebetatam habuerint, his rectum licebit atque in-
 corruptum ferre iudicium. (IV.) Et quidem, in huiusce commoditatis ar-
 ticulo, prima haec proponatur quaestio: utrum in simplici et incorporea
 natura (de divina loquor) aliquid substantiae et operationis discrimen sta-
 tuere liceat; adeo ut substantia quidem a nulla creatura possit ullatenus
 participari („divina enim natura,” inquit, „si ipsa per se ipsam participetur
 et recipiatur, aut mixtionem patietur, aut patibilem naturam absument, ante-
 quam recepta fuerit. Nemo quippe videbit faciem meam, et vivet”), ope-
 ratio vero sola possit ab omnibus creaturis participari: et tamen, quatenus
 increata est praecise et formaliter, nihil a substantia differat; sed
 quatenus eam ut sui causam et se ipsa superiorem agnoscit, eatenus dun-
 taxat ab ea distet, et in multas dividatur species; nimirum in sapientiam,
 potentiam, vitam, veritatem, voluntatem, sanctificationem, et sexcenta
 huiusmodi; quae manifestius poterunt deprehendere, qui divisiones eius
 legerint, et propriis oculis plenam sibi ipsi fidem fecerint. (V.) Cum igitur
 a sanctis doctoribus nostris persuaderi sibi magister vester Palamas nol-
 lit, sicut nec vos eidem obsequentes; qui etiam, ut videtur, sanctos Pa-
 tres accusatis, quod suis in verbis aberrarint: age, cum alios sanctos Pa-
 tres, ut dictum est, imitemur, tum maxime Iustinum, divinum sapientis-
 simumque virum, et magnum pietatis martyrem ac propugnatores. Nam

λόγων καὶ τὸν περὶ μοναρχίας λόγον, ἐν ᾧ πλείστας παράγει τὰς A. C. 1351
μαρτυρίας ἐξ Ἑλλήνων φιλοσόφων, ποιητῶν τε καὶ ῥητόρων, οἷς Imp. Io. Can-
ὁμολογεῖν εἶναι συνηνέχθη μὴ δύο, μηδὲ πολλοὺς, ἀλλ' ἕνα tacuz. 5
θεόν. εἰκὸς γὰρ ᾤήθη τοῖς πλείστοις ἀξιοπιστοτέρους εἶναι τὰς

5 τῶν ἐχθρῶν μαρτυρίας. καὶ τὸν τοιοῦτον καὶ ἡμεῖς τήμερον τρό-
πον ἐκ τῆς τῶν θύραθεν ἐπιστήμης τὰς μαρτυρίας ἀγάγωμεν κατὰ
τὴν ὑπόθεσιν, τὴν σφῶν παρωσάμενοι θρησκείαν. μηδὲ γὰρ E
εἶναι τῆς θρησκείας τὴν ἐπιστήμην, μηδὲ βλάβην ἐκείθεν ὑφο-
ρᾶσθαι μηδ' ἠντινοῦν, οὐ μᾶλλον γε ἢ τῶν τροφίμων τὰ πλείω

10 κομιζομένους ἐκ βαρβάρων καὶ ἀλλοφύλων γενῶν· αἷς ἐπενεγκεῖν
ἀξιώσομεν αὐθις τὰς τῶν ἁγίων, ὁπόσας καὶ οἷας ἐπίτηδες ἐτα-
μειυσάμεθα τράπεζαν· καὶ δεῖξαι σύμφωνον μὲν ἐκείνους ἄδοντας
μέλος καὶ ἐναρμόνιον, κὰν ταῖς τῶν λέξεων σημασίαις· τὸν δ' F
ὑμέτερον Παλαμῶν μήτε τούτοις μήτ' ἐκείνοις συνάδοντα, ἀλλ'

15 ὅμοιον πάσχοντα, καθάπερ ἂν εἴ τις νοσώδης τὴν φύσιν καὶ
χαῦνος ὑπάρχων ἀνὴρ χρείας ἤστινισοῦν, εἰληφῶς ὅτουδῆποτε
μάχαιραν τῆς οἰκείας δυνάμεως ὑπερτέραν, ἔπειτα μὴ δυνάμενος
ἄλλοθεν, ἐκ τῶν οἰκείων σαρκῶν ὠμοβόρον ἑαυτῷ παρετίθει
τράπεζαν, αὐτὸς ἑαυτὸν ἐστιῶν μοχθηρῶς, κὰκ τοιούτων φιλο-

20 φρονούμενος πόνων, ἐστιάτωρ καὶ δαιτυμῶν ἐν ταυτῷ γινόμενος P. 683
αὐτὸς ἑαυτῷ, ὡς γε εἶρηται τε καὶ εἰρήσεται. ὑπὲρ γὰρ ὧν ἠπέ-
γετο, τούτων ἐκπέπτωκε· καθ' ὧν δ' ἐπόνει, τούτοις δ' ἔλαθεν
ἄθρυμα γεγωνῶς προφανές· ἀμφοῖν, οἰήσεως ἅμα καὶ ἀμαθίας,

inter alios eius libros ac tractatus unum de monarchia habemus, in quo plurima e gentilibus philosophis, poetis, et oratoribus, adducit testimonia, quibus isti neque duo, neque plures, sed unum esse Deum aperte confessi sunt. Hoc enim esse verisimile putavit; inimicorum scilicet testimonia maiorem apud plurimos fidem mereri. Eadem nos hodie ratione e scientiis profanorum petita testimonia, sicut polliciti sumus, proferemus, repudiata tamen eorum religione. Neque enim ad religionem scientia pertinet; neque hanc potius nobis fore noxiam suspicari debemus, quam testimonia, quae e barbaris et alienigenis asportamus. Profanorum autem testimonii esse subiungenda censemus SS. Patrum dicta quaecunque condidimus et veluti ad mensam opipare instruendam consulto asservavimus. Ostendemus etiam, scriptores profanos, quasi aequaliter effecto concentu, SS. Patribus plane consona proferre, etiam quantum ad verborum significatio- nes: vestrum autem Palamam neque his neque illis concinere: sed ita se gerere, ac si quis ex natura sua valetudinarius, et ad quamlibet operam prae languore ineptus, cuiuscunque demum ensem, qui suas vires superet, arripiat; ac deinde, cum aliunde non possit, saltem propriis e carnibus crudivoram sibi mensam apponat, ipse se ipsum male pascens, et ex hisce laboribus suis benevolus et comis ipse sibi convivator simul et conviva fiat, ut iam dictum est, et etiamnum dicetur. Nam de quibus tanto studio tantoque contendebat opere, iis excidit; contra quos autem tantum laboris impendebat ac studii, se iisdem manifeste ludos factum non animadvertit:

- A. M. 6859 Ind. 4 ἑκατέρωιν ἐκείνωιν αὐτῶ γενομένοιιν αἰτίωιν. (ς.) Πλωτίνου τοί-
 νων ἀκουσώμεθα πρώτως, περὶ οὐσίας καὶ ἐνεργείας Θεοῦ τάδε
 διεξιόντος. „εἰ ὑποθοῖτό τις (φησὶν) ἐλέσθαι τὸν Θεὸν ἀλλάξα-
 B σθαι τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, μήτ' ἂν ἄλλο τι γενέσθαι βουληθῆναι,
 μήτ' ἂν ἑαυτῶ μέμψασθαι, ὡς ὑπ' ἀνάγκης τοῦτο ἦν. ἔστι γὰρ 5
 ὄντως ἡ ἀγαθοῦ φύσις θέλησις αὐτοῦ· ὅτι μηδὲν ἦν ἄλλο, ἵνα
 πρὸς ἐκεῖνο λεχθῆ. εἰ μὲν οὖν εἴη τις ἐνέργεια ἐν αὐτῶ, καὶ τῇ
 ἐνεργείᾳ θείημεν αὐτὸν, οὐδ' ἂν διὰ τοῦτο εἴη ἕτερος αὐτοῦ; καὶ
 οὐκ αὐτὸς αὐτοῦ κύριος, ἀφ' οὗ ἡ ἐνέργεια· ὅτι μὴ ἕτερον ἐνέρ-
 C γεια καὶ αὐτός. ἐπεὶ γὰρ οὐσία καὶ ἐνέργεια ἐκεῖ ἐλέγετο, δύο 10
 πως ὄντα, ἐκ τῆς ἐνεργείας ἐδίδου τὴν ἔννοιαν τοῦ κυρίου· τοῦ-
 το δ' ἦν τῇ οὐσίᾳ ταυτόν. διὰ τοῦτο καὶ οὐ χωρὶς ἐγένετο τὸ
 κύριον εἶναι, ἀλλ' αὐτὸ ἑαυτοῦ κύριον ἐλέγετο. οὐ γὰρ δύο ὡς
 ἔν, ἀλλ' ἔν. ἡ γὰρ ἐνέργεια μόνον, ἡ οὐδ' ὅλως ἐνέργεια. εἰ δ'
 οὐσίαν ἄνευ ἐνεργείας τις λέγοι, ἐλλιπὴς ἡ ἀρχὴ καὶ ἀτελής ἡ 15
 τελειοτάτη πασῶν ἔσται. καὶ εἰ προσθεῖη ἐνέργειαν, οὐχ ἔν τηρεῖ,
 D ἀλλ' ἠλάττωσε τῇ προσθήκῃ. εἰ οὖν τελειότερον ἡ ἐνέργεια τῆς
 V. 551 οὐσίας, τελειότερον δὲ τὸ πρῶτον, πρῶτον ἂν ἐνέργεια εἴη.
 ἐνέργεια δὲ, οὐ δουλεύουσα οὐσίᾳ, καθαρῶς ἔστιν ἕλευθέρα.
 καὶ οὕτως αὐτὸς παρ' αὐτοῦ ὁ Θεὸς, εἴτ' οὐσίαν εἴποις, εἴτ' 20
 ἐνέργειαν. οὐ γὰρ δύο, ἀλλ' ἔν. πῶς γὰρ ἂν εἴη βούλησις ἐξ οὐ-

7. λεχθῆ Capp. pro ἐλεχθῆ. 12. ἐγίνετο coni. Capp.

quae damna duo arrogans existimatio sui et incitiam ipsi intulerunt. (VI.) Plotinum itaque primo audiamus, de Dei substantia et operatione ita disserentem. „Si quis,” inquit, „supponeret velle Deum suam commutare naturam, neque tunc aliud fieri Deus vellet, neque id sibi vitio daret, quod necessario talis esset. Nam boni natura est revera Dei voluntas: quia nihil esset aliud, cuius habita ratione Deus velle diceretur. Si quis igitur esset in eo actus, et eum esse in actu poneremus, non ideo esset alius a se ipso, nec ideo non esset sui dominus, a quo actus procederet: quoniam aliud non est actus, et aliud ipse Deus. Cum enim ibi substantia et actus esse quadamtenus duo dicerentur, ex actu ipso ideam alicuius domini darent. Hoc autem, quod domini rationem haberet, esset idem cum substantia. Ideo, esse dominum, non esset quid separatum ac divisum; sed idem sui ipsius dominus diceretur. Non enim duo ut unum, sed re ipsa unum forent. Aut enim actus duntaxat, aut nullo modo actus esset. Quod si quis absque actu, seu operatione, substantiam esse dixerit, tunc substantia, quae principium est, in aliquo deficiet; et quae omnium est perfectissima, erit imperfecta. Iam vero si quis ei substantiae actum seu operationem addat, non servat unitatem; sed hocce additamento substantiam imminuit. Si ergo actus perfectior sit substantia, et aliunde quod primum est, illud quoque sit perfectius, sequitur actum esse quid primum. Actus autem substantiae non inserviens est pure liber. Et sic ipse a se ipso Deus est, sive substantiam dicas, sive actum. Nec enim duo sunt, sed unum quid. Et vero quomodo volitio procederet a substan-

σίας ἀνενεργήτου; οὐχ ἕτερον ἄρα τῆς οὐσίας οὐδέν. φύσις οὖν A. C. 1351
 ἀπλῆ, καὶ ἐνεργεια μία, καὶ οὐδὲ τὸ δυνάμει ἔχουσα ἄλλο, ἄλλο Imp. Io. Can-
 δὲ τὸ ἐνεργεῖν, πῶς οὐκ ἐλευθέρα; οὐδὲ γὰρ πεφυκέναι λέγοιτ' E
 ἂν ἐνεργεῖν, ἄλλης οὐσης τῆς οὐσίας, καὶ τῆς ἐνεργείας ἄλλης." 5
 5 (Z.) Φησὶ δὲ καὶ Ἀριστοτέλης, ὅτι „τὸ ἐξ ἀνάγκης ὄν κατ' ἐνεργειάν ἐστι καὶ αἰδίδιον καὶ χωρὶς δυνάμεως, εἴτουν αὐτοενέργεια καὶ πρώτη οὐσία." καὶ ἀλλαγῶ „ἐκαστον τῶν ὄντων, ὧν ἔργον τί ἐστιν, ἦτοι ἐνεργεια, ἕνεκα τοῦ ἔργου αὐτοῦ ἐστι. Θεοῦ δ' F
 ἐνεργεῖα ἐστὶν ἀθανασία, ὅπερ ἐστὶ ταῦτόν εἰπεῖν ζῶν αἰδίδιος· 0
 ὥστε ἀνάγκη τὸν Θεὸν κίνησιν αἰδίδιον ὑπάρχειν, εἴτουν ἐνεργειαν." P. 684
 Ὅρας τὰς μαρτυρίας, σὺν ἐπιστήμης εὐροία προενεχθείσας, καὶ ὄσην αὐτόχημα τοῖς περὶ Θεοῦ λεγομένοις πρὸς τῶν σοφῶν δι-
 δασκάλων ἡμῶν καὶ φωστήρων τῆς ἐκκλησίας τὴν συμφωνίαν ἔχουσιν· ὡς ταῦτόν ἐπὶ Θεοῦ σαφῶς οὐσία τε καὶ ἐνεργεια, μηδὲν
 5 οὐδαμῶς διαφέροντα· καθάπερ καὶ ἡμῖν ἀνωτέρω λαβοῦσιν εἰς μῆκος ἐκτέθειται· Ἀθανασίου φημὶ, Βασιλείου, Κυρίλλου, καὶ Θεοδώρου, τοῦ τὴν Εἰκονομαχίαν ἐλάσαντος σοφωτάτοις ἐκ μέσου λόγοις, ὡς Ἀθηναῖοι πάλαι τὸ Κυλώνιον ἄγος ἐξ Ἀθηνῶν. B
 τότε μὲν γὰρ ἐγὼ τῶν ἁγίων ἐκείνων βίβλους σχιὸν ἀνὰ χεῖρας ὕπ' ὄψιν ἦγον λαμπρὰν τὰ λεγόμενα· ἐνταυθοῖ δ' οὐ παρέθηκα, περιττὸν ἡγησάμενος πανταχοῦ τὴν ὁμοίαν ἐκθεσιν δοῦν. εἶναι γὰρ τοῖς βουληθεῖσι ῥάδιον, ἀναδραμοῦσι μικρὸν τῆς ἡμῶν ταυ-

3. πεφυκέναι Capp. pro πέφυκε.

tia, quae actu et efficacia careret? Ergo nihil aliud est actus praeter substantiam. Itaque natura simplex, et actus unicus, in quo aliud non est esse in potentia, et aliud esse in actu, quomodo non erit liber? Nec enim diceretur Deus ex natura sua esse in actu, si aliud esset ipsius substantia et aliud actus, seu operatio." (VII.) Aristoteles etiam ita loquitur. „Quod necessario est, actu est et aeternum et absque potentialitate, seu potius est ex natura sua et per se actus sive operatio, et prima substantia." Et alibi. „Unumquodque entium, quorum est aliquod opus proprium, seu operatio, est propter suum opus. Porro Dei operatio est immortalitas; quod idem est ac si dicas, est vita aeterna: ita ut Deus necessario sit aeterna motio, seu operatio." Vides testimonia, cum facili expeditaque scientia huc usque prolata. Cernis quantum re ipsa consona sint iis, quae sapientes nostri doctores et ecclesiae lumina de Deo disserunt; nempe in Deo substantiam et actum, seu operationem, esse manifeste unum quid, nec ullatenus a se invicem differre: quemadmodum et supra fusius exposuimus. Porro cum sapientes nostros doctores dico, loquor de sanctis Athanasio, Basilio, Cyrillo et Theodoro, qui iconomachorum haeresin sapientissimis suis libris e medio sustulit, sicut Athenienses olim Cyloniae caedis labem Athenis exegerunt. Et vero cum Sanctorum illorum libros prae manibus haberem, tunc eorum verba palam ob oculos ponebam. Hic autem ea non apposui, supervacaneum quid facturum me ratus, si eadem ubique similiter exhiberem. Qui enim ea repetere voluerint, quae paulo ante hocce

- A. M. 6859 *τησι διάστημα συγγραφῆς, έντυχεῖν· εἰς πλάτος ἡμῖν εἰρημένου*
 Ind. 4 *αὐτοῖς, ένθα λαληθέντα τε καὶ πραχθέντα παρὰ τὴν ληστρικὴν*
 C *ἡμῖν ἐκείνην ἐκτέθειται σύνοδον. ἀλλ' ἐπιλείπει με (εἶπον) τὰ*
παραπλήσια κομίζειν ὁ χρόνος ἐθέλοντα. (H.) Ὅμως καὶ ἐπεὶ
τὴν εἰκόνα Θεοῦ φασιν οἱ Θεῖοι πατέρες τὸν νοῦν, πολλαχῆ δὲ 5
καὶ νοῦν καλοῦσιν αὐτὸν, καὶ πρό γε τῶν Θεοπρεπῶν ὀνομάτων
 D *ἐμάθομεν εἶναι τὸ έν καὶ τὸ ὄν καὶ τὸν νοῦν καὶ τὴν βούλησιν,*
φέρει σκεψώμεθα, τί καὶ περὶ τούτων τεχνολογοῦσιν οἱ τῆς ἡμε-
τέρας γλώττης ἐπιστήμονες ἀρμοσταὶ καὶ παιδευταί. ἐς γὰρ τὴν
αὐτὴν ἀγάγοι ἂν καὶ ταῦθ' ἡμῶς ἐπιστημονικὴν τεχνολογίαν καὶ 1
γνώσιν, οἷς ἔφθημεν περὶ γε οὐσίας ἐκείνης, μοναδικοῦ τε καὶ
ἐνιαίου. φησὶ τοίνυν εὐθύς ὁ Πλωτῖνος αὐθίς· „τὴν τοῦ παντὸς
διάθεσιν εἴ τις ὀνομάζει πρόνοϊαν, οὕτω νοεῖτω· ὅτι ἐστὶ πρὸ
τοῦδε νοῦς τοῦ παντὸς ἐστὼς, ἀφ' οὗ καὶ καθ' ὃν πᾶν τόδε. εἰ
 E *μὲν οὖν νοῦς πρὸ πάντων καὶ ἀρχὴ ὁ τοιοῦτος νοῦς, οὐκ ἂν εἴη 1*
ὡς ἔτυχε.” καὶ αὐθίς φησιν, ὡς „ἀπλῆ ἐστὶν ἡ τοῦ νοῦ οὐσία, καὶ
 V. 552 *οὐκ ἄλλο νόσις, καὶ ἄλλο νοῦς. οἱ γὰρ λέγοντες ἄλλως προστι-*
θέασιν αὐτῇ, ὡσπερ ὀφθαλμοῖς τὸ ὄραν. ἐατέον οὖν ἐπὶ τῆς
ἀπλῆς φύσεως, τᾶλλα μηδεμιᾶς ἐπικουρίας δεομένης. ὁ γὰρ ἂν
προσθῆς, ἠλάττωσε τῇ προσθήκῃ τὴν οὐδενὸς δεομένην.” καὶ 2
 F *πολλὰ πολλαχῆ περὶ τούτου διεξελθῶν ἐπιφέρει καὶ Πλάτωνα,*

1. *εἰρημένοις coni. Capp.*

6. *πρός γε coni. Capp.*

in opere nostro scripsimus, iis facile fuerit legere quae fuse supra exposuimus, ubi de dictis et factis in praedatoria illa synodo Palamitica egimus. Verum, inquam, deficiet me tempus si totidem et similia hic proferre voluero. (VIII.) Quoniam tamen sancti Patres humanam mentem esse Dei imaginem asserunt, multisque in locis ipsum Deum vocant mentem; et praeterea, unum, ens, mentem, voluntatem, inter divina nomina locum habere didicimus, agedum perpendamus, quid de his quoque ex artis suae praeceptis disserant linguae nostrae periti moderatores ac magistri. Haec enim in eandem scientificam artis methodum et cognitionem nos ducunt, ac illa quae prius de substantia et operatione, itemque de simplicis illius substantiae singularitate et unitate diximus. Statim igitur Plotinus iterum sic loquitur. „Si quis huius universi dispositionem appellet providentiam, id ita intelligat, ut ante hancce rerum universitatem exstiterit mens, a qua et per quam hoc universum factum est. Itaque si ante omnia exstitit mens, quae est omnium principium, sane omnia non erunt fortuita.” Et rursus haec dicit. „Simplex est mentis seu intellectus substantia, nec aliud est intellectio, et aliud intellectus. Qui enim aliter loquuntur, ipsi substantiae addunt quidpiam, sicut oculis visionem. Haec igitur omittenda est additio in simplici natura, quae aliunde nulla ope indiget. Quidquid enim addideris, hoc sui additamento naturam nullius indigam imminet.” Cumque hac re super multis in locis multa dissenuisset Plotinus, subiungit Platonis testimonium, qui hanc sententiam suo calculo confirmet,

βεβαιοῦντα τὸν λόγον αὐτοῦ. „νοῦς γὰρ,” φησὶ, „μὴ νοῶν ἀνόη- A. C. 1351
 τος ἂν εἴη.” καὶ Ἀριστοτέλης δ' ὁμοίως· „τέλειος,” φησὶ, „νοῦς Imp. Io. Can-
 αὐτοφνῆς ἐστὶν ἐνέργεια, καὶ ταῦτόν ἐστιν ἐπ' αὐτοῦ, ταῦτόν tacuz. 5
 καὶ ἐνέργεια· ἢ οὐ μεταβάλλει, ἄλλο τι ὢν τὴν οὐσίαν καὶ ἄλλο P. 685
 5 τὴν ἐνέργειαν.” ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐκεῖνοι. (Θ.) Ἴδωμεν δὲ καὶ
 τῶν σοφῶν καὶ ἁγίων διδασκάλων τῆς ἐκκλησίας τὴν συμφωνίαν.
 „ὁ Θεὸς οὔτε νοῶν λέγεται κυρίως, οὔτε νοούμενος, ἵνα μὴ σύν-
 θετος λογισθῆ. τό, τε γὰρ νοῶν συνεπιθεωρουμένην ἔχει τὴν τοῦ
 νοεῖν δύναμιν, τό, τε νοούμενον τὴν τοῦ νοεῖσθαι. ἀλλ' οὐδὲ
 0 νόησις· ἢ γὰρ νόησις ἔχει φυσικῶς ὑποκειμένην δεκτικὴν αὐτῆς B
 οὐσίαν. λοιπὸν οὖν, ὑπὲρ ταῦτα πάντα· εἰ μὴ ποῦ νόησιν αὐ-
 τὸν εἰποῦμεν αὐτὸ κατ' οὐσίαν. καὶ ὅλον νόησιν, καὶ μόνον νόη-
 σιν, καὶ νόησιν ὑπὲρ νόησιν.” καὶ ἄλλαχοῦ· „ἢ αὐτοῦπεραγαθό-
 5 γεία δ', οὐ δυνάμει, πρότερον οὔσα ἀφροσύνη, εἴτα νοῦς ἐνεργεία
 γινομένη. ὅθεν καὶ ἐστὶ νοῦς μόνον καθαρός, οὐκ ἐπεισα- C
 κτον ἔχων τὸ φρονεῖν, ἀλλὰ παρ' ἑαυτοῦ πάντα νοεῖ. εἰ γὰρ ἢ
 μὲν οὐσία αὐτοῦ ἄλλο ἐστίν, ἢ δὲ νοεῖ ἕτερα αὐτοῦ, αὐτὸς
 ἀνόητος ἐσται, ἢ γουν ἢ οὐσία αὐτοῦ.” (I.) Καὶ ταῦτα μὲν ἐξ
 0 αὐτοσχεδίου τέως ἡμῖν εἴρηται. σχολῆς δὲ μοι προσγενομένης,

3. Post ἐπ' αὐτοῦ Capp. addendum censet οὐσία. 12. αὐτὸ om. al.
 14. ἐνεργεία ἐστὶ al. 17. πάντως al. 18. ἄλλη al.

et dicat, intellectionem esse intellectum seu mentem. „Mens enim”, inquit, „sine intellectione amens esset.” Pariter Aristoteles, „perfecta mens,” inquit, „est etiam per se et ex natura sua actus, seu operatio, et in ea idem sunt substantia et actus. Vel nullam patitur mutationem, cum aliud non sit eius substantia, aliud eius operatio.” Et haec quidem illi scriptores profani dixerunt. (IX.) Videamus porro quantum sapientes et sancti ecclesiae doctores ipsis concinant. „Deus (inquit S. Maximus) neque intelligens proprie dicitur, neque res intellecta; ne compositus esse existimetur. Nam substantia intelligens habet intelligendi potentiam, quae in ipsa esse cointelligitur. Pariter intellecta res habet potentiam seu capacitatem ut intelligatur. Sed neque intellectio est Deus. Nam intellectio ex natura sua habet subiectam substantiam, ipsius intellectionis capacem. Restat igitur, ut super omnia sit Deus: nisi forte dicamus ipsum esse intellectionem per essentiam, ipsum totum esse intellectionem, esse solum intellectionem, et intellectionem supra intellectionem.” Et alibi: „Bonitas essentialis omni bonitate superior, cum sit mens et tota operatio, ad se ipsam conversa, est actu non vero potentia; quasi prius fuisset amentia, deinde mens actu fieret. Unde mens est solummodo pura, nec adventitiam sapientiam habet; sed a se ipsa omnia intelligit. Si enim substantia eius aliud esset, et ab ipsa alia essent ea quae intelligit, mens ipsa, sive ipsius substantia, non esset intelligibilis.” (X.) Et haec quidem hactenus ex tempore nec ita praemeditate a nobis dicta sunt. Cum autem otii

- A. M. 6859 *εἰρήσεται καὶ τῶν ἄλλων σοφῶν καὶ θείων τῆς ἐκκλησίας ἡμῶν*
 Ind. 4 **D** διδασκάλων κατὰ πληθὸς τὰ παραπλήσια. ἔξεστι δ' οὖν ὁμοῦς
 καὶ τούτων ἐπιγνῶναι τῆς συμφωνίας τὸ κράτιστον, ὡς ἐπὶ τῆς
 ἀπλῆς καὶ θείας οὐσίας ταυτὸν εἶναι πρὸς πάντων ὁμοῦ μαρτυ-
 ρεῖται, τῶν τε θύραθεν καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς σοφωτάτων ἀνδρῶν,
 οὐσία τε καὶ ἐνεργεία. ἕπει τοίνυν ἐς τὸ ἀναμφίλεκτόν τε καὶ
E ἀναντιρρόητον ἐπιεικῶς ἡμῖν δέδεικται τὸ ἀδιαίρετόν τε καὶ ἀδιά-
 φορον τῆς οὐσίας καὶ ἐνεργείας ἐπὶ τῆς θείας καὶ ἀπλῆς φύσεως
 πανταχόθεν, φέρε καὶ τῆς μονάδος καὶ τοῦ ἑνὸς καὶ τοῦ ἀγαθοῦ
 τὴν τῆς οὐσίας καὶ ἐνεργείας ταυτότητα δεῖξωμεν αὐθις ὁμοίως. 1
 „πάντα τὰ ὄντα τῷ ἐνὶ ἑστίν ὄντα,” φησὶν, „ὅσα τε πρώτως ἐστὶν
 ὄντα καὶ ὅσα ὀψωσοῦν λέγεται ἐν τοῖς οὖσιν εἶναι. τί γὰρ ἂν
 καὶ εἶη, εἰ μὴ ἐν εἶη; ἐπέπερ ἀφαιρεθέντος τοῦ ἑνὸς, οὐκ ἐστὶν
F ἕκείνα· οὔτε γὰρ στρατός, οὔτε χορός, εἰ μὴ ἐστι τὸ ἑν. καὶ δὴ
 καὶ τὰ τῶν φυτῶν καὶ ζώων σώματα, εἰ φεύγει τὸ ἑν εἰς πληθὸς 1
 θρυπτόμενα, τὴν οὐσίαν αὐτῶν ἣν εἶχεν ἀπόλεσεν, οὐκ ἔτι ὄντα
 ἂ ἦν. ὅστις δ' οἶεται τὰ ὄντα τύχη καὶ τῷ αὐτομάτῳ διοικεῖ-
 σθαι, καὶ σωματικαῖς συνέχεσθαι αἰτίαῖς, οὗτος πόρρω ἀπελή-
 λαται Θεοῦ καὶ ἐννοίας ἑνός. εἶπερ δεῖ τι αὐταρκέσιον εἶναι,
 P. 686 τὸ ἑν εἶναι δεῖ. τόπος δὲ οὐδεὶς αὐτοῦ. οὐ γὰρ δεῖται ἰδρύσεως, 2
 V. 553 ὡς αὐτὸ φέρειν μὴ δυνάμενον· τό, τε ἰδρυθησόμενον ἄψυχον,
 καὶ ὄγκος πίπτων, ἔαν μήπω ἰδρυθῆ. ἐνδεῆς γὰρ, καὶ τόπον

quidpiam nactus fuero, iuxta sapientium et divinatorum ecclesiae doctorum sententiam, totidem et similia fusius exponam. Tamen ex supra dictis animadvertere licet, in quo praecipue sapientissimi, tum inter ecclesiae doctores, tum inter gentiles philosophos, viri consentiant. Nimirum unanimi consensu illi omnes testantur, in simplici ac divina substantia idem esse substantiam ac operationem. Quoniam itaque indivisam et indistinctam esse ab operatione substantiam in divina et undequaque simplici natura sufficienter demonstravimus, ita ut hac de re nemo dubitare aut contradicere possit, agetum ex singularitate, unitate, ac bonitate, identitatem substantiae et operationis eadem rursus ratione demonstramus. „Omnia entia,” inquit, „per unitatem sunt entia, tum quaecunque primario existunt, tum quaecunque aliqua ratione entibus inesse dicuntur. Quid enim existeret, nisi unum esset? quandoquidem sublata unitate, illa non amplius existerent. Nam neque exercitus neque chorus esset, nisi esset unitas. Quin immo plantarum et animalium corpora, si unitatem effugerent in multitudinem comminuta, substantiam suam, quam habebant, amitterent; nec essent quae prius erant. Quisquis autem fortuito ac temere hanc rerum universitatem gubernari et corporalibus contineri causis existimat, is a Deo et ab unitatis idea longissime remotus est. Siquidem oportet quidpiam esse per se sibi sufficientissimum, hoc sit unum necesse est. Huius vero locus nullus est. Nec enim sede indiget, quasi se ipsum sustinere non posset; quemadmodum ens inanimatum, quod certa in sede collocari debet; et moles quae caderet, nisi firma in sede collocaretur. Indiget

ζητοῦν. ἀρχὴ δὲ οὐκ ἐνδεὲς τῶν μετ' αὐτό. ἢ δὲ πάντων ἀρχὴ A. C. 1351
 ἀνευδεὲς ὑπάντων. ὅ,τι γὰρ ἐνδεὲς, ἐπιμέμενον ἀρχῆς, ἔστιν ἐν- Imp. Io. Cantacuz. 5
 δεὲς. εἰ οὖν τὸ ἐν ἐνδεὲς, τῷ ζητεῖν δηλονότι μὴ εἶναι ἐν· ὥστε
 ἐνδεὲς ἔσται τοῦ φθεροῦντος. ὥστε τῷ ἐνὶ οὐδὲν ἀγαθόν ἔστιν· B
 οὐδὲ βούλησις τοίνυν οὐδενός· ἀλλ' ἔστιν ὑπὲρ ἀγαθόν, καὶ αὐτὸ
 οὐχ ἑαυτῷ τοῖς δ' ἄλλοις ἀγαθόν, εἴ τι αὐτοῦ δύναται μεταλαμ-
 βάνειν· οὐδὲ νόησις, ἵνα μὴ ἕτερότης, οὐδὲ κίνησις. πρὸ γὰρ
 κινήσεως καὶ πρὸ νοήσεως. ἢ νοήσεως δεήσεται, ἵνα γινῶ ἑαυτὸν
 ὃ αὐτάρκης ἑαυτῷ. νόησις γὰρ οὐ νοεῖ, ἀλλ' αἰτία τοῦ νοεῖν
 ἄλλω. τὸ δ' αἴτιον οὐ ταῦτὸν τῷ αἰτιατῷ. τὸ δὲ πάντων αἴτιον
 οὐδὲν ἔστιν ἐκείνων. οὐ τοίνυν οὐδ' ἀγαθόν λεκτέον τοῦτο ὃ πα- C
 ρέχει, ἀλλ' ἄλλως τὰγαθὸν ὑπὲρ τὰ ἄλλα ἀγαθά." (I A.) Τὰ
 δ' αὐτὰ ὃ Πλατωνικὸς διέξεισι Πρόκλος περὶ τοῦ ἐνὸς καὶ τοῦ
 ἀγαθοῦ· καὶ ὃ τοῖς θεολογικοῖς ἐντυγχάνων ἐκείνου εἴσεται σα-
 φῶς τὴν συμφωνίαν. ἐμοὶ γὰρ οὐ σχολάζειν αἰ τῆς κεφαλῆς ἔω-
 σιν ἀλγηδόνες ἐν τούτοις. εἴσεται δ' ἐν ταῦτῳ καὶ τὴν Πλάτωνος
 περὶ τὰ τοιαῦτα δόξαν ἐξ αὐτοῦ, εἴπερ αὐτὸς τῷ γε πλείονι μέ- D
 ρει τὰκείνον φθίγγεται πάντι. Δεικτέον δ' ὁμῶς ἐκ μέρους τὰ
 πλείω. φησὶν οὖν· „πᾶν τὸ γινόμενον ἐν μεθέξει τοῦ ἐνὸς γίνε-
 ται ἐν. αὐτὸ μὲν γὰρ οὐχ ἐν ἔστι. καθὸ δὲ πέπονθε τὴν μετοχὴν
 τοῦ ἐνὸς, ἔν ἔστιν. εἰ γὰρ γίνοιτο ἐν, ἂ μὴ ἔστιν ἐν καθ' ἑαυτὰ,

enim loco, quem quaerit. Sed principium iis, quae sunt post ipsum, non indiget. Et omnium principium nulla omnino re indiget? Quicquid enim indigum est, indiget quatenus principii cupidum est. Si ergo unitas est indiga, est huiusmodi, quatenus quaerit non amplius esse unum quid: et sic erit illius indiga, quod sit ipsam corrupturum. Itaque unitati nihil est bonum. Proinde nec ullius rei voluntas ei est: sed est supra omnem bonitatem posita, nec ipsa sibi bona est, verum aliis, si quid tandem illius particeps esse possit. Non est etiam intellectio, ne diversitas in eo occurrat; nec motio, cum sit ante motionem et intellectionem, alias intellectione indigebit, ut se ipsum cognoscat, qui sibi ipse sufficit. Intellectio quippe non intelligit, sed in causa est cur alius intelligat. Causa vero non est quid idem cum effectu, et universalis omnium causa, nihil est eorum quorum causa est. Igitur neque id bonum dicendum est, quod bonum aliis praebet: sed alio nomine appellandum, videlicet bonum super alia bona." (XI.) Eadem de uno et bono Platonicus disserit Proclus, cuius theologicas institutiones qui legerit, summam cum praedictis consonantiam manifeste deprehendet. Nam ut his diutius immorer, capitis dolores non permittunt. Quid vero hac de re Plato quoque senserit, ex eodem Proclo cognoscet qui huius scripta evolverit. Nam plurimam partem omnia Platonis verba usurpat. Pleraque tamen eorum, quae scripsit Proclus, ex parte saltem demonstranda sunt. Sic porro habet. „Quicquid unum fit, unius participatione fit unum. Ipsum enim per se unum non est: sed quatenus unius fit particeps, unum est. Nam si unum fiant, quae per se ipsa non sunt unum; fiunt unum, quatenus secum invicem coeunt et mutuam in communionem

- A. M. 6859 *συνιόντα δῆπον καὶ κοινωνοῦντα ἀλλήλοις, γίνεται ἕν καὶ ὑπο-*
 Ind. 4 **E** *μένει τὴν τοῦ ἑνὸς παρουσίαν, οὐκ ὄντα ὅπερ ἕν. μετέχει ἄρα*
τοῦ ἑνὸς ταύτῃ, ἣ πάσχει τὸ ἕν γενέσθαι. εἰ μὲν γὰρ ἤδη ἔστιν
ἕν; οὐ γίνεται ἕν. τὸ γὰρ ὄν οὐ γίνεται ὃ ἤδη ἔστιν. εἰ δὲ γί-
νεται, τῷ μὴ ἕν εἶναι πρότερον, ἕξει τὸ ἕν, ἐγγενομένου τινὸς ἕν 5
αὐτοῖς ἑνός.
- F** *β'. Ἐγὼ μὲν οὖν ταῦτα εἰπὼν ὦμην λόγου ἀπηλλάχθαι·*
μηδὲ γὰρ δεῖσθαι πλειόνων ἕτι καὶ σαφεστέρων μαρτυριῶν, εἰς
παράστασιν τῆς ἐνιαίας ἐκείνης καὶ μοναδικῆς καὶ θείας ἀπλότη-
τος, καὶ ὅσα δεικνῶσιν ἕτερα περὶ Θεοῦ τῶν πάλαι σοφῶν οἱ λό-
 1
- P. 687** *γοι, ὑπεράγαθον αὐτὸν καλοῦντες, καὶ τόπον ὑπὲρ τόπον, καὶ*
νόησιν ὑπὲρ νόησιν, καὶ κίνησιν ὑπὲρ κίνησιν, τοῖς ἁγίοις ὁμοίως,
ἅτε ὑφ' ἐνὶ καὶ τῷ αὐτῷ τούτοις κανόνι τυπούμενοι τῆς τεχνικῆς
παιδείας καὶ ἐπιστήμης, κοινῇ τοῖς πᾶσι πρὸς τοῦ Θεοῦ βραβευ-
θείσης, ὅποσοι διαλέκτῳ κέχρηται τῇ αὐτῇ. (B.) Οἱ δ' οὐκ 1
ἀφίσταντό μου, τὴν συμφωνίαν καὶ τῶν ἱερῶν ἀπαιτοῦντες ὄψε-
B *σιν αὐταῖς ἀναλαμβάνειν βιβλίων. οὐ γὰρ ἐνέτυχον οὐδαμῇ πω*
οὔθ' ἱεραῖς, οὔτε τισὶ τῶν θύραθεν περὶ ὧν δῆποτε βίβλων
φιλοπονώτερον, ἢν' εἴῃ καὶ ἡμῖν, πρὸς εἰδότας γε ποιουμένοις
 2
- V. 554** *τὸν λόγον, τὰ τῶν πόνων κουφότερα· ἀλλ' ἢ πρὸς τοῦ διδασκά-*
λου Παλαμᾶ συνέβαινέ σφισιν ἄκροισ ἀκούειν ὡσὶ, ταῦτ' ἐδέ-

4. εἰ δὲ γίνεται, ἐκ τοῦ μηδενὸς γίνεται, τοῦτό ἐστιν, ἐκ τῆς στερή-
 σεως πρότερον τὸ ἕν, ἐγγενομένου al. 20. ἀλλ' ἢ Capp. pro ἀλλά.

veniunt, nec non unitatis praesentiam suscipiunt; licet non sint istud ipsum, quod unum est. Igitur eatenus unitatem participant, quatenus per accidentalem et adventitiam sibi qualitatem unum fiunt. Nam si iam antea unum essent, unum non fierent. Quod enim est, non fit istud ipsum quod iam est. Sin unum fiant, eo quod unum prius non essent, unitatem habebunt, quatenus unum quid ipsis recens inerit.

2. Haec ego cum dixissem, loquendi officio abunde perfunctum me esse putabam. Neque enim existimabam pluribus et evidentioribus opus esse testimoniis, ut unica illa singularis et divina simplicitas ostenderetur, ut et alia quaecunque de Deo demonstrantur ex veterum placitis philosophorum, qui ipsum super omnem bonitatem bonum, locum super omnem locum, intellectum super omnem intellectum, motionem super omnem motionem appellat. Qua in re SS. Patribus consentiunt, utpote cum sermones illi suos conformarint ad unam eandemque regulam, artificialis doctrinae et scientiae, quam Deus communiter omnibus, quicumque lingua eadem utuntur tribuit. (II.) Illi autem a me non recedebant; sed postulabant, ut ipsis ob oculos ponerem testimonia e SS. Patrum libris deprompta, quae philosophorum placitis consona esse viderentur. Etenim neque SS. Patrum neque gentilium philosophorum libros (quacunque tandem de re conscripti forent) hucusque diligentius unquam legerant, ut nobis, cum rerum controversarum peritis, sermonem habentibus, levior labor esset: sed quae a magistro suo Palama extremis auribus audierant,

χογτο καὶ ἐπίστευον λίαν ἀπονητὶ, ἀταλαίπωρον ἀπιστίαν πίστεως A. C. 1351
 ἀλλαττόμεγοι, δι' ἀκαιρίαν νοῦ, μᾶλλον δὲ διὰ γνώμης καιρίων Imp. Io. Can-
 μοχθηρίαν, ἀσέβειαν παρὰ γε τοῦ μὴ εἰδότες οἱ μὴ εἰδότες λαμβά- C
 νοντες. ταύτη τοι καὶ παραχρῆμα παρὰγειν ἐπήει μοι Διονυσίου τοῦ
 Ἀρειοπαγίτου ταυτί. „Ἐν μὲν ἐστὶ τὸ ὄντως ὄν καὶ καλὸν καὶ ἀγα-
 θὸν καὶ σοφὸν, οὗ πάντες οἱ ἐνοειδεῖς ἐφίενται· μετέχουσι δ' αὐτοῦ
 οὐχ ἐνιαύως, καίτοι ἐνὸς καὶ ταυτοῦ ὄντος· ἀλλ' ὡς ἐκάστῳ τὰ D
 θεῖα διανέμει ζυγὰ, κατὰ τὴν ἐκάστου ἐπιτηδειότητα.” καὶ πάλιν·
 „ὥσπερ ἐν μὲν ἡ μονὰς, πρὸ πάντων δὲ ἐστὶ τῶν ἀριθμῶν, καὶ
 αἰτία ἐστὶ παντὸς ἀριθμοῦ καὶ οὐκ ἔστιν ἀριθμὸς, ἀλλ' ἀρχὴ
 ἀριθμῶν, καὶ τὰ ἐξῆς· οὕτω καὶ ὁ θεὸς ἐν λέγεται, οὐ μόνον
 ὡς μόνος καὶ ἐξηρημένος πάντων τῶν ὄντων κατὰ πάντα, καὶ
 ὡς ἄπλοῦς καὶ ἀμερῆς καὶ ἀδιαίρετος καὶ ἀπαθής, ἀλλὰ καὶ ὡς
 πρὸ πάντων τῶν ὄντων, καὶ ὡς πάντων αἴτιος· ἐν γὰρ τὸ πᾶν- E
 των τῶν ὄντων αἴτιον, καὶ ἐνικῶς ἐν, ἤτοι ἰδικῶς, ἐξαιρέτως,
 καὶ πρὸ πάντων· τὰ πάντα δ' ἐξ αὐτοῦ καὶ μετ' αὐτό· καὶ ὡς
 ὑπὸ πάντων τῶν ὄντων μετεχόμενος κατὰ τὴν ἐκάστου ἐπιτη-
 δειότητα. τὸ γὰρ πάντῃ ἀμέτοχον αὐτοῦ πάντῃ μὴ ὄν ἐστὶ.
 καὶ τῷ εἶναι τὸ ἐν, πάντα ἐστὶ τὰ ὄντα. καὶ οὐκ ἔστι τὸ πάντων
 αἴτιον ἐν, ἐν τῶν πάντων, ἀλλ' ὑπὲρ πᾶν ἐν, καὶ παντὸς ἐνὸς
 καὶ πλήθους ὥσπερ ποιητικόν, οὕτω καὶ ὀριστικόν. καὶ ὡς ἡ F
 μονὰς πρὸ παντὸς ἀριθμοῦ πεπληθυσμένου, καὶ πάντα ἐν ἑαυτῷ

haec nullo negotio approbabant, iisque fidem habebant, inertem ac desidi-
 diosam infidelitatem Fide commutantes, importunum ob ingenium suum,
 seu potius propter eximiam mentis suae malitiam, ignari ab ignaro impietatem
 suscipientes. Ideo statim mihi fuit in animo, haec Dionysii Areo-
 pagitae verba in medium afferre. „Verum ens est unum, pulchrum, et bonum,
 et sapiens, cuius desiderio tenentur omnes, qui divinam unitatem parti-
 cipant. Porro ens istud, tametsi unum et idem, non unico modo partici-
 pant: sed ut unicuique, pro uniuscuiusque habilitate, divina statera dis-
 tribuit.” Et iterum: „sicut unitas est unum quid ante omnes numeros, et
 omnis numeri causa; nec tamen ipsa numerus est: sed numerorum princi-
 pium, etc., ita etiam Deus unum quid esse dicitur, non solum quatenus
 solus est et a cunctis entibus omnino secretus, et quatenus simplex est,
 partium expers, indivisus et impatibilis: sed etiam quatenus ante omnia
 entia existit et quatenus omnium est causa (una est enim omnium entium
 causa, et unice seu specialiter et eximie una: ante omnia existit, omnia
 vero ex ipsa et post ipsam existunt) item quatenus a cunctis entibus, iux-
 ta uniuscuiusque habilitatem, participatur. Nam quicquid ipsum Deum nul-
 latenus participat, nullatenus existit. Et omnia entia existunt, quatenus
 unum existit. Item unica omnium causa non est unum quid ex omnibus:
 sed est super omne unum, et est omnis unitatis et multitudinis, ut effecti-
 vum principium, ita et finis. Et sicut unitas est ante omnem numerum
 multiplicatum, ita unum ens, divinum scilicet, omnia etiam contraria in

- A. M. 6859 τὸ ἐν καὶ τὰ ἐναντία ἐνοειδῶς καὶ ἀσυχνῶς προεἰληφε.” καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς φησιν· „ἐπὶ Θεοῦ ταῦτόν ἐστι τὸ καλὸν τῷ ἀγαθῷ· τοῦ καλοῦ γὰρ καὶ ἀγαθοῦ πάντα ἐφίεται. καλὸν δὲ καὶ κάλλος οὐ διαιρετέον ἐπὶ τῆς ἐν ἐνὶ τὰ ὅλα συνειληφείας αἰτίας. ταῦτα γὰρ ἐπὶ μὲν τῶν ὄντων ἀπάντων, εἰς μετέχοντα καὶ μετοχὰς 5 διαιροῦντες, καλὸν λέγομεν τὸ κάλλους μετέχον· κάλλος δὲ τὴν μετοχὴν τῆς καλλοποιοῦ τῶν ὄντων αἰτίας. ὁ δὲ Θεὸς ταῦτα λέγεται, ὡς αἴτιος τούτων. ἐκ Θεοῦ γὰρ καὶ ἐν Θεῷ καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι, καὶ αἱ τῶν ὄντων πάντων ἀρχαί, καὶ τὰ ὄντα πάντα, καὶ τὰ ἀλλήλοις ἐναντία· καὶ τοῦτο ἀσχέτως καὶ ἔξαιρέτως καὶ συν- 10
- Bειλημιμένως καὶ ἐνιαίως. καὶ γὰρ ἐν μονάδι πᾶς ἀριθμὸς ἐνοειδῶς προϋφέστηκε, καὶ ἔχει πάντα ἀριθμὸν ἢ μονὰς ἐν ἑαυτῇ μοναχῶς, ὡς αἰτία παντὸς ἀριθμοῦ· καὶ πᾶς ἀριθμὸς ἤνωται μὲν ἐν τῇ μονάδι· καθ’ ὅσον δὲ τῆς μονάδος πρόεισι, κατὰ τοσοῦτον διακρίνεται καὶ πληθύνεται· ὡς καὶ ἐν κέντρῳ πᾶσαι αἱ τοῦ 15 κύκλου γραμμαὶ κατὰ μίαν ἐνώσειν συνυφεστήκασιν, καὶ πύσας
- C ἔχει τὸ κέντρον τὰς εὐθείας ἐνοειδῶς. ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ ὄλῃ τῶν ὄλων φύσει πάντες οἱ λόγοι τῆς καθ’ ἕκαστον φύσεως συνειλημιμένοι εἰσὶ κατὰ μίαν ἀσυχνῶν ἐνώσειν, καὶ ἐν τῇ ψυχῇ μονοειδῶς αἱ τῶν κατὰ μέρος πάντων προνοητικῶν τοῦ ὅλου σώματος δυνάμεις. οὐδὲν οὖν ἄτοπον, ἔξ ἀμυδρῶν εἰκόνων ἐπὶ τὸ πάντων αἴτιον ἀναβάντας ὑπερκοσμίους ὀφθαλμοῖς θεωρῆσαι

3. Verba πάντα ἐφίεται Capp. add. ex Dionys. de div. nom. c. 4. s. 7.
7. τῶν ὄλων καλῶν ed. 13. ὡς αἰτία παντὸς ἀριθμοῦ om. ed.
15. ὡς om. ed. 17. Pro κέντρῳ ed. σημείον eodem sensu.

se ipso uniformiter atque inconfuse anticipavit.” Iterum idem Dionysius sic habet. „In Deo idem est pulchrum et bonum. Pulchrum enim et bonum omnia appetunt. Pulchrum autem et pulchritudo separanda non sunt in ea causa, quae universa in uno comprehendit. Haec enim in omnibus rebus creatis dividimus in participationes, et in entia participantia; sicque pulchrum dicimus, quod pulchritudinis est particeps; pulchritudinem vero vocamus participationem causae omnia pulchra efficientis. Deus autem haec esse dicitur, quatenus horum causa est. Ex Deo enim et in Deo sunt ipsum esse, entium omnium principia, entia omnia, et quae sibi invicem sunt contraria; idque sine ulla proportione, eximie, comprehense, et singulariter. Etenim in unitate numerus omnis uniformiter praëxistit; et unitas, tanquam omnis numeri causa, singulariter in se ipsa omnem numerum habet. Et omnis numerus in unitate unitus est: in quantum vero ab unitate progreditur, in tantum dividitur et multiplicatur; quemadmodum et omnes circuli lineae in centro unitae, et simplici unitione coëxistunt, et centrum omnes rectas lineas uniformiter habet. Imo et in tota huius universi natura omnes uniuscuiusque naturae rationes, unica et inconfusa unitione sunt comprehensae; et omnes facultates, quae singulis totius corporis partibus provident, uniformiter in anima copulatae sunt. Non est igitur absurdum, ex obscuris imaginibus ad universalem omnium causam adscendentes, omnia

πάντα ἐν τῷ πάντων αἰτίῳ μονοειδῶς καὶ ἡνωμένως. εἰ δὲ καὶ A. C. 1351
 ὁ καθ' ἡμᾶς ἥλιος τὰς τῶν αἰσθητῶν οὐσίας καὶ ποιότητος, κατ- Imp. Io. Cap-
 τοι πολλὰς καὶ διαφόρους οὐσας, εἰς αὐτὸς ὢν, καὶ μονοειδῆς D
 ἐπιλάμπων φῶς, ζωῶ καὶ τρέφει, πολλῶ μᾶλλον ἐν τῷ καὶ αὐ- V. 555
 5 τοῦ τοῦ ἡλίου καὶ πάντων τῶν ὄντων αἰτίῳ προῦφρεσιάναι τὰ
 πάντων τῶν ὄντων παραδείγματα κατὰ μίαν ὑπερούσιον ἔνωσιν,
 συγχωρητέον· καθάπερ ἡ φωνὴ μία καὶ ἡ αὐτὴ πρὸς πολλῶν
 ἀκοῶν ὡς μία μετέχεται." (Γ.) Ἐπεὶ δὲ καὶ περὶ τόπου διαλα- E
 βεῖν ἡμᾶς ἐν ἐκείνοις συμπέπτωκεν, ἅτε καὶ αὐτοῦ συνεκτικῶς τε
 10 καὶ ἐνοειδῶς τὰ ἐν αὐτῷ περιέχοντος ἅπαντα, καὶ τὰ διάφορα εἶ-
 ναι δοκοῦντα, ἀναγκαῖον καὶ τούτου τὴν τῶν θεῶν τῆς ἐκκλη-
 σίας διδασκάλων, καθάπερ τι τῶν ἀναγκαῖων χρεῶν, συμφωνίαν
 ἀπομιμνῆσθαι. „ὁ θεὸς ἄυλος ὢν, καὶ ἀπερίγραπτος, ἐν τόπῳ οὐκ F
 ἔστιν. αὐτὸς γὰρ ἑαυτοῦ τόπος ἐστίν, ὁ τὰ πάντα πληρῶν καὶ
 15 ὑπὲρ τὰ πάντα ὢν, κἂν αὐτὸς συνέχων τὰ πάντα. Ἰστίον δὲ ὅτι
 τὸ θεῖον ἀμερές ἐστίν, ὅλον ὀλικῶς πανταχοῦ ὄν, καὶ οὐ μέρος
 ἐν μέρει σωματικῶς διαιρούμενον, ἀλλ' ὅλον ἐν πᾶσι καὶ ὅλον
 ὑπὲρ τὸ πᾶν. ὁ δ' ἄγγελος σωματικῶς μὲν ἐν τόπῳ οὐ περιέχε-
 ται, ὥστε τυποῦσθαι καὶ σχηματίζεσθαι· ὁμως λέγεται εἶναι ἐν
 20 τόπῳ, διὰ τὸ παρεῖναι νοητικῶς πού καὶ ἐνεργῶν κατὰ τὴν ἑαυτοῦ P. 689
 φύσιν, καὶ μὴ εἶναι ἀλλαχοῦ." (Δ.) Ἐγὼ δ' ἐκ πολλῶν πολλὰ

1. εἰ γὰρ ὁ ed. 4. πολλῶ γε ed. ἐπὶ τῆς καὶ αὐτοῦ καὶ
 πάντων αἰτίας ed. 6. πάντα ed. 7. οὐσα post μία add. ed.
 11. περὶ ante τούτου addendum censet Capp. 15. κἂν αὐτῷ con.
 Capp.

uniformiter et unite in omnium causa supermundanis oculis conspicerem. Si vero sol noster multas ac diversas rerum sensilium substantias et qualitates, unus ipse, et uniforme lumen diffundens, vivificat et nutrit; longe potiori ratione concedendum est, in solis ipsius et omnium entium causa, per unicum supersubstantialem unitionem, omnium rerum exemplaria praexistisse: quemadmodum et vox, cum una sit et eadem, a multis quoque auribus, ut una, participatur." (III.) Sed quoniam hic sese dedit occasio, ut de loco dissererem, quippe qui continenter et uniformiter complectatur quaecunque sunt in ipso, etiam quae contraria sibi invicem esse videntur; necesse est, ut divinorum ecclesiae doctorum hac quoque in re concentum expleam, et quasi necessarium quoddam debitum exsolvam. „Deus, cum sit immaterialis et incircumscribitus, in loco non est. Suus enim sibi locus est ipse, qui omnia replet: supra omnia est, licet omnia ipse contineat. Sciendum est porro, divinitatem esse partium expertem; totam totaliter esse ubique; non eius partem in parte, quasi corporaliter divisam; sed totam in omnibus, et totam supra omnia. Angelus autem non quidem corporaliter in loco continetur, ita ut corporalibus figuris conformetur; attamen in loco esse dicitur; quia spirituali et intelligibili quodam modo praesens in loco sistitur, ibique secundum propriam suam naturam operatur, nec est alibi." (IV.) Ego vero cum e multis SS. Patribus multa hic conne-

A. M. 6859

Ind. 4

συνείρειν δυνάμενος ὁμοία μόνοις ἀρκεῖσθαι κέκοικα τοῖς Διονυσίου τοῦ Ἀρειοπαγίτου, πλήρη πεπαιδευμένοις ὄντα ἀνδράσι. περὶ γάρ τοι τῶν ἀπαιδευτῶν λόγος ἡμῖν οὐδένων οὐδεῖς. λῆρος γάρ σφισι λόγος ἄπας καὶ μοῦσα παιδευτικὴ καὶ ἡθους ἠθμός καὶ (οὐδ' ἐλαχίστου δέω λέγειν) εὐσέβεια πᾶσα καὶ κανό-
B νες ἐκκλησίας εὐνομουμένης. ὅμως τε περὶ βουλήσεως καὶ δυνάμεως καὶ ζωῆς καὶ σοφίας καὶ τῶν τοιούτων ἐπ' ἐκείνοις μὲν παμπληθὲς διεξῆλθον· ὑμῖν δ' ἐνταυθοῖ προτιθέναι, φορτικὸν ἔμοι γε φαίνεται καὶ οὐδ' ἄλλως ἀναγκαῖον. τὴν γὰρ ἐν τούτοις ἀνάγκην καὶ καιρῶν δεῖσθαι πολεμίων ἀνάγκη, ὅτε δὴ μα-
C χίμου (φάναϊ) κόνεως ἀναδρόπιζομένης ἐν μέσῳ μάλα σφοδρῶς ἀναφλεγόμενον τὸ θερμὸν τῆς ψυχῆς ἀκάθεκτον ἔχει τὴν οἴκοθεν ὁρμὴν, ἐπὶ ξυροῦ τῶν κινδύνων αἰωρουμένων· τῆς δ' ἀκμῆς ἐκείνης παρελθούσης, καὶ τοῦ μαχίμου θώρακος καὶ τῶν ὅπλων ἐκείνων ῥιφέντων, ἐς τοῦναντιον χωρεῖ καὶ τὰ τῆς σπονδῆς, μα-
D ραινομένου τοῦ ὑπεκκαύματος καὶ τῆς ἀφορμῆς τοῦ πολέμου κατὰ μικρὸν ἀπιούσης ἐς λήθην, μετὰ γε τῆς τῶν ὅπλων ἀπυλαγῆς. διὸ καὶ ἡμῖν ἐξόραθυμημένως πως ἤδη τῇ πρὸς ὑμᾶς διηγήσει μετὰ τὴν ζάλην ἐκείνην χρωμένοις ἐνεῖναι συγγνώμην οὐδὲν ἀπεικός· ἔξεῖναι γὰρ, καὶ τῶν εἰρημένων, συνεῖναι ὑμᾶς τὴν τῶν σοφῶν ἐκατέρων συμφωνίαν, τῶν τε ἡμετέρων δηλαδὴ καὶ τῶν θύραθεν, ὅπως ταῦτά καὶ φρονοῦσι καὶ φθέγγονται περὶ τῆς θείας ἀπλότητος, εἶναι παγχάλεπον καὶ σφόδρα τῶν ἀδυνά-

ctere possem testimonia, unius Dionysii Areopagitae verba mihi sufficere censui, eo quod eruditus viris abunde facerent satis. Nam imperitorum hominum nullam prorsus rationem habeo. Isti enim deliriorum loco habent omnem rationem, omnem qua instituihur doctrinam et ingenii concinnitatem, neque tantillum abest quin addam, omnem pietatem atque ecclesiae bene ordinatae canones. Tamen de voluntate, potentia, vita, sapientia, et aliis huiusmodi, propter illos plenissime disserui. Quae vobis hic proponere, ut grave ac molestum videtur mihi, ita nec aliunde necessarium. Nam quae in his occurrit necessitas, hostiles et bellicas occasiones necessario postulat; cum scilicet bellicus pulvis (ut ita dicam) in medio palam excitatur, et ferventissimus aestus animae indomitum intrinsecus habet impetum; eo quod res sit in summum atque imminens discrimen adducta. Ubi vero acrior ille contentionis aestus deferbuit, et militaris lorica simul cum armis illis proiecta est, tunc etiam vehemens pugnae studium in contrarium vergit; eo quod ipsius extinctum sit suscitabulum, et bellicus impetus statim atque arma proiecta sunt, paulatim in oblivionem abierit. Itaque non immerito dabitis hanc veniam, si forte post illam tempestatem utcumque remissiori animo in haec vobis enarranda incumbam. Namque unanimem sapientium tum Christianorum tum gentilium sententiam vel etiam ex dictis poteritis intelligere; qua nempe ratione de divina simplicitate eadem sapiant et pronuncient, esse perquam difficile, immo maxime impossibile, ut quis compositionem aut differentiam, praeterquam nominum duntaxat, in-

των, σύνθεσιν ἐννοεῖν ἢ διαφορὰν, πλὴν ὀνομάτων μόνον, οὐ- A. C. 1351
 σίας τε καὶ βουλήσεως καὶ δυνάμεως καὶ ζωῆς καὶ σοφίας, καὶ ^{Imp. Io. Can-}
 ἀπλῶς ἐνεργείας ἀπίσης. ὡσπερ γὰρ ἐπίσης δίδωσιν ὁ Θεὸς εὐ- ^{tacuz. 5}
 σεβέσει καὶ ἀσεβέσιν, Ἕλλησὶ τε καὶ βαρβάροις, καὶ συλλήβδην
 5 πᾶσιν ἔδνεσιν εἰπεῖν, οὐρανὸν καὶ γῆν, ἀέρα τε καὶ ὑετὸν, ἡλίον V. 556
 τε καὶ σελήνην, καὶ τὰναγκαῖα πάντα· οὕτω καὶ τοὺς τῶν ἀναγ-
 καίων τεχνῶν κανόνας ἐπίσης παρέχεται πᾶσιν, ὁμοφύλοις καὶ
 ἀλλοφύλοις. οὐ γὰρ ἄλλη μὲν ἢ τεκτονικὴ παρ' Ἕλλησι στάθμη, F
 παρὰ Σκύθαις δ' ἄλλη· καὶ Μήδοις καὶ Πέρσαις ὁμοίως. οὐ
 10 μὴν οὐδὲ τοῦ γεωρογεῖν καὶ κνηγετεῖν, καὶ τῶν τοιούτων, δια-
 φορὰ. ἀλλὰ τῆς θρησκείας διαφερούσης, τὰ τῆς τέχνης ἔχει
 συνάφειαν. οὕτω δὲ καὶ τῆς λεξικῆς ἐπιστήμης ἐστὶν ὄρα. ὅσοι
 μὲν γὰρ τῇ αὐτῇ κέχρηται διαλέκτῳ, τῇ τῶν πρώτων εὐ-
 δοκιμησάντων ὁμογενῶν ἐπιστήμη καὶ τέχνῃ τούτους κεχοῖσθαι P. 690
 15 χρεῶν, Φοίνικας λέγω καὶ Πέρσας καὶ Ἀσσυρίους. καὶ ἵνα τοὺς
 ἄλλους παρέλθωμεν, καὶ ὁπόσοι τῇ Ἑλλάδι κέχρηται γλώσσει,
 ἀνάγκη καὶ τούτοις τῇ τῶν ἀρχηγῶν τῆς εὐρέσειως χρῆσθαι με-
 θόδῳ καὶ τέχνῃ, καθάπερ στάθμη τινὶ, εἰ μὴ βούλοίτο τις πλείω
 σολοικίζειν ἢ φθέργεσθαι. ὃ δὲ καὶ Ἰουλιανῷ τῷ δυσσεβεῖ λη-
 20 φθὲν ἐπὶ νοῦν ἐμποδῶν τοῖς εὐσεβοῦσι σιῆναι πέπεικεν, Ἕλλη-
 νικοῖς ῥυθμιζέσθαι λόγοις τὴν γλῶτταν. μόνον τῆς ἐκλογῆς ὑγιῶς B
 ἀνθεκτέον ἐκεῖθεν, καὶ κατὰ τὴν ἐμμελῆ τε καὶ ἐναρμόνιον τῶν
 ἁγίων ἡμῶν συμφωνίαν. ἢ γὰρ οὐκ ἂν φθάνοι ταράττων τὰ πά-

ter substantiam, et voluntatem, potentiam, vitam, sapientiam, et ut sum-
 matim dicam, omnem operationem, excogitet. Quemadmodum enim piis
 aequae ac impiis, Graecis et barbaris, et (ut uno verbo complectar omnia)
 gentibus omnibus, caelum, terram, aëra, imbrem, solem, lunam, et omnia
 necessaria, Deus tribuit; sic et necessariarum regulas artium indigenis et
 alienigenis aequaliter omnibus exhibet. Nam neque fabrilis norma et li-
 bella alia est apud Graecos, et alia apud Scythas; neque apud Medos
 alia, et alia item apud Persas; neque agriculturae aut venationis, et alio-
 rum huiusmodi, ulla est apud hos omnes differentia: sed cum diversa sen-
 tiant de religione, in artibus conveniunt. Idem videas in ea scientia, quae
 circa vocabula et dictiones versatur. Et vero quicumque dialecto eadem
 utuntur, ii primorum e sua gente, et praestantium vernaculi sermonis au-
 ctorum scientia et arte utantur oportet, Phoenices intelligo, Persas, As-
 syrios. Et, ut caeteros omittam, certe apud quoscunque Graecae linguae
 usus est, ii methodum et artem eorum, qui reperti Graecismi duces et au-
 ctiores fuerunt, necessario sequi debent, velut amussim quandam; nisi plu-
 res in loquendo soloecismos quam voces proferre voluerint. Quod cum
 Iuliano impio apostatae in mentem venisset, ipsi suasit ut piis Christianis
 Graecarum litterarum studia, quibus linguam illi suam exornarent, inter-
 diceret. Id unum hic notari velim, ut nempe profanarum litterarum delectus
 recte habeatur, iuxta congruentem et piissimam sanctorum Patrum
 concordiam: alioqui iamiam unusquisque antiqua et sacra ecclesiae dogma-

M. A. 6859 τρια τῆς ἐκκλησίας ἱερὰ δόγματα, δι' ἀμαθίαν ἢ μοχθηρίαν
 Ind. 4 ἀτόπου γνώμης καὶ προαιρέσεως, κακῶς ἐλαμβάνων καὶ δια-
 στρέφων τὸν ἐγκείμενον ταῖς λέξεσι νοῦν, ὁμοίως τῷ σῷ Παλαμῷ
 C καὶ ὑμῖν, ἐκείνω ταῦτ' αὖθις φθεγγομένοις ἀρτίως τὰ τε ἄλλα καὶ
 τρεῖς ὁμολογοῦσι φύσεις ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος μεταμορφώσεως, μίαν
 5 μὲν τῆς ἀνθρωπότητος, δύο δὲ ταῖν δυνεῖν θεοτήτων, τῆς τε
 ἀφανοῦς καὶ τῆς παραδειχθείσης ἀκτίστον δευτέρας θεότητος
 καθ' ὑμᾶς· ὧν τὴν μὲν ἀμέθεκτον πᾶσι πάντη φατέ, τὴν δὲ με-
 θεκτὴν· ὡς ἀναγκάζεσθαι πάλιν ἡμᾶς, καὶ τούτων τὴν ἀτοπίαν
 ἐλέγχειν. (E.) Καὶ πρῶτόν γε τὸν περὶ μεθέξεως λόγον ἐνεγκόν- 10
 D τες εἰς μέσον ἴδωμεν πῶς ὁ σὸς Παλαμᾶς ἐκ τῶν γραφῶν ποιῶ-
 ται τὴν ἐκλογὴν τῶν τε ἡμετέρων καὶ θύραθεν. ὡς γὰρ πολλοὶ
 μὲν, φησὶ, κλητοὶ, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοὶ, οὕτω καὶ πολλῶν τὴν
 τῶν γραφῶν ἐκλογὴν ποιουμένων, τὰσφαλὲς ὀλίγοις πρόσεστι.
 μέμνημαι γὰρ τῶν Ἑλλήνων ἐνίους πῆ μὲν ὁμοία τοῖς ἡμῶν 15
 φθεγγομένους ἀγίοις, ὧν ἡμῖν ἐνια παρειληφόσιν ἐς τὴν τῶν
 ἀγίων ἄμιλλαν συνεισηνεγκεῖν ἐγεγόνει, πῆ δ' ἀνόμοιά τε καὶ ἐναν-
 20 E τία· ἀφ' ὧν τοῖς περὶ Παλαμᾶν ἐκλέγεσθαι τὰ κατὰ γνώμην πέ-
 πρωται, καθάρους ἴσα, οἷς μισεῖν μὲν πέφηνκεν ὅσα εὐώδη, ὅσα
 δ' ἀπόζει μακρῶς δυσωδίας, ταῦτα δ' ἀσμένως προσίεσθαι. 20
 (ς'). Φησὶ τοίνυν ὁ Πλατωνικὸς Πρόκλος ἐν τοῖς αὐτοῦ θεολο-
 γικοῖς· „πᾶν τὸ μετέχον τοῦ μετεχομένου καταδείεστερον· καὶ

5. ἐπὶ τῆς τοῦ conī. Capp.

ta perturbaret, seu imperitia, seu stolidae mentis ac voluntatis pravitate, verborum sensum male intelligens ac pervertens; quemadmodum nunc Palamae contigit, et vobis, qui tum aliis de rebus eadem prorsus cum illo pronuntiatis, tum in Christo salvatore transfigurato tres naturas admittitis, unam quidem humanam et duas alias duarum deitatum, quarum una sit invisibilis, altera vero deitas increata (iuxta vestram sententiam) subostendatur; ita ut harum quidem alteram ab omnibus creaturis participari omnino non posse, alteram vero posse asseratis. Unde huius vestrae opinionis ineptias arguere iterum cogimur. (V.) Et primum quidem de participatione sermonem instituemus et in medium adducamus. Consideremus, quomodo Palamas tuus ex scriptis tum SS. Patrum, tum profanorum, delectum quendam habuerit. Ut enim, inquit, multi quidem sunt vocati, pauci vero electi; sic licet multi scriptorum delectum habeant, pauci tamen tuto id faciunt. Nam quosdam e paganis meminī partim similia sanctis Patribus nostris dixisse (quorum quaedam, cum SS. Patribus comparanda, in medium protulimus), partim vero absimilia et contraria; e quibus Palamas eiusque gregales, quae suae opinioni favebant, quodam quasi fato elegerunt, de more scarabaeorum; qui ita sunt a natura comparati, ut quaecunque bene olent, aversentur; quaecunque vero gravem ac foetidum odorem spirant, lubenter amplectantur. (VI.) Itaque Platonius Proclus ita in suis theologicis institutionibus habet. „Omne quod partici-

τὸ μετεχόμενον, τοῦ ἀμεθέκτου. τὸ γὰρ μετέχον, ἀτελὲς μὲν ὄν A. C. 1351
 πρὸ τῆς μεθέξεως, τέλειον δὲ τῇ μεθέξει γινόμενον, δευτέρον<sup>Imp. Io. Can-
 tacuz. 5</sup> ἔστι πάντως τοῦ μετεχομένου, καθὸ τέλειόν ἔστι μετασχόν. ἢ F
 γὰρ ἀτελὲς ἦν, ταύτῃ τοῦ μετασχεθέντος, ὃ ποιεῖ τέλειον αὐτό,
 5 καταδεέστερον. τὸ δὲ μετεχόμενόν τινος ὄν, καὶ οὐ πάντων, τοῦ P. 691
 πάντων ὄντος, καὶ οὐ τινος, πάλιν ὑφειμμένην ἔλαχεν ὑπαρξίν. τὸ V. 557
 μὲν γὰρ τῶ πάντων αἰτίῳ συγγενέστερον, τὸ δὲ ἥττον συγγενές.
 ἡγεῖται ἄρα τὸ μὲν ἀμέθεκτον τῶν μετεχομένων· ταῦτα δὲ,
 τῶν μετεχόντων. ὡς γὰρ, συνελόντι φάναι, τὸ μὲν ἔστιν ἐν πρὸ
 10 τῶν πολλῶν· τὸ δὲ μετεχόμενον ἐν τοῖς πολλοῖς ἐν ἅμα καὶ οὐχ
 ἐν· τὸ δὲ μετέχον πᾶν οὐχ ἐν ἅμα καὶ ἐν.” σκεπτέον ἐνταῦθα B
 πρὸς Θεοῦ, πῶς πολλῶν τῶν τοῦ Ἑλληνος ὄντων δογματίων περὶ
 Θεοῦ, ὧν τὰ πλείω τοῦ νοσεῖν πως ἀπήλλακται, ὅδε τῶ μάλα
 νοσοῦντι προσετιτέθεικε μέρος, ὃ καὶ αὐτῶ παρόντι τῶ Ἑλληνι με-
 15 τάμελον ἐχορήγει, τὰτόπημα δημοσιευόμενον βλέποντι· ἢ πῶς
 οὐκ ἂν ἠδέσθη τὸν ἔλεγχον αὐτόθεν αἰσχύνοντα, βλέπων ὡς αὐ-
 τὸς ἐαυτῷ μάχοιτο, τὰναντία τοῖς πρότερον ἐνταυθοῖ δογματί- C
 ζων; τρεῖς μὲν γὰρ ἐνταῦθα τάξεις ποιεῖται· μίαν μὲν τὴν τοῦ
 ἀμεθέκτου καὶ ὑπερκειμένου Θεοῦ, δευτέραν δὲ τὴν τοῦ μεθεκτοῦ
 20 γένους, καὶ τρίτην τῶν μετεχόντων. καὶ ἡγεῖται τοσοῦτον ὑπερ-

pat, ignobilius est eo, quod participatur; et quod participatur, ignobi-
 lius est eo, quod participari non potest. Nam quod participat, cum ante
 participationem imperfectum sit et participatione sua perfectum evadat,
 certe posterius est eo, quod participatur, in quantum perfectum est post-
 quam participavit. Nam quatenus imperfectum erat, eatenus ignobilius
 est eo, quod participatur, quodque ipsum perfectum reddit. Quod autem
 ab aliquo, non ab omnibus participatur, id substantiam sortitum est infe-
 riorem eo, quod ab omnibus, non ab aliquo duntaxat, participatur. Nam
 hoc magis, et illud minus ad universalissimae omnium rerum causae natu-
 ram accedit. Ergo quod participari nequit praestat iis, quae participan-
 tur; et vicissim quae participantur praestantiora sunt illis, quae partici-
 pant. Etenim, ut uno verbo complectar omnia, quod participari non pot-
 est, hoc ante multa unum est; quod autem participatur, in multis unum
 est simul et non unum; denique quicquid participat, est non unum simul
 et unum.” Per Deum vos obtestor, ut hoc in loco perpendatis quomodo,
 cum paganus iste Proclus multa de Deo dogmata tradiderit, quorum ple-
 raque sunt ab omni erroris vitio libera et pura, vitiosissimum ex illis do-
 gmatibus Palamas fuerit amplexus: quod sane pagano huic scriptori poe-
 nitendi locum daret, si praesens ipse absurdam hanc opinionem videret di-
 vulgari. Alioqui quomodo non erubesceret, si statim cerneret probrosam
 atque ignominiosam sententiae suae refutationem, quatenus nimirum secum
 ipse pugnat, contraria prioribus dogmata hoc in loco proferens? Hic enim
 tres rerum ordines esse statuit; quorum in primo reponit ens quod parti-
 cipari nequit et supremum Deum: in secundo collocat genus entis, quod
 participari potest: in tertio demum ordine constituit entia, quae partici-

A. M. 6859 καίσθαι τῶν μεθεκτῶν τὸ ἀμέθεκτον, ὅσον ταῦτα τῶν μετε-
 Ind. 4 χόντων. πρόσθεν δ' ἐδείκνω πᾶν τὸ ὑναντίον. τὸ γὰρ ἐν ἔλεγεν
 Δεῖναι πάντων ἀρχὴν καὶ πάντῃ μετεχόμενον ὑπὸ τοῦ πλήθους,
 τουτέστιν ὑπὸ πάντων. πῶς γὰρ ἂν ὑπὲρ τὰ πάντα ἦν καὶ πάν-
 των αἴτιον τῶν ὄντων, εἴπερ τὸ ἀσχέτω τε καὶ ἀμεθέκτω πρὸς 5
 ταῦτ' εἶναι προσῆν αὐτῷ; τοῦ γὰρ τὰ πάντα πληροῦντος καὶ ἐν
 πᾶσιν ὄντος, πῶς οὐ μεθέξει πάντα; ἀλλ' εἴκει δεδιότι, μὴ καὶ
 τὸ θεῖον ὑπὸ τῶν πασχόντων, καθάπερ τὰ σώματα, μερισθῆ.
 οὐδὲ γὰρ ἔφθη μαθῶν, ὡς ὁ θεὸς ἀπλοῦς ὢν πανταχῆ ἐστὶν ὀλι-
 E κῶς, καὶ οὐδαμοῦ· καὶ μετέχεται μὲν ὑφ' ἀπάντων, ἀμεθέκτως 10
 δέ· καὶ μερίζεται μὲν, ἀμερίστως δέ· κατὰ τὴν εἰκόνα τῆς ἡμε-
 τέρας ψυχῆς, ἀπλῆς οἷον οὐσίας καὶ αὐτῆς. καὶ γὰρ καὶ αὕτη
 πανταχοῦ τοῦ σώματος ὅλη ὀλικῶς ὑπάρχουσα μετέχεται μὲν
 ὑφ' ἐκάστιον τῶν τοῦ σώματος μερῶν, ἀμεθέκτως δέ. οὐδὲ γὰρ
 οὐδὲν ἰδίᾳ τούτων οὐδαμῆ γίνεσθαι πέφυκε ψυχῆ· πλὴν ἕκαστον 15
 F τῶν τοῦ σώματος μερῶν, ὡς ἔχει φύσεως ἕμα καὶ θέσεως, ὑπό-
 γε τῆς κινούσης ὁμοῦ καὶ ζωούσης ἐνεργεῖται ψυχῆς· ὥστε καὶ εἰ
 ἦν ἐν τραχήλῳ ἢ ἐν χειρὶ κατασκευῆ στόματος, λάλος ἂν (οἴ-
 μαι) ἦν καὶ ἡ χεὶρ καὶ ὁ τραχηλός. εἰ οὖν οὕτω τοῦτο, πολλῶ
 P. 692 ἂν μᾶλλον ὑπὸ πάντων μετέχοιτο θεὸς, ὁ πανταχοῦ παρὼν καὶ 20
 τὰ πάντα πληρῶν. καὶ ἐν ἐκάστῳ γὰρ τῶν πάντων γινόμενος ὅλος
 ἐστί· καὶ ὅλος μένει καθ' ἑαυτὸν καὶ ἐν πῦσι καὶ πρὸ τῶν πάν-

5. τῷ coní. Capp. 8. Pro πασχόντων Capp. coní. μετασχόντων.

pant; et existant ens, quod participari nequit, iis quae participari possunt tantum praestare, quantum haec entibus participativis praestant. Antea vero contrarium prorsus demonstrarat. Dicebat enim unum esse omnium principium, et a multitudine, id est ab omnibus, plane participatum. Quomodo enim super omnia esset et omnium entium causa, si nullam cum his habitudinem aut relationem includeret, nec ab iis posset participari? Nam qui fieri possit, ut illud omnia non participant, quod omnia replet, et in omnibus existit? sed prorsus timuisse videtur, ne corporum more Deus a participantibus se divideretur. Nondum quippe didicerat, Deum, utpote simplicem, esse ubique totaliter, et nusquam: item ab omnibus participari, sine ulla tamen sui ipsius participatione; et absque ulla sui divisione dividi. Cuius rei exemplum nobis suppeditat anima nostra, quippe quae simplex ipsa sit substantia. Haec enim cum tota sit et totaliter in singulis corporis partibus, ab iis participatur; sed sine sui ipsius participatione. Nam anima per se et ex natura sua proprie nulla est e corporis partibus: attamen unaquaeque corporis pars, secundum propriam naturam et positionem suam, ab anima vivificante et movente suum in actum educitur; adeo ut, si in collo vel in manu esset mechanica oris structura, loquax esset, ut opinor, et manus et collum. Si de anima ita se res habet, longe potiori ratione ab omnibus participabitur Deus, qui ubique praesens omnia replet. Nam in unoquoque omnium entium totus existit: et cum totus per se solus ac seorsum maneat, est tamen in omnibus et ante omnia:

των· καὶ ὅλος μεθεκτός ὁ αὐτὸς καὶ ὅλος ἀμέθεκτος. (Ζ.) Ἄλλὰ A. C. 1351
 τοῦτον ὁ Χριστιανὸς ἐμιμήσατο Παλαμῆς ἀμαθῶς τε καὶ κακο- Imp. Io. Can-
 τρόπως, καὶ μιμησάμενος οὐκ ἠνέσχετο μέχρι μιμήσεως εἶναι tacuz. 5
 τῶν ὀνόματι· ἀλλὰ φιλότιμος ὢν ἐν κακοῖς ἐκείνου μὲν ἕξ ἀμαθίας B
 5 διέφθαρε τὴν λέξιν, αὐτὸς δὲ τῇ κακίᾳ κακίαν προστίθησι δια-
 νοίας. ἐκεῖνος μὲν γὰρ οὐδαμῇ δογματίζων ἀκρίστον θεοτήτων
 ἠλώκει πλῆθος· μηδὲ γὰρ ἐγχωρεῖν ἐνεργεῖ τῇ φύσει· ὁ δ' ἀμέ- V. 558
 θεκτόν τε καὶ ὑπερκεῖμενον ἔφησεν εἶναι πρῶτον θεόν· δευτέρα
 δ' ἔπειτα δίδωσι τάξει τὸ τῶν μεθεκτῶν καὶ ὑφειμένων θεοτήτων
 10 πλῆθος· τρίτην δὲ χώραν ἔνευε τοῖς τε ἀνθρώποις καὶ ὅσα C
 ὑπὸ τὴν αἴσθησιν ἐνάρετα πράγματα, καθὰ πολλάκις εἴρηται τε
 καὶ εἰρήσεται ἡμῖν· καὶ ἅμα ἀναρχά τε καὶ ἄκτιστα εἶναι ὠρί-
 σατο, μετὰ πολλῆς τῆς αὐθεντίας ποιησάμενος τὴν προσθήκην.
 οὕτω ὁ φιλότιμος ἀνὴρ γίνεται χορηγὸς τῶν μὴτ' ὄντων μὴτ'
 15 ἔσομένων, ἀναρχίαν καὶ ἄκτισίαν ἐπευωνίζων οὕτως ἀφθόνῳ χειρὶ
 τοῖς κτίσμασι, καὶ τὰς μὲν ὡς ὕδωρ σπείρων, τὰς δ' ὡς ἄμμιον D
 διασκορπίζων. θαυμάσειε δ' ἂν τις, πῶς ἂ μὲν μὴτ' ἔχει μὴθ'
 ἔξει δίδωσιν, ὡσπερ αὐτοματίζων τῶν μὴτ' ὄντων μὴτ' ἔσομέ-
 νων τὴν γένεσιν· τῶν δὲ χρημάτων τὰ μὲν ὡς ἄμμιον θησαν-
 20 ρίζει, τῶν θείων εἰκόνων ἀσελγῶς ἀφαιρούμενος, τὰ δ' ὄθεν
 οὗτ' ἔσπειρεν οὕτε διεσκόρπισεν, ἀπονητὶ συνάγει, τοῦ βασιλι-
 κοῦ κελεύοντος τρίποδος. ἀλλ' ἀνασχόντων ἢ ἀμαθία, καὶ φι- E

idem totus participabilis est, et tamen totus participari nequit. (VII.) Sed hunc paganum Christianus Palamas imperite atque improbe imitatus est, nec intra imitationis limites hoc suum cum Proclo certamen contineri passus est: sed perpetrando in malis ambitiosus Procli quidem verba prae imperitia corrumpit; ipse autem huic priori malitiae malitiam sensus adiecit. Nam ille increatarum deitatum multitudinem statuisse nusquam apprehenditur. Eam enim natura per se operativa admittere non potest: Palamas vero asseruit Deum esse primum, omnibus superiorem, nec posse participari: participabilium et inferiorum multitudinem deitatum secundo in ordine collocat: hominibus et cunctis rebus, quae sub sensum cadere ac virtutis participes esse possunt, tertium locum attribuit, ut saepius a nobis dictum est, et rursus dicitur; porro haec postrema principii expertia esse atque increata definiit. Quam accessionem summa auctoritate adiunxit. Sic liberalis iste vir ac munificus ea, quae nec sunt nec erunt, subministrat; adeo larga manu et vili pretio creaturis praebens, ut principii expertes sint et increatae: quas praeclaras dotes partim ut aquam effundit, partim ut arenam dispergit. Hoc autem possit quempiam in admirationem rapere, quomodo Palamas det, quae nec habet nec habebit, quasi fortuito casu aut ad libitum ea crearet, quae nec sunt nec erunt; divitias autem partim ut arenam in thesauris recondat, divinas imagines petulanter atque improbe sulfuratus; partim ad imperatorii tripodis iussum nullo labore inde colligat, ubi nec seminavit nec dispersit. At erubescere

- A. M. 6859 *λεῖ γε ὡς τὰ πολλὰ τὸ τῆς φύσεως ἑλλιπὲς τῇ θρασύτητι διασώ-*
Ind. 4 ζειν βιάζεσθαι· καθάπερ οἱ χαλεύοντες τὸ λεῖπον τοῦ ποδὸς ξυ-
λνω διασώζουσιν ἐνίοτε. ἀλλ' ὁ περὶ τοῦ ἀκτίστου λόγος εἰς ἐτέ-
ραν ἡμῖν τεταμείσθω τρύπεζαν· περὶ δ' ἀμεθέκτου τῶν ἁγίων
F *ᾧ, τι φασὶν ἀκουσώμεθα. (H.) Διονύσιος τοίνυν ὁ Ἀρειοπαγίτης*
τάδε διέξεισι. „μεθεκτὸς μὲν ὁ θεός, κατὰ τὰς μεταδόσεις αὐτοῦ·
ἀμέθεκτος δὲ, κατὰ τὸ μηδὲν μετέχον αὐτῆς τῆς οὐσίας αὐτοῦ,
ἢ τῆς ζωῆς αὐτοῦ, ἢ τῆς σοφίας αὐτοῦ, ἢ τινος τῶν τοιούτων,
ἅπερ ἔχει πάντα καθ' ὑπεροχὴν καὶ ἔξαιρέτως.” καὶ πάλιν· „ἐν
μὲν ἐστὶ τὸ ὄντως ὄν καὶ καλὸν καὶ ἀγαθὸν καὶ σοφόν, οὗ πάντες
οἱ ἐνοειδεῖς ἐφίενται· μετέχουσι δ' αὐτοῦ οὐχ ἐνιαίως, καίτοι
P. 693 *ἐνὸς καὶ ταυτοῦ ὄντος, ἀλλ' ὡς ἐκάστῳ τὰ θεῖα διανέμει ζυγὰ*
κατὰ τὴν ἐκάστου ἐπιτηδειότητα· καθὰ καὶ πάσας ἔχειν ἔφραμεν
τοῦ κύκλου τὰς γραμμὰς τὸ κέντρον ἐνοειδῶς.” ἐπιστῆσαι δ' ἄξιον
ἐνταυθοῖ, πῶς ὁ μέγας Διονύσιος οὕτω λόγῳ βραχεῖ πᾶσαν πα-
1 λαμναίαν κακόνοιαν, ἣς ἀράχνης ἰστὸν, διαλέλυκε. διαιρῶν γὰρ
τῆς οὐσίας ὁ Παλαμῆς σοφίαν καὶ δύναμιν καὶ ἀγαθότητα καὶ
B *ζωὴν, καὶ ὅσα φησὶν ἐνεργείας τε καὶ ἀκτίστους θεότητας, τὴν*
μὲν οὐσίαν ἀμέθεκτον εἶναι τὸ παράπαν ὀρίζεται, ἰδιαζόντως γε
μὴν αὐτὰς μεθεκτὰς, καὶ τοσαύτην ἐχούσας ἰδιότροπον ἐκάστην
2 ἰσχὺν, ὡς δύνασθαι καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἀκτίστους θεοὺς ἀπερ-
γάζεσθαι καὶ ἀνάρχους. Διονύσιος ὁ τὰ θεῖα σοφὸς συνελών

22. δὲ, aut ἀλλὰ Capp. post Διονύσιος desiderat.

nescit imperitia, et saepissime homines cogit, ut naturae defectum audacia sua tueantur; quemadmodum claudi quandoque ligno defectum pedis tuentur. Sed de increato sermonem ad aliam veluti mensam recondamus, et quid SS. Patres de ente non participabili pronuncient, audiamus. (VIII.) Igitur Dionysius Areopagita haec disserit. „Participabilis est Deus secundum suas communicationes; non participabilis vero, quatenus nihil substantiam eius participat, aut vitam, aut aliquid huiusmodi, quae omnia Deus eminenter et eximie possidet.” Et iterum: „Verum ens est unum, pulchrum, et bonum, et sapiens, cuius desiderio tenentur omnes, qui divinam unitatem participant. Porro ens istud, tametsi unum et idem, non unico modo participant: sed ut unicuique, pro uniuscuiusque habilitate, divina statera distribuit; quemadmodum etiam omnes circuli lineas uniformiter centro contineri diximus.” Porro hic operae pretium est animadvertere, quomodo magnus Dionysius tam paucis verbis omnem pravam et consceleratam Palamae mentem, veluti araneae telam, dissolvat. Nam Palamas a divina substantia dividens sapientiam, potentiam, bonitatem, vitam, et quascunque operationes atque increatas deitates appellat; substantiam quidem nullatenus esse participabilem definit; illas vero proprie ac specialiter participabiles esse statuit, et earum unamquamque in sua propria et speciali ratione tantae esse virtutis affirmat, ut homines ipsos increatos et principii expertes Deos efficere possit. Contra Dionysius, re-

ἀμεθέτους καὶ ταύτας ὁμοῦ τῇ οὐσίᾳ φησί, ἅτε μηδὲν τὸ διά- A. C. 1351
 φορον μηδαμῆ κεκτημένας, πλὴν γε δὴ τοῦ ὀνόματος μόνου. Imp. Io. Can-
 δυοῖν οὖν ἀνάγκη θύτερον. ἢ γὰρ οὐ παραδέχεται Διονύσιον ὁ C
 παράφρων οὕτως· ἢ τῆς ἐκείνου σοφῆς διανοίας ἀσύνητος μένει
 5 καθάπαξ· ἢ καὶ ἀμφοῖν ὁ ταλαίπωρος ἔνοχος εἶναι δοκεῖ. ἔπειτα
 μήτε νοῶν, μήτε δεχόμενος, οὐκ ἐρυθριᾶ διαβάλλων ἑτέρους
 καὶ τὰ οἰκεῖα μετὰγων σκώμματα κατ' ἐκείνων, οἳ τελέως ἅμα V. 559
Pag. 58, 17. Τὰ Σκυθικὰ στρατεύματα] Tartarorum, quos Acropolita Τοχάρους perpetuo vocat, ut et Pachymeres, qui de iis lib. II. cap. XXIV. scribens, καὶ τῶν Τοχάρων, οὓς ἡ κοινὴ Ἀταρίους λέγει συνήθεια. Ubi forte legendum Ταρτάρους. DUCANG.

Pag. 59, 20. Διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἔργων] Ἐμπροσθεν apud recentiores Graecos ad futurum tempus pertinet, et usurpatur pro μετὰ ταῦτα, postea. Sic infra lib. VI. cap. X. sect. 1. item lib. VII. cap. I. sect. 2. BOIVIN.

Pag. 60, 8. Μύτζην] De quo, ut et de Constantino Toecho consulere licet seriem regum Bulgariae in Familiis Dalmaticis. DUCANG.

Pag. 61, 14. Καὶ Θεοδώραν τὴν αὐτοῦ θυγατέρα] Irene vocatur ab Acropolita, Histor. cap. LXXXIII. Vide notas Allatii. BOIVIN.

Pag. 61, 17. Τῆς εἰς τὴν δευτέραν στοργῆς τί ἔτι] Quid τὸ τί ἔτι sibi vellet, cum nescirem (nam τὸ *Quid reliquum est*, aut *Quid restat*, haud scio quam belle conveniat) converti quasi scriptum fuisset, τῆς τε εἰς τὴν δευτέραν στοργῆς ἔτι. Quod sensus postulare videtur. WOLFIIUS.

Pag. 61, 18. Ἐκτον καὶ τριακοστὸν] Acropolita cap. LXXIV. DUCANG. Ἐκτον καὶ τριακοστὸν ἀπὸ γενέσεως χρόνον ἀμείβονται τῷ βασιλεῖ] Vertit Wolfius, *Imperatorem annum aetatis sextum et trigesimum agentem*. Vertendum, *excedentem*. Nam ea est vis verbi ἀμείβειν. BOIVIN.

Pag. 61, 22. Ἐπήνεγκε τούτῳ τὴν τελευταίην] Anno Mundi VI. MDCCLXVII. ut constat ex imperatorum serie chronologica saepius iam memorata. Fuit autem is annus, a mense Septembri ad Ianuarium, annus Christi MCCLVIII. a Ianuario autem ad Augusti finem, MCCLIX. Hinc Possinus Theodorum Lascarim iuniorum decessisse affirmat anno Christi MCCLIX. Mauritius David, anno MCCLVIII. Favet Possino eadem illa series chronologica, quae quatuor annos imperii assignat Theodoro Lascari, non vero tres eosque haud integros, quot Mauritius David ei assignat. Favet etiam Codex Regius 2525². fol. 271. ubi quatuor annis imperasse ille dicitur. Mauritius David opinionem suam Pachymeris auctoritate et probabilibus argumentis defendit. BOIVIN.

Pag. 61, 22. Ἀλλαξαμένῳ προθύμως τὸ σχῆμα μικρὸν πρὸ τῆς τελευταίας] Ducangius vertit, qui alacriter parvum habitum paulo ante obitum monachico cucullio mutaverat; et Phranzae testimonio utitur, quod tamen congruit cum interpretatione Wolfiana. Phranzae verba sunt, cum paulo ante mortem monachi habitum induisset. Ipse Ducangius, postquam τὸ σχῆμα μικρὸν parvum habitum interpretatus est, eandem vocem μικρὸν, quasi repetitam, ut adverbium interpretatur. BOIVIN.

Pag. 61, 23. Τὸ σχῆμα μικρὸν] Phranzes lib. I. cap. III. Is mos apud Graecos praesertim invaluerat, ut cum in extremis versarentur, monachicum habitum sumerent, illum scilicet, quem parvum vocabant. Interdum etiam, cum morbus ingravesceret, magnum, quo perfecti monachi, ut loquitur Phranzes de seipso Hist. lib. III. cap. 30. seu μεγαλόσχημοι morerentur, quomodo vocabantur, qui ad summum monachicae perfectionis apicem pervenerant. Id porro de Theodoro hisce verbis intelligit Gregoras, quae minus recte reddidit interpres: ἀλλαξαμένῳ προθύμως τὸ σχῆμα μικρὸν πρὸ τῆς τελευταίας ἔς τὸ μοναχικὸν τριβώνιον, quae sic vertenda erant, qui alacriter parvum habitum paulo ante obitum monachico cucullio mutaverat. Ubi Wolfius: qui paulo ante obitum alacriter monasticum habitum induit. Primitus enim parvum habitum induerat Theodorus, deinde magnum, quo μεγαλόσχημος moreretur. Μεγαλοσχημῶν autem peculiare erat κουκούλλιον, quod τριβώνιον hic appellat Gregoras, cum μικροσχημῶν esset μανδύας seu pallium. Id pluribus docemus in Gloss. med. Graecit. in γ. Σχῆμα. DUCANG.

Pag. 61, 25. Καὶ πολλὰς δακρύων] Id ipsum scribit Acropolita. DUCANG.

Pag. 62, 4. Ἀνὴρ γὰρ τις Μουζάλων] Acropolita cap. LXXV. Pachymeres lib. I. cap. VIII. XII. XV. XVI. XVIII. XIX. Phranzes lib. I. cap. III. Historiam et fortunam Muzalonis perstringunt. DUCANG.

Pag. 62, 22. Ἦν γὰρ ἕκτον τηρικαῦτα διανύων ἀπὸ γενέσεως ἔτος] Acropolita cap. LXXV. οὐπω γὰρ τελείων ὑπῆρχεν ἐνιαυτῶν ὀκτώ. Pachymeres novennem facit. BOIVIN.

Pag. 63, 3. Ὡν δὴ θυγατέρων] Pachymer. lib. I. cap. XIII.

DUCANG.

Pag. 63, 6. Τὴν δὲ γε δευτέραν τὴν Θεοδώραν] *Irenen*. Vide supra p. 35. E. BOIVIN.

Pag. 63, 18. Ἀχθόμενοι τῇ πέρα τούτου τιμῆ] Verba suspecta, sed clara sententia. WOLFIUS.

Pag. 65, 15. Ἐννάτη μὲν] Idem Pachymer. lib. I. cap. XIX.

DUCANG.

Pag. 65, 18. Καὶ τὰ μνημόσυνα] *Interpres, memoriam: imo, uti vertimus, Officium ecclesiasticum exequiarum, seu, uti vulgo loquimur, officium defunctorum.* Vide Glossar. med. Graecit. in *Μνημόσυνον*, et in Ἐννατα. DUCANG.

Pag. 68, 7. Ὁ Κομνηνὸς Μιχαὴλ] Acropol. cap. LXVII. LXVIII. DUCANG.

Pag. 69, 2. Ἡ γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ] Vide stemma Palaeologorum in Familiis Byzantinis. DUCANG.

Pag. 69, 4. Ταύτην ἐρουθροῖς ὑποδέδεται κοηπίσι] Vide quae annotamus in notis ad Villharduinum, et Alexiadem, et in utroque Glossario, ubi de Tzangis. DUCANG.

Pag. 69, 21. Τὰς κλεῖς τοῦ βασιλικοῦ πρυτανείου] Partim in urbe Magnesia, partim in Astyzii arce ad Scamandrum, tum fiscus imperatorum asservabatur, Pachymer. lib. I. cap. XXIII. DUCANG.

Pag. 70, 2. Ἀδείας γὰρ] Pachymer. lib. I. cap. XXV. DUCANG.

Pag. 70, 16. Καὶ ἦν ἐπὶ γλώττης] Idem Pachymer. lib. I. cap. XXII. XXIII. DUCANG.

Pag. 70, 17. Vide Arsenii testamentum, editum a Cotelerio. BOIVIN.

Pag. 71, 8. Τὸ τοῦ δεσπότου ἀξίωμα] Acropol. cap. LXXVII. Pachymer. lib. I. cap. XXVII. XXVIII. DUCANG.

Pag. 71, 10. Ἐν τούτοις μὲν] Acropol. cap. LXXVII. Pachymer. lib. I. cap. XXX. DUCANG.

Pag. 71, 22. Ὁ τε Πελοποννήσου καὶ Ἀχαΐας πρίγκιψ] Pachymer. lib. I. cap. XXX. XXXI. Is fuit Guilelmus de Villa-Harduini, Gaufridi Primi Achaiae et Moreae principis filius. Vide stemma istius familiae praefixum notis Historiae Gaufridi de Villa-Harduini et Historiam Franco-Byzantinam lib. V. n. XVI. DUCANG.

Pag. 72, 19. Ἦν δὲ τῆνικαῦτα ὁ χρόνος] Anno MCCLIX. Stero. DUCANG.

Pag. 78, 3. Ἀναγορεύουσι βασιλέα] Acropolita cap. LXXVIII. Pachymer. lib. II. cap. II. III. IV. Phranzes lib. I. cap. IV. DUCANG.

Pag. 78, 3. Ὅπερ ἀκηκωὸς ὁ πατριάρχης Ἀρσένιος] Vide Arsenii testamentum. BOIVIN.

Pag. 78, 12. Καλανδῶν δεκεμβρίων] Imperator dictus et in

clypeum elatus Kalend. Decemb. anno MCCLIX. coronatus vero Kal. Ianuar. anno MCCLX. ut infra annotatur. DUCANG.

Pag. 78, 13. Οὐπω δ' ὅλος ἀπηρτίζετο μὴν] Michaëlem Palaeologum ab Arsenio Kalendis ipsis Ianuariis coronatum esse tradit Ducangius. Gregoras coronatum ait *nondum toto mense elaso* post praestitum iusiurandum: proinde ante Kalendas Ianuarias coronatum ponit. Nam iusiurandum Kalendis Decembribus praestitum esse dixit paulo supra. Pachymeres lib. II. cap. IV. ἐκατομβαιῶνος νομηνία iusiurandum praestitum, proclamatum imperatorem, et clypeo impositum, scribit. De eodem coronato agitur in capitibus sequentibus. Possinus vero ἐκατομβαιῶνος νομηνία Kalendas Ianuarias interpretatur, atque adeo post Kal. Ianuarias coronatum imperatorem putat. Ita chronologis male inter se convenit. Ego Ducangium auctorem secutus, coronati Michaëlis Palaeologi annum posui MCCLX. diem vero, Kalendas ipsas Ianuarias Mauritius David Palaeologi inaugurati tempus retroagit ad Kalendas Ianuar. anni MCCLIX. et hanc suam rationem multis argumentis confirmat, quae in praesenti nec refellere nec omnino approbare institui. BOUVIN.

Pag. 79, 2. Ἐπὶ τοῦ ἱεροῦ βήματος] Wolfius, *in sacro suggestu*: emendavimus, ut et alibi ubi haec vox occurrit, *in sacro Bematate*. Aliud enim est *suggestus* sive *Ambo*, aliud *Bema* sive *sacrarium*. Vide Constantinopolin Christianam lib. III. n. XLIX. DUCANG.

Pag. 79, 3. Τῷ βασιλικῷ κοσμεῖ διαδήματι] Kalendis Ianuarii, anno Chr. MCCLX. Indict. III. Nicaeae, quae post receptam a nostris urbem Ῥωμαίων βασιλειον exstitit, ut hic infra ait. Ita Acropolis. DUCANG.

Pag. 79, 5. Διηνεκῆ τὴν αὐτοκρατορικὴν ἀρχὴν] Pachymeres lib. II. cap. II. Phranzes lib. I. cap. IV. more scilicet Francorum observato, apud quos tutores praediorum, quae nobilium puerorum tutelae suae commissorum erant, dominos sese inscribebant donec ii suae aetatis fierent: cuius quidem moris haud nuper in exemplum dederant, dum Balduino II. adhuc impuberi Ioannem Briennensem Comitem ex rege Hierosolymitano tutorem praefecerant, ea lege ut quoad Balduinus ex ephebis excederet, imperatoria dignitate frueretur: de quo apud nostros more inulta diximus in Hist. Franco-Byzantina lib. III. n. XV. et in Gloss. med. Latin. in v. *Haeres*. DUCANG.

Pag. 79, 13. Ἀγγέλλονται τούτῳ τὰ δυτικὰ τῶν Ῥωμαίων τρόπαια] Itaque cum imperator salutatus et clypeo impositus esset apud Magnesium, nondum victoriae Macedonicae nuntius advenerat. Hinc eius victoriae reportatae tempus colligi potest, atque ex initio cap. II. infra. BOUVIN.

Pag. 79, 15. Τὸν Πελοποννήσου] Acropolis cap. LXXXI. Pachymer. lib. I. cap. XXXI. Phranzes lib. I. cap. V. Monachus Padua-

nus lib. III. pag. 34. Histor. Franco-Byzant. lib. V. n. XVI. XVII. Is porro princeps fuit Guilelmus Villharduinus, Gaufridi Primi Moreae et Achaiae principis filius, cuius supra meminimus lib. III. cap. V. DUCANG.

Pag. 79, 21. Ἐν τοῖς νηανοῖς πεδίλοις] Vide quae in hanc rem annotamus in Gloss. med. Graecit. in v. Τζάγγη. DUCANG.

Pag. 80, 1. Τὴν τε Μονεμβασίαν] Ita etiam Phranzes lib. I. cap. IV. At Monachus Paduanus lib. III. pag. 35. Sabellicus et Blondus solam Monembasiam habent. Constat tamen Spartam unam fuisse ex cassis oppidis, ut exserte testantur Gregoras, et Phranzes, cuius episcopus Haimo, sua dignitate ex eo privatus, ad Coronensem episcopatum promotus fuit a Nicolao III. Papa anno MCCLXXXVIII. uti docet eiusdem Pontificis Regestum in litteris curialibus epist. CX. Est autem Monembasia, Moreae nunc oppidum, non procul dissitum a Capo Malio, sive Maleo promontorio, hodie *Malvasia*, priscis *Epidaurus Peloponnesi*. DUCANG.

Pag. 80, 11. Καταλιπὼν τὸν πατριαρχικὸν ὁ Ἀρσένιος θρόνον] Ephraemius de Arsenio:

Καὶ πάντα βαθρὸν ἀνύσας ἐκκλησίας,
 Εἰς ὕψος ἤρθη ποιμεναρχίας μέγα.
 Ἀνθαιρέτως τούτου δὲ λείποντος θρόνον,
 Μονῆ δὲ αὐτὸν εὐαγῶς δεδωκότος,
 Νικηφόρος, πρόεδρος ἂν Ἐφεσίων,
 Προεδρίαν εἴληφε τῆς Κωνσταντίνου. DUCANG.

Vide Arsenii testamentum. BOIVIN.

Pag. 80, 12. Ὀλιγετο ἡσυχάσων ἐς τὸ παράλιον κ. τ. λ.] *Tranquillam ac solitariam vitam acturus*. Vide Glossarium Ducangii. BOIVIN.

Pag. 80, 12. Τοῦ Πασχασίου μονύδριον] Cuius monasterii situs describitur a Pachymer. lib. II. cap. XV. DUCANG.

Pag. 80, 17. Καὶ δὴ Νικηφόρος] Pachymer. lib. II. cap. XVI. DUCANG.

Pag. 80, 23. Τὸ κατὰ τὴν περαίαν τοῦ Γαλάτου ἐπικεκλημένον φρούριον] *περαία*, παρὰ τὸ πέραν, quod mare interiaceret. Vocatur etiam hodie Pera, ut Ioannes Dernschwam, vir ornatissimus, mihi retulit: qui diu et Byzantii vixit, et Amasiam usque progressus est: et hos Byzantinae historiae libros omnes cum aliis multis, singulari industria et studio iuvandae reipublicae litterariae comparavit: et ut a me converterentur, atque in publicum ederentur, primus auctor fuit. WOLFIUS. Male Wolfius, *Castellum Peraeae*, cognomento *Galatae*. *περαία* hoc loco *adversum littus* significat. Quodsi castellum illud hodie *Pera* dicitur, non idcirco Gregorae verbis vis facienda est. BOIVIN.

Pag. 80, 24. Τοῦ Γαλάτου] Pachymer. lib. II. cap. XX. DUCANG.

Pag. 81, 21. Κατὰ μέντοι τὸ ἐπιὸν ἔτος] An. Chr. MCCLXI. DUCANG.

Pag. 82, 4. Τὰ τῶν Τούρκων βασιλεία] Iconium, Turcorum Sultani sedem primariam. Vide stemma Sultanorum Iconiensium post Familias Dalmaticas n. XV. DUCANG.

Pag. 82, 5. Μελέηκ] Qui antea ad Michaëlem profugerat, et ab eo detinebatur, ne si evaderet res novas moliretur. Pachymer. lib. II. cap. XXIV. DUCANG.

Pag. 83, 2. Ἦγε καὶ ἔφερεν ἐλπίδων ὥσπερ παράσιτον] Sententia est, ut parasiti mensis divitum alantur, ita illum spe bona lactatum esse. WOLFIUS.

Pag. 83, 3. Δύο ἐξῆς ἡνύετο ἔτη] Acropol. cap. LXXXV. Pachymer. lib. II. cap. XXVI. DUCANG. Δύο ἐξῆς ἡνύετο *) ἔτη] Verterat Wolfius, *Duo perpetui anni exierant*. Ego malui vertere, *Secundus annus exibat*. Ab aequinoctio autumnali anni MCCLIX. quo finis bello impositus est, ad solstitium aestivum anni MCCLXI. quo belli renovati initium statuitur, non intercesserunt anni duo integri. Verbum ἡνύετο apud Gregoram significat *exibat*, non *exierat*. Sic libro X. cap. I. τέταρτον μὲν δὴ καὶ ἑβδομηκοστὸν (loquitur de aetate Andronici senioris) ἔτος ἀπὸ γενέσεως αὐτῷ τελευτῶντι ἡνύετο, *quartus quidem et septuagesimus annus ei morientis exibat*. *Exibat*, non *exierat*. Nam constat Andronicum non totos LXXIV. annos vixisse. Vide annotata infra ad Oraculum Tralianum lib. IV. cap. V. sect. 9. BOIVIN.

Pag. 83, 20. Ἀγοραῖοις ἀνδράσι] Qui se Θεληματάρους appellabant, quod nec Francis nec Graecis omnino parerent, se gente Graeci ac Constantinopoli nati, ruri degentes sua coleren praedia, uti innuit idem Gregoras: sic enim appellantur a Pachy- mere lib. II. cap. XIV. XXVI. XVII. Anonymus Ms. de bellis Francorum in Morea: ἕνας λαὸς ἀκέφαλος, ὅλη θεληματάρος. DUCANG.

Pag. 84, 12. Ἄχρι χιλιάδος μιᾶς] Octingentos duntaxat fuisse infra ait. Phranzes lib. I. cap. IV. equites circiter octingentos cum globo peditum habuisse Strategopulum scribit. Vide Hist. Franco-Byzant. lib. V. cap. XXIV. DUCANG.

Pag. 85, 19. Καὶ ὁ Καῖσαρ] Acropol. cap. LXXXV. Pachymer. lib. II. cap. XXVII. Hist. Franco-Byzant. lib. V. n. XXV. XXVI. XXVII. DUCANG. Graecos recuperasse Constantinopoli anno Mundi VI. MDCCLXIX. die Iulii XXV. diserte ait Georgius Acropolitita. De die et mense inter omnes constat; non item de anno. Sunt enim qui affirmant recuperatam fuisse anno Mundi V. MDCCLXVIII. Christi MCCLX. atque eam fortasse fuisse Nicephori Gregorae opinionem, infra ostendetur. Codex Regius 2525². scriptus paulo post obitum Andronici iunioris, quo tempore floruit Gregoras, Constantinopolin a Graecis recuperatam ponit anno Mundi VI. MDCCLXVIII. In eundem annum consentiunt Codex 265-

*) ἡνύετο, non ἡνυστο, aut παρεξήρη. BOIVIN.

fol. 5. V. Cod. 2936. et Cod. 2976. quibus continentur breviaria chronologica; Cod. 3502. fol. 7. Dorotheus Monembasiensis in Synopsi variarum Historiarum edita Venetiis, an. MDCXXXI. Matthaeus Cigala in eiusdem argumenti libro Venetiis edito anno MDCXXXVII. Chronicon breve editum ex Codd. Regiis ab Ismaële Bullialdo, et Historiae Michaëlis Ducae subiunctum. Chytraeus in Chronologia, ubi de Nicephoro Gregora. Caeterum verissimam puto Acropolitae chronologiam, qui historiam scripsit eo tempore, quo Graeci Constantinopolin recuperarunt. Cum Acropolita consentiunt Codex Reg. 2432. fol. 99. V. et Cod. 3058^a. fol. 69. V. item instrumentum prolatum a Ducangio ex Thesauro Chartarum, et in calce Historiae Franco-Byzantinae cum aliis actis coniunctum. BOIVIN.

Pag. 85, 24. *Ἡ τοῦ Παντοκράτορος*] Vide eandem Hist. n. XXVII. DUCANG.

Pag. 86, 2. *Τὸν δὲ ὁ τῆς ἀδελφῆς Ἰολέντης πρῶτος υἱὸς ὁ Ρόμπιροτος*] Georgius Acropolita Petrum interserit, Henrici successorem. Omissus praeterea a Gregora Ioannes, qui post Robertum imperator fuit. Vide Historiam Franco-Byzant. BOIVIN.

Pag. 86, 11. *Καὶ σύμβολα βασιλείας*] Quae illa fuerint, narrat Acropolita cap. LXXXVII. Nos etiam ex illo et aliis in eadem Hist. n. XXVIII. et XIX. Pachymer. lib. II. cap. XXVII. extr. scribit in argumentum captae urbis allatam Michaëli sarissam Balduini purpuream: *σημεῖον δὲ ἀληθείας τῶν λεγομένων ἐκεῖνοις ἦν κοκκοβαφῆς σάρισσα δεικνυμένη.* DUCANG.

Pag. 86, 13. *Ῥέουσα δ' ἡ φήμη*] Pachymer. ibid. DUCANG.

Pag. 86, 19. *Εὐθὺ τῆς Ἰταλίας*] Imo recta in Euboeam insulam contendit Balduinus, cum Marco Gradenigo, Pantaleone Iustiniano patriarcha Constantinopolitano, et compluribus aliis, quorum plerique, antequam insulam attingerent, fame perierunt, ut narrat Monachus Paduanus. Balduinus vero et caeteri ab Euboeae principibus et a Laurentio Tiepolo Venetorum Baiulo humaniter excepti sunt. DUCANG.

Pag. 87, 13. *Τῷ υἱῷ Ἀνδρονίκῳ τῷ νέῳ βασιλεῖ, δεύτερον ἔτος ἄγοντι τῆς ἡλικίας*] Hinc colligitur Andronicum seniore (qui hoc loco νέος vocatur) non vixisse annos LXXIV.*] sed tantum LXXIII. nisi Gregoras Constantinop. a Graecis recuperatam ponat an. Mundi VI. MDCCLXVIII. Nam ab an. VI. MDCCLXIX. exeunte, quo recuperatam Urbem ponit Acropolita, ad an. VI. MDCCCXL. ineuntem, quo Andronicum constat obiisse, anni numerantur non toti LXXI. quibus si pueri bimuli aetatem seu duos annos addas, consent an. LXXIII. non toti. Atque hoc est, quod supra dicebamus, Gregoram sequutum esse fortasse opinionem eorum chro-

*) Quot vixisse eum Gregoras ait lib. V. cap. V. sect. 9. item lib. X. cap. I. sect. 4. BOIVIN.

nologorum, qui Constantinopolin recuperatam statuerent anno Mundi VI. MDCCLXVIII. non autem an. VI. MDCCLXIX. Sed hic noster Historicus non semper secum consentit. BOIVIN.

Pag. 87, 14. Συχναὶ παρῆλθον ἡμέραι, καὶ εἶχε τὸν βασιλέα ἢ τῶν πόλεων βασιλεύουσα] Michaëlem Palaeologum in Urbem recuperatam ingressum esse die XV. mensis Augusti, colligo ex hi quae leguntur initio Codicis Regii 1852. *) Μηνὶ ἀγούστῳ κέ. ἰνδικτιῶνος δ. τοῦ ἔτους στηξθ'. εἰσῆχθημεν**) σὺν θεῷ ἐς Κωνσταντινούπολιν. Mensis Augusti die XV. an. VI. DCCLXIX. introductus sumus Deo iuvante in urbem Constantinopolin. BOIVIN.

Pag. 87, 17. Θεομήτορος τῆς Ὀδηγητρίας] Acropol. cap. LXXXVIII. Pachymer. lib. II. cap. XXXI. istius aedis, de qua multa congressimus in Constantinopoli Christ. lib. IV. sect. II. n. XXIV. alibi saepe meminit Gregoras. DUCANG.

Pag. 87, 21. Ἐγγιστα τοῦ Ἱπποδρόμου παλάτιον] Quod magnum appellabant, Graeci vero paulo recentiores βασιλεία τὰ μέγαλα πρὸς ἀνατολήν, ubi hodie Geni-Sarai, Palatium novum, quod Osm aneam portam nunc nominant, de quo pariter agimus in eadem nostra lucubratione lib. II. sect. IV. n. 1. DUCANG.

Pag. 87, 22. Τὸ γὰρ ἐν Βλαχέρναις] Pachymer. τὸ γὰρ Βλαχερνῶν οὐκ εὐτροπέως ἦν ἔχειν πρὸς τὴν τῶν βασιλέων κατοίκησιν. ἔγμε γὰρ καπνοῦ καὶ λιγνύος. DUCANG.

Pag. 88, 7. Ὅτι μὴ κατάλυσιν παντοῖαν ἐφ' ἡμέρα καὶ νυκτὶ] κατάλυσιν hic non *diversorium*, sed *destructionem* significare, sententia ostendit. WOLFIUS.

Pag. 88, 19. Πατριάρχην Ἀρσένιον] Pachymer. lib. II. cap. XXXIV. lib. III. cap. I. II. DUCANG. Vide Arsenii testamentum. BOIVIN.

Pag. 89, 5. Τὸ δὲ ἦν θρίαμβον] De Strategopuli triumpho silet Pachymeres, quem attigit etiam Phranzes lib. I. cap. V. DUCANG.

Pag. 89, 11. Ἐν τοῖς ὑμνητηρίοις καὶ εὐφήμοις ἅπασιν] In acclamationibus et εὐφημίαις, quae in ecclesia praesertim fieri consueverant, uti scribit Phranzes lib. I. cap. V. de quibus agimus in Gloss. med. Graecit. in εὐφημία, et in πολυχρόνιον. Istius porro Strategopuli εὐφημίας meminit pariter Pachymer. lib. III. cap. 2. extr. DUCANG.

Pag. 90, 18. Καὶ ὁ Καῖσαρ ἀλίσκεται [ζῶν] Pachymer. lib. I. cap. XXXII. lib. III. cap. VII. VIII. DUCANG.

Pag. 90, 20. Ἄλλ' ἐν ἀδήλοις ὥσπερ πελάγεσι] Sumpta haec ex dialogo, cui titulus Φλωρέντιος, seu περὶ σοφίας. Vide Cod. Reg. 3284. fol. 257. V. BOIVIN.

Pag. 91, 20. Ἐν ταῖς τῶν φαυλοτέρων ἡτταῖς] Phrasis insolens, pro ἐν τῷ ἡττᾶσθαι τῶν φαυλοτέρων. BOIVIN.

*) Quo continetur prima pars Lexici Suidae. BOIVIN.

**) Pro εἰσῆχθημεν. BOIVIN.

Pag. 91, 24. Τῆς αὐτοῦ ἀδελφῆς] Annae Manfredi Siciliae regis sororis, de qua ibidem Pachymer. DUCANG.

Pag. 92, 2. Παρὰ Θεοδερίχου] Sic hoc loco, et infra, Fredericum II. imperatorem perperam vocat, quem Pachymeres Θεοδερίχον. Manfredus quippe filius nothus fuit eiusdem Frederici. DUCANG.

Pag. 92, 10. Βασιλέως ἀδελφιδῆν Ἄνναν] Eulogiae Michaëlis imp. sororis filiam. Vide Famil. Byzant. p. 209. 210. DUCANG.

Pag. 92, 21. Κατὰ τινὰ χρείαν ἐπιδεδημηκότι ἐκ τοῦ παρήκοντος] Nisi pro ἐκ τοῦ παρατηρόντος, vel κατὰ τύχην intelligatur, non video quid sibi velit, et sic usus est hac forma loquendi Pachymerius. WOLFIUS.

Pag. 92, 23. Ὄνομα δὲ Βελικούροϋ] Pachymer. lib. III. cap. VI. Μαίω δὲ Βελικούροϋ, id est Mahieu de Valaincourt, quomodo vox Matthaëus tum efferebatur apud Francobelgas nostrates. Is porro ex nobili satis in Picardia familia ortus erat, uti docemus in Historia nostra Franco-Byzantina lib. V. n. XLII. DUCANG.

Pag. 93, 3. Ὄνομα Βιντιμιλία] Seu, ut Itali efferunt, Vintimiglia. Unde eandem Hist. n. XLI. XLII. et quae de hac familia observamus in Familiis Byzantinis, ubi de Lascarica gente agimus, cuius nomen sibi exinde adscripserunt Vintimilienses. DUCANG.

Pag. 93, 5. Τὸν δὲ ἀδελφὸν αὐτῶν] Pachymer. lib. II. cap. XXXV. lib. III. cap. X. XII. XXV. ubi ἐν φρουρίῳ τῶ τῶν Νικηταίων τῆς Δακρυβύξης inclusum scribit. DUCANG. Annotavimus in margine, factum id esse A. C. MCCLXI. et ita quoque Possinus in Chronologia sua Pachymeriana. Sed si Ioannes, cum est excaecatus, iam tum erat decennis, ut hoc loco dicitur, oportet excaecatus sit an. Christ. MCCLXIII. siquidem anno MCCLIX. quo eius pater Theodorus obiit, annum aetatis sextum explebat, teste GREGORA lib. III. cap. III. sect. 2. BOIVIN.

Pag. 93, 6. Δεκαετῆ ἤδη τυγγάνοντα] Possinus novennem facit. BOIVIN.

Pag. 93, 11. Χερσὶ μὲν τὰ στέγνα] Non necesse habui ensiferas cogitationes, fumos gemituum et ligna doloris inserere. WOLFIUS.

Pag. 93, 17. Ἀφορισμῶ μὲν τὸν βασιλέα καθυποβάλλει] Pachymer. lib. III. cap. XIV. DUCANG.

Pag. 93, 18. Τὴν δὲ τούτου μνήμην] Quod tum improbatum, cum, ut ait Pachymeres, id esset cum eo in sacris communicare, qui a communione abscissus erat. DUCANG.

Pag. 94, 10. Καὶ ἦν ἡ λαληθεῖσα κατηγορία] Idem Pachymer. lib. IV. cap. III. DUCANG.

Pag. 94, 13. Ὅτι Χριστιανῶν τε ὑπήρχε γονέων υἱός] Pachymer. patriarcham respondentem libello accusationis dixisse ait, Sultanum eiusque filios pro Christianis tum habitos, id asserente MACARIO, Pisidiae episcopo. Vide eundem Pachym. cap. VI. DUCANG.

Pag. 94, 23. *Εἰσκαλεῖται τοίνυν*] Coacta synodo aliquo episcoporum Constantinopoli in Alexiaco triclinio. Pachymer. lib. IV. cap. IV. V. VI. VII. VIII. IX. X. DUCANG.

Pag. 95, 9. *Γερμανὸς*] Pachymer. lib. III. cap. XII. XIII. DUCANG.

Pag. 95, 20. *Ἰκάριος*] Pachymer. lib. V. cap. XXVII. Istius porro Icarii defectionem pluribus descripsimus in Hist. Franco-Byzant. lib. V. n. XLV. et XLVI. ubi illum fuisse ex *Zachariarum* seu *Iaqueriarum* familia Genuensi docuimus, ex qua alter Benedictus Zacharias, ac illius forte filius, Chium insulam Graecis abstulit sub an. MCCCIV. Vid. eadem Hist. lib. VI. n. XXV. DUCANG.

Pag. 95, 21. *Τοῦ τῆς Εὐβοίας κρατοῦντος*] Interpres *Prætorum* verterat: *Principem*, emendavimus. Incertum autem, quomox subdit, an Euboea Reipublicae Venetae ea tempestate provincia exstiterit, cum a tribus diversis principibus tum possideretur ex familiis *Dalle Carceri* Veronensi, *di Ghisi* Veneta, et *Zachariarum* Genuensi, ex qua postrema erat *Icarus*, qui, ut scribit Pachymeres d. cap. XXVII. ex istius insulae dominis erat, atque, ut verisimile, a duobus aliis principibus defecerat, orta invicem simultate. Scribit Andreas Dandulus in chron. Ms. sub an. MCCLIV. et MCCLV. Guilelmum Villharduinum, qui Gaufredo fratri Moreae et Achaiae principi successerat, ad se evocatis Narioto *Dalle Carceri*, et Guilelmo Veronensi, Euboeae insulae principibus, iisque in carcerem coniectis, in eandem insulam cum copiis irrupisse, hancque expugnasse, ex ea pulso Paulo Gradenigo Venetorum Baiulo: Venetos vero, misso Marco Gradenigo cum VII. triremibus, in auxilium ascitis vicinis principibus, insulam denuo recepisse. Sed et ex Archivo Camerae computorum Parisiensi docemur, anno MCCCXLIV. duos magnates, quorum alter *P. Dalle Carceri*, alter Bartholomaeus *Ghisi* nobilis Venetus vocabatur, isti insulae tum in solidum imperasse, ac Moreae principi fidem et clientelam praestitisse. Vid. eundem Dandulum ann. MCCLXIX. et MCCLXXII. Sabellicum etc. DUCANG.

Pag. 96, 22. *Τὸν μὲν ἀρχηγὸν τῆς Εὐβοίας*] Aliter Pachymeres, qui non Euboeae principem, sed Ioannem *Μέγαν Κύριον* seu uti nostri vocabant *Le Grand Sire*, captum et adductum, a deinde remissum statim decessisse, eique successisse Guilelmum illius fratrem *Magnum Dominum* scribit. Qui porro *μέγας κύριος* ab eo nuncupatur, non alius est ab Atheniensi Duce, ita a nostris appellato, quod eius ditio longius caeteris in Graecia protenderetur: uterque vero ex familia *de la Roche* exstitit. Vide Historiam Franco-Byzant. lib. V. n. XLVII. DUCANG.

Pag. 97, 9. *Πίπτει πρηνῆς ἐπ' ἐδάφους*] Mera fabula de Ioannis subita in imperatoris conspectu morte, ex iis quae traduntur a Pachymere lib. V. cap. XXVII. DUCANG.

Pag. 97, 10. *Μετὰ μέντοι*] Ut Pera seu Galata Venetis, P

sanis, et Genuensibus ad habitandum a Michaële concessa sit, multis egimus lib. I. Constantinopolis Christianae sect. XXII. de singulorum vero praefectis hic recensitis, eorumque nominibus, tum ex Gregora, tum ex Pachymere lib. II. cap. XXXIII. et aliis, in Glossario med. Graecit. DUCANG.

Pag. 98, 2. Ἐκῆδευσε τῷ ῥηγὶ τῆς Ἰταλίας Καρούλω] Vide Historiae Franco-Byzantinae lib. V. n. XLVIII. XLIX. DUCANG.

Pag. 98, 7. Γένους τοῦ Γασμουλικού] Pachymer. lib. IV. cap. XXVI. Vide Glossar. med. Graecit. in hac voce. DUCANG.

Pag. 98, 13. Τζάκωνας] Horum Laconum meminit Pachymeres lib. III. cap. IX. Vide pariter idem Glossar. in hac voce. DUCANG.

Pag. 98, 13. Ὁ γοῦν βασιλικὸς στόλος] Pachymer. lib. III. cap. XV. DUCANG.

Pag. 98, 25. Τὸ δὲ ἦν κομήτης] Pachymer. lib. III. cap. XXIII. DUCANG.

Pag. 99, 21. Κωνσταντίνω] Pachymer. lib. III. cap. XXV. DUCANG.

Pag. 100, 5. Διαμηνύσασθαι Κωνσταντίνω] Verbum διαμηνύσθαι apud Gregoram non semel occurrit, pro μεταπέμπειν. Vide lib. VIII. cap. VI. sect. 2. etc. BOIVIN.

Pag. 101, 21. Ὁ τῆς Αἰγύπτου καὶ Ἀραβίας Σουλτάν] Pachymer. lib. III. cap. V. Is porro est quem nostri Noradinum vocant, Chronicon vero Orientale ab Echellensi editum, *Almansurum Nuraddinum*, ubi regnum iniisse dicitur anno Hegirae DCLV. proinde Christi MCCLVII. a quo scilicet expugnatas quas nostri in Syria obtinebant civitates narrant scriptores rerum Hierosolymitanarum. DUCANG.

Pag. 102, 7. Ἡ τῶν γονέων ἐξωνούμενοι] Pachymeres ταῖς συνεξέσι μετακομίσεσι τῶν βορέαθεν μειρακίσκων Arabes suos auxisse exercitus scribit. Haytonus in Hist. Orientali cap. I. de Soldani Aegypti potentia: *Maior pars exercitus Aegypti sunt servi empti pretio, quos mali Christiani saepe portant cupiditate lucrandi, aut in praeliis acquisiti, quos compellunt eorum sectae et fidei adhaerere. Et illi qui empti pretio pecuniae exstiterunt, cariores sunt et habentur, et plus aliis honorantur.* Apud Turcos vero Europaeos alia inducta simili fere modo exercitus augendi consuetudo Amurate imperante sub ann. MCCCLX. cuiusdam Caramani doctoris Carae Rustenis et Zinderlu-Chelilis consilio, qua inductum, ut de mancipiis puerilem aetatem egressis, quae bello capta fuissent, quintum quodque caput Sultano offerretur: sin tria duntaxat aut quatuor essent mancipia, singulorum nomine XXV. aspri solverentur. Hi Nomadibus seu agricolis traduntur descendae linguae Turcicae et religionis Mahumetanae causa, et annis aliquot exactis ad Portam revocantur, Genitzarorum officio functuri. Hanc puero- rum collectionem παιδομάζωμα vocat Contares in Hist. Athenar.

Vide Ducae Hist. cap. XVI. Leunclavium lib. V. Hist. Musulman pag. 228. et in Pandecte Turcico n. XXXV. DUCANG.

Pag. 103, 14. Καθάπερ τι σιδηροῦν τεῖχος] Idem Gregora lib. V. cap. VI. τὸ γὰρ τοι γένος τῶν Ἰταλῶν τοιοῦτοις ἀρχῆθεν συντέθραπται τοῖς ἡθροῖσι. ἂν μὲν γὰρ εὐτάκτως ἀπαντᾷ πρὸς τὸν πόλεμον, τεῖχος ἔστιν ὄχυρόν καὶ ἀμάχητον. Respexit etiam forte a Latinorum seu Francorum pleniorum armaturam: unde Theophylactus Bulgariae archiep. Epist. XXVI. ὁ Φράγγος ὁ τὸν τεράχληο τῆος σιδήρεος. DUCANG.

Pag. 104, 2. Οἱ Τοῦρκοι] Vide notata ad lib. II. pag. 23 DUCANG.

Pag. 106, 19. Ἄλλ' ὁ τῆς Φοινίκης καὶ Συρίας ἕως etc. Atqui illi sanctum sepulchrum recuperarunt, quidquid Gregora dicat. BOIVIN.

Pag. 107, 8. Hic locus fuit commemorandi expeditionem sacram D. Ludovici; cuius mirum est nullam a Gregora mentionem habitam fuisse. BOIVIN.

Pag. 107, 11. Εἶεν. ὁ μέντοι] Pachymer. lib. IV. cap. II XVII. XXI. XXIII. XXVIII. DUCANG.

Pag. 107, 13. Ἄτε Ἀρσενίου ζῶντος] Non modo quod e ipso pro μοίχῳ seu adultero haberetur, uti docemus in Gloss. med Graecit. in v. Μοῖχος, sed et διὰ τὴν ἐμφαινομένην τοῦ θρόνου μεταθέσειν, ut loquitur Pachymeres d. cap. XVII. et quod ἀπὸ τοῦ θρόνου τῆς θυγατρὸς τῶ θρόνω τῆς μητρὸς ἀνέθην οὕτω καὶ αὐθαδῶς εἰσπηδήσειεν. οὕτω γὰρ τὰς ἐκκλησίας ἐκάλουν. idem cap. XIII Adde cap. XXVIII. DUCANG.

Pag. 107, 15. Αὐτὸς δ' ἡσυχάσων ἀπήει] A. C. MCCLXVI BOIVIN.

Pag. 107, 15. Ἰωσήφ τὸν πατριαρχικὸν διαδέχεται θρόνον] Eodem anno, Decemb. die XXVIII. BOIVIN.

Pag. 107, 17. Κατὰ τὸ Γαλλήσιον ὄρος συνεξηκῶς] Exstat in Cod. Reg. 2964. f. 320. inter opera Nathanaëlis (seu Nicephori) Chumni imperatorium diploma, inscriptum λόγος χρυσόβουλλοῦ ἐπὶ τῇ ἐνώσει τῆς ἐν τῷ Γαλησίῳ μονῆς καὶ τῆς ἀγίας ἀναστάσεως ὥστε τοῦ λοιποῦ μὴ δύο, ἀλλὰ μίαν ταύτας εἶναι, καὶ ὅφ' ἐνὶ τε τάχθαι καὶ ἄγεσθαι καθηγουμένῳ. In quo diplomate cum alia multa praeclara de Gallesii monasterio narrantur, tum haec maxime notanda, ἢ πρὸς ἕω ἐν τῷ τοῦ Γαλησίου τόπῳ σεβασμία μονὴ τῆς πανυπεράγνου μου δεσποίνης καὶ θεομήτορος, διαβόητος οὕσα ἐξότου δὴ καὶ τὴν ἀρχὴν συνέστη, καὶ σφόδρα γε θαναταζομένη, οἷς καὶ πάνυ τι δεδύνηται ψυχὰς βελτιοῦν ζῆν κατὰ θεὸν αἰρουμένας, καὶ νῦν ἐς δεῦρο περισῶζει τοῦτο τὸ καλόν, καὶ τοῖς ἐν αὐτῇ τὴν πολιτείαν τῆνδε μετιέναι προθυμουμένοις πρὸς αὐτὸ δὴ τοῦτο μάλα συναιρεται, καὶ δεξιὰ τις ἔστι πληροῦν τὸν πόθον. ἴδρυνται γὰρ ἐν ἀοικῆτι τινὶ, πόρῳ που τῶν κοσμικῶν θορύβων ἀνωκισμένη. ἴδρυνται δ' αὐτὴν καὶ συνίστησι πρῶτως ὁ περιβόητος τὴν ἀσκησιν καὶ μέγα

τὴν κατὰ θεὸν πολιτείαν Λέξαρως, ἀπολεξάμενος τόνδε τὸν τόπον, καὶ τὴν θαυμασίαν ταύτην ἐν αὐτῷ τῇ θεομήτορι καθοσιώσας μονήν, καὶ γε δειμάμενος καὶ πῆξας ἀρετῆς ὡς εἰπεῖν ἐργαστήριον. . . ὄρος γάρ ἐστιν ὁ τόπος ἄναντες καὶ τραχὺ, τῶν ἐς ψυχαγωγίαν καὶ παραμυθίαν σωματικὴν μηδενὸς ἤμιστα μετέχον. οὔτε γὰρ σκιαζεται δένδροις· οὔτε βοτάνης, ἀλλ' οὐδὲ γλόης ἀπογεννᾷ βλάστησιν· οὐμμενουν οὐδὲ τῶν ἄλλων ἀπὸ γῆς χρησίμων οὐδὲν οὐδόλως καρποφορεῖ· ξηρὸν δ' ἔστιν ὄλον, καὶ πρὸς τοιαύτας γονὰς παντάπασιν ἀφνές· εἰ καὶ ἄλλως γόνιμον ἀρετῆς. Omitto caetera. BOIVIN.

Pag. 107, 20. Καὶ τοὺς λογισμοὺς ἐξηγόρευεν] *Interpres, et suas illi cogitationes expronebat. Emendavimus, et delictorum, seu peccatorum, confessionem edebat. Pachymeres: ἄνδρα πνευματικόν, καὶ εἰς πατέρα τεταγμένον τῷ βασιλεῖ. Vide Gloss. med. Graecit. in ἐξαγορεύειν, in λογισμὸς et in πνευματικός. DUCANG.*

Pag. 107, 22. Προσελθὼν πίπτει πρηνῆς etc.] A. C. MCCLXVII. Kal. Ianuar. BOIVIN.

Pag. 108, 3. Συγχωρήσεως ἔγγραφον] *Idem interpres: Condonationis syngrapham. Rursum emendavimus, absolutiois. Vide idem Gloss. in συγχωροχάρτιον. Ritum hunc absolutiois pluribus describit Pachymer. lib. III. cap. XXV. DUCANG.*

Pag. 108, 12. Ἦν μὲν οὖν ἡ πᾶσα ἔκλειψις] *De hac Eclipsi, quae accidisse dicitur anno mundi iuxta Graecos VI. MDCCLXXV. Christi MCCLXVII. copiose egit Grandamicus parte III. Chronolog. sacrae cap. VIII. §. I. II. III. IV. et ex eo Possinus ad Pachymer. pag. 519. DUCANG.*

Pag. 109, 10. Εἶτα αὐτὸς μὲν] *Conferendus Pachymeres lib. IV. cap. XXIX. DUCANG.*

Pag. 109, 10. Πρῶτον μὲν] *Haec prima sacramenti a filio exacti pars spectat fidei professionem, quam recens dicti imperatores scripto dabant patriarchae, quam ideo ἔγγραφον appellabant, ut in Gloss. med. Graecit. in hac voce observamus. DUCANG.*

Pag. 109, 12. Δεύτερον δὲ] *Partem vero sacramenti istius hauserant Augusti recentiores Constantinopolitani a Francis nostris, seu Latinis, apud quos Vassalli seu Clientes in hominiis fidei Domino de vita et membris et terreno honore se servaturos iurabant. Hic tamen non tam est hominimum, quam securitas: neque enim reges cuiquam de regno hominimum praestant. Unde in pacto inter Henricum II. regem Angliae et Henricum filium, quem antea pater regem dixerat, anno MCLXXIV. cum is hominimum (quod filii alii fecerant) facere voluisset, noluit Dominus rex ab eo recipere, quia rex erat, sed securitatem accepit ab eo, ut est apud Rogerum Hovedenum et Bromptonum. DUCANG.*

Pag. 109, 22. Οὐ μέντοι μῆνα καὶ Ἰνδικτον] *Haec pluribus explicavimus in notis ad Alexiadem Annaeam pag. 254. et in Gloss. med. Graecit. in v. Μηνολογεῖν. DUCANG.*

Pag. 109, 22. Βασιλεὺς Ῥωμαίων] *Non vero αὐτοκράτωρ,*

cum id nominis sibi solis reservarent patres imperatores, ut docemus in eodem Gloss. in v. *αὐτοκράτωρ*, tametsi aliter observavit Ioannes Cantacuzenus, cum Matthaeo filio *Matthaeo imperatore* dicto, is se *βασιλέα* et *αὐτοκράτορα* inscripsit, ut docet eius subscriptio apud Gretserum ad Cantacuz. Hist. pag. 933. DUCANG.

Pag. 110, 1. *Καὶ παιδᾶς καταλιπὼν*] Vide supra lib. II. cap. VIII. sect. 1. BOIVIN.

Pag. 110, 2. *Ἐνα μὲν νόθον, Ἰωάννην ὄνομα*] Pachymer. lib. IV. cap. XXXI. DUCANG.

Pag. 110, 3. *Ὁ ἐπ' ἀδελφιδῆ γαμβρὸς κ. τ. λ.*] Vide supra huius libri cap. 3. sect. ult. BOIVIN.

Pag. 112, 13. *Ταῖς ἱεραῖς εἰκόσι*] Quippe apud Graecos picturae ac imagines in ligno, rarius in linteis delineabantur. Vide Glossar. med. Graecit. in *Κηρογραφία*. DUCANG.

Pag. 114, 6. *Τῶν Ἀθηναίων Δουκὶ*] Pachymer. *ἐκεῖσε μὲν τὸν μέγαν Κύριον ὁμοιοῦντά οἱ, Συριοῦντος γὰρ κατὰ γλωτταν ἔλεγετο*. Ioannes scilicet *de la Roche*, Dux Athenarum et Thebanorum Dominus, de quo supra ad pag. 57. A. DUCANG.

Pag. 114, 7. *Καὶ κῆδη λαμπρά*] Pachymer. *εἰς πίστιν δὲ τῶν σπονδῶν ἑαυτοῖς καὶ κῆδος γενέσθαι, ὡς λαβεῖν ἐκείνον γαμβρὸν ἐπὶ θυγατρὶ*. DUCANG.

Pag. 114, 21. *Μετὰ πεντακοσίων*] Trecentos duntaxat equites fuisse scribit Pachymer. d. cap. XXXI. DUCANG.

Pag. 115, 2. *Καὶ Ἀγαῖας ἤκειν προῖκηπα*] Guilelmum Villharduinum, de quo supra. DUCANG.

Pag. 116, 5. *Νόμος γὰρ ἔστιν οὗτος*] Nescio an istius moris alius scriptor meminerit. DUCANG.

Pag. 117, 1. *Ἀλλὰ γὰρ*] Rem attigit Pachymer. lib. IV. cap. XXXII. ut et Phranzes lib. I. cap. VI. DUCANG.

Pag. 119, 19. *Ἐκ τοῦ ἠπειρωτικοῦ ἐκείνου πολέμου διασωθέντων*] *Qui cladem terrestrem evaserant*. Ita vertendum, non ut Wolfius, *qui cladem Epiroticam evas*. BOIVIN.

Pag. 120, 19. *Ὁ δὲ τοῦ βασιλέως αὐτάδελφος*] Pachymer. lib. IV. cap. XXXII. lib. V. cap. I. DUCANG.

Pag. 123, 1. *Ἄλλ' ἐπανιτέον*] Pachymer. lib. V. cap. VIII. X. DUCANG.

Pag. 123, 5. *Τῷ ἑαυτοῦ παιδί*] Philippo. DUCANG.

Pag. 123, 6. *Θυγατέρα*] Beatricem. DUCANG.

Pag. 123, 12. *Δεινὸς γὰρ ἦν ὁ ἀνὴρ*] *Infra cap. VI. ait fuisse ἄνδρα μεγαλοργόν, καὶ βελτίστη δυνάμει συνέσεως χρώμενον ἕξ τε τὰς ἐπινοίας καὶ τὰ βουλευμάτα ὧν ἔμελλε δοῦν, ἕξ τε αὐτὰ δὴ τὰ δρώμενα*. Pachymer. lib. I. cap. XXXII. *ἄνδρα σοβαρὸν καὶ ὑπὲρ τὰ μέτρα φρονοῦντα*. Idem lib. III. cap. VIII. *εὐρὼν δραστήριον ἄνδρα, ἀδελφὸν Ῥηγὸς τῶν Φραντζίσκιων, καὶ εἰς Κόντους τεταγμένον τὸν Κάρουλον*. DUCANG.

Pag. 125, 3. *Διαπρεσβεύεται ἤδη καὶ πρὸς τὸν Πάππαν*] *Imo*

Pachymeres lib. V. cap. XI. ait Michaëlem ad hanc ineundam ecclesiarum concordiam sollicitatum a Gregorio X. Papa, missis quibusdam ex ordine S. Francisci Fratribus. Verum ex iis, quae fusius attigimus in Hist. Franco-Byzantina lib. V. n. LII. lib. VI. n. III. constat, Michaëlem, quo Caroli minas et bellicum in se apparatus retunderet, summum Pontificem spe utriusque ecclesiae tandem uniuendae ab eius partibus avertere conatum esse. Id porro gestum sub anno MCCLXXIV. DUCANG.

Pag. 125, 7. Δέχεται τὴν πρεσβείαν ἀσμένως ὁ Πάππας] Adscriptissimus ad marginem annum Christi MCCLXXIII. Est autem haec Possini chronologia, observationum Pachymerian. lib. III. cap. VI. n. V. Mauritius David, in animadversionibus chronologicis ad Pachymeris Michaëlem, n. V. Possinum reprehendit, et multis probat eam legationem referendam esse ad annum Christi MCCLXXIV. Verum abutitur testimonio Pachymeris, cum ait, *Sed nullus de anno ambigendi restat locus, postquam Pachymeres de hac ipsa legatione disserens cap. 17. libri 4. annum Mundi arguit 6782. Indict. 2. currente, qui annus respondet anno Christi 1274.* Nam Pachymeres his verbis non indicat tempus missae legationis, sed secessionis Iosephi patriarchae; quem post missos ad Papam legatos secessisse innuit. Quodsi legati primum missi sunt, deinde Iosephus secessit, oportet legatos profectos esse vel anno MCCLXXIII. exeunte, vel MCCLXXIV. ineunte, cum ibidem dicat Pachymeres Iosephum secessisse die XI. mensis Ianuarii (anni scilicet Chr. MCCLXXIV.). BOIVIN.

Pag. 125, 11. Ἐφ' ὄρω τοῖων κεφαλαίων] Hic interpretis versionem paulo immutavimus. Is enim ediderat: *primum ut in sacrorum voluminum hymnodiis Papae cum quatuor patriarchis mentio fieret. Alterum ut liceret cuivis Romam veterem, quae curia maior et perfectior esset, appellare. Tertium ut illi principatus in omnibus deferretur.* Vide Pachymer. lib. V. cap. XI. et Phranzem lib. I. cap. VI. DUCANG.

Pag. 125, 23. Τοῦ Ἀρχιστρατηγοῦ μονῆ] Quod quidem monasterium in Anaplo statuit Pachymeres lib. V. cap. V. et IX. DUCANG.

Pag. 126, 11. Ἐν στενωῷ μέντοι] Ibidem Pachymer. cap. XII. XVIII. XIX. XX. DUCANG.

Pag. 127, 16. Δημεύσεις, ἐξορίαι] Pachymer. eodem libro cap. XIX. XX. lib. VI. cap. XVI. XXIV. Vide praeterea Allatium de concordia utriusque ecclesiae cap. XV. n. VII. DUCANG.

Pag. 128, 7. Οἱ μὲν Ἀρσενίου] Pachym. lib. V. cap. II. DUCANG.

Pag. 128, 14. Ἐν τούτοις μέντοι τοῖς καιροῖς] Vide Leon. Allat. Exercit. in Creight. p. 608. BOIVIN.

Pag. 128, 15. Ὄνομα Βέκος] Pachymer. lib. V. cap. XIII. XIV. XV. XXII. XXIV. XXVIII. Vecci patriarchae Constantino-

politani historiam fuse persequitur, cui Βέκκος, ut et Phranzi et aliis dicitur. DUCANG. Aliis Βέκκος; quibusdam etiam Βέκων.

Καὶ Λατινόφρων Ἰωάννης ὁ Βέκων.

Cod. Reg. 3058. Vide et clausulam Cod. Reg. 2006. Latine Becus Beccus, Vecus, et Veccus promiscue dicitur. BOIVIN.

Pag. 129, 15. Νικηφόρος ὁ Βλεμμύδης] De prolatis a Vecco S. Scripturae de S. Spiritus processione locis, qui Latinorum dogmata firmarent, scribit quidem Pachymeres: sed de collectionis auctore hic silet, Blemmyde scilicet, valido apud Graecos Latinae ecclesiae sententiae adversus Graecos propugnatore. Nam cum Ioanne Duca rerum potente inter Graecos de processione Spiritus sancti controversia discuteretur, ipse multis ex sacra Scriptura et sanctis Patribus collectis testimoniis Latinorum sententiam confirmavit, posteaque ad imperatorem Theodorum Lascarim et ad Jacobum Bulgariae electum archiepiscopum transmisit, ut ex ipso Ioanne Vecco docet Allatius lib. II. de utriusque ecclesiae consensu cap. XIV. n. IV. quorum quidem librorum meminit Pachymeres lib. VI. cap. XXIII., qui habentur editi post tom. I. Annales Eccl. Odorici Raynaldi cum versione Latina eiusdem Allatii. DUCANG.

Pag. 129, 16. Ὡς σχολῇ δεδωκώς ἑαυτὸν] Quasi sibi ipse scribens, nec libro publicando incumbens. Μοχ, λάθρα μὲν διὰ τὴν τῶν πολλῶν ὑπόληψιν, quae verba, inquit Allatius, perperam vertit interpres, *infamiae metu*, cum vertere debuisset, *propter multorum invidiam*, seu potius *propter vitandam suspicionem*, quod Latinorum scilicet partibus addictior videretur. Neque tamen id clam scripsisse dicendus est, quod imperatoris iussu egerat. DUCANG.

Pag. 129, 18. Διὰ τὴν τῶν πολλῶν ὑπόληψιν] Verterat Wolfius, *infamiae metu*. Leo Allatius vertendum putabat, *propter multorum invidiam*, seu potius *propter vitandam suspicionem*. Ego vero malui, *propter opinionem in qua plerique erant*. BOIVIN.

Pag. 130, 6. Τὸν πατριαρχικὸν ἀναβεβηκώς θρόνον] Cum Iosephus sede sua pulsus in Peribleptae monasterium sese contulisset XI. Ianuarii secundae Indictionis, anno Mundi iuxta Graecos VI. MDCCLXXXII. (Christi MCCLXXIV.) ut est apud Pachymer. lib. V. cap. XVII. XXII. hincque in Anaplum (forte in Archangeli monasterium, de quo supra) amandatus, Veccus patriarcha renunciatus est XXVI. Maii, et II. Iunii die Pentecostes inauguratus. Idem Pachymer. cap. XXIV. XXVIII. DUCANG. Secessit Iosephus, ut supra dictum est, A. C. MCCLXXIV. Ianuarii die XI. Veccus non statim ei subrogatus. Possinus ex Pachymeris verbis lib. IV. cap. XVII. et lib. V. cap. XXIV. a prima secessione Iosephi ad initium a Vecco patriarchatum menses solidos sexdecim intercessisse colligit; atque ita Vecci creationem confert in annum Christi MCCLXXV. Possini calculus firmatur auctoritate Chronicorum manuscriptorum, in quibus Veccus annis octo sedem tenuisse dicitur. Vide Cod.

Reg. 3058⁴. 3502. etc. In Codice 2525². fol. 282. V. septem anni tantum ei patriarchae tribuuntur. BOIVIN.

Pag. 130, 9. Τόν τε Μελιτηνιώτην] Quem cum Vecco legato antea miserat ad S. Ludovicum Franciae regem, quo Carolum fratrem a consiliis averteret; ut auctor est Pachymeres lib. V. cap. IX. quem quidem Ludovicum, ut hoc obiter adnotem, πρώτον ὄντα καὶ ῥῆγα τετιμημένον ἀρχῆθεν, καὶ ἐπὶ μεγαλειότητι ἐξουσίας τιμώμενον, πρὸς δὲ καὶ τοὺς τρόπους εὐθύν, vocat. DUCANG.

Pag. 130, 11. Γεώργιον ἐκ Κύπρου] Dignitate Πρωτοαποστολάριον, ut est apud Pachymerem lib. V. cap. XII. XXII. ac deinde patriarcham Constantinopolitanum effectum. Ita alter ex archidiaconis Palatini cleri Evangelium, alter Apostolum legit. DUCANG.

Pag. 130, 11. Συνελειτουρηγήκει μὲν οὖν τῶν πάντων οὐδεὶς τοῖς τοῦ Πάππα] Fateor me non satis assequi quid sibi velit. Φρεῖροι fortassis sunt *Fratres*, hoc est monachi, qui Latinam Missam permissu imperatoris celebrarunt. Sed haec ex iis, quae e Pachymerio de Metochite annotata sunt, intelligentur. WOLFIUS. Verterat Wolfius, *Nullus tamen eorum omnium ad Papae rationem liturgiam celebravit*. Vertendum ita ut edidimus. BOIVIN.

Pag. 130, 13. Τῶν Φρερίων τινές] Expressit vocem Gallicam *Frères*, quomodo tum indigitabantur ex ordine S. Francisci et S. Dominici monachi. Hi porro Constantinopolin advenerant a Gregorio missi, in quibus erat Ioannes Parastron. DUCANG.

Pag. 130, 14. Διὰ χειροτονίαν τινός] Interpres, *suffragio cuiusdam e familiaribus*: emendavimus, *propter ordinationem cuiusdam e suis*. DUCANG.

Pag. 130, 16. Ἦν ἀδελφῆ] Pachymer. lib. V. cap. III. Vide stemma Palaeologorum in Famil. Byzant. DUCANG.

Pag. 130, 19. Τῷ τῆς Ζαγοράς ἄρχοντι] Bulgariae regi. Cur porro Zagorae reges dicerentur Bulgariae principes, diximus in eorundem regum serie, n. XVII. Vide praeterea Leunclavium in Pandecte Turc. n. XXXIII. et in Onomastico. DUCANG.

Pag. 130, 22. Ἐν τούτοις] Pachymer. lib. VI. cap. III. DUCANG.

Pag. 131, 1. Ὀνομα Λαχανᾶς] Cur id ei nominis inditum, indicat ibid. Pachymeres. Vide stemma Bulgaricum. DUCANG.

Pag. 132, 6. Ὅθεν ἐπειδήπερ] Pachymer. lib. V. cap. V. lib. VI. cap. IV. V. DUCANG.

Ibidem. ὁ λόγος φθάσας] Libr. III. cap. II. sect. 4. BOIVIN.

Pag. 132, 6. Τὸν τοῦ Ἀσάν ἀπόγονον] Mytzes Asanis sororem duxerat uxorem, ut dictum supra, lib. III. cap. II. sect. 4. Cur itaque eum Gregoras ἀπόγονον vocat? BOIVIN.

Pag. 132, 18. Ἀπονητὶ δ' ὁ Ἀσάν] Pachym. lib. V. cap. III. lib. VI. cap. I. II. VII. VIII. IX. DUCANG.

Pag. 133, 21. Ἰδοὺ γὰρ καὶ οἱ ἐκ Γεννούας] Pachymer. lib. V. cap. XXX. DUCANG.

Pag. 134, 21. Τοῦ Ἰερού] Nomen arcis est ruinosae in Asiatico littore, trans Bosphorum, non procul ab ostio Ponti Euxini, inquit Leunclavius in Onomastico priore Turcico: de quo quidem Hiero multis egimus in notis ad Alexiadem pag. 361. DUCANG. Vide lib. XVIII. cap. II. sect. 1. BOIVIN.

Pag. 137, 4. Τῶ Σουλτάν Ἀζατίνῃ] Vide seriem Sultanorum Iconiensium post Familias Dalmaticas. DUCANG.

Pag. 137, 13. Εἰς δὲ τις Ἀμούροιος ὄνομα] Quem a Meleco Sultano Iconiensi una cum filiis insigni perfidia postea interfectum fuisse narrat Pachymeres lib. X. cap. XXV. ex quibus unus Hali nomine, divina quadam providentia servatus, collecta Persarum manu, Melecum praelio adortus hunc interfecit, indeque aucta Hali, qui tum Amurii nomen suo adiecit, potentia, Romanas regiones incursionibus infestavit. Ut porro is perierit, exponit Gregoras in altera Historia. Iste autem Amur, Ἀμούρπειος, unico vocabulo, dicitur Cantacuzeno lib. II. cap. XXVIII. Id est *Dominus Amur*. Est enim *Beg* Turcis *Dominus*, ut est apud Leunclavium in secundo Onomastico Turcico, et lib. IV. Hist. Musulman. pag. 196. ubi observat *Beg* nomen dari solere omnibus officium vel munus aliquod a rege vel Sultano consecutis. Graeci vero Πέγ et Πέγεις dicunt, vel Μπέγεις, ut in Gloss. med. Graecit. observamus. Unde discimus quis is sit quem Froissartus III. Vol. cap. XXII. et XXIII. *Amorabakin* vocat, quae vox effecta ex *Amur Begis* vel *Begin*. Sed an *Amur* iste, cuius meminit Gregoras, et Cantacuzenus loco laudato, sit ille a quo interfectus est Melecus, dubium ingerit idem Cantacuzenus, qui lib. II. cap. XXIX. et lib. III. cap. VII. eundem Amurium Aitinis Ioniae (seu Cariae, uti habet lib. II. cap. XIII.) Satrapae filium fuisse ait, eundemque Satraparum Asiae opulentissimum. Aitinem praeterea duos alios filios habuisse, quorum alter *Chetir*, alter *Souleimasas* vocabatur. Amurii porro crebra deinde mentio apud Cantacuzenum. DUCANG.

Pag. 137, 17. Ἡρὸς δὲ ἐπιστάντος] Circa an. MCCLXXV. DUCANG.

Pag. 138, 3. Εἰς πλεῖστα τεμόντες] Hinc igitur extincto Turcorum Iconiensium principatu, cum eidem tuendo contra Tartaros impares essent, singuli ex primoribus Turcis, prout libitum fuit, oppida et provincias pervaserunt, cum Graecis aequae ac Tartaris bellum gerentes, tandemque iisdem Tartaris recedentibus, pulsoque vel certe non admissio Sultano, Turcicum principatum provinciis invicem dispertitis, deinde quod Romani seu Graecorum in Asia supererat imperii invaserunt, indeque in Europam evolarunt, ab ipsismet Graecis imperatoribus evocati, dum opem ac auxilium quaerunt, quo se adversus suae gentis principes, atque adeo

etiam Latinos, tueantur, unde universi postmodum imperii clades exorta est, ut Gregoras post haec pluribus narrat. DUCANG.

Pag. 138, 22. Στρατοπέδων πολλῶν] Phranzes lib. I. cap. VI. DUCANG.

Pag. 142, 11. Συνέβη δ' ἐπὶ τούτοις] Pachymer. lib. VI. cap. XXX. XXXI. XXXII. DUCANG. Adscriptus hic in margine annus Christi MCCLXXX. atque hoc urbis Trallium instauratae tempus assignavit nobis Possinus in tabulis chronologicis. Quodsi Andronicus annos vixit LXXIV. ut hoc capite infra et libri decimi capite primo Gregoras docet, referenda erit eius urbis instauratio ad annum Christi MCCLXXIX. Nam si Andronicus annos vixit LXXIV. oportet eum natum esse A. C. MCCLVIII. quippe quem constat obiisse A. C. MCCCXXXII. Si natus est A. C. MCCLVIII. annum aetatis vigesimum primum excessit A. C. MCCLXXIX. Porro hoc capite Tralles instaurasse dicitur cum esset maior an. XXI. BOIVIN.

Pag. 142, 13. Ἀνοικοδομησαὶ πάλαι πεπτωκυῖαν] De Tralibus instauratis ita Gregorius Cyprius in encomio Andronici: ἦσαν μὲν οὖν αἱ Τράλλεις πόλις ἐν καλῷ τῆς Ἀσίας κειμένη, μεγέθους τε μείζονος ἢ κατὰ τὰς πόλεις ἀπολαύουσα, καὶ περιφανῆς ἐν ταύταις ὑπάρχουσα. ἦσαν δὲ παλαίποτε, πρὶν δηλονότι τὸν πάντα μεταβάλλοντα χρόνον καὶ αὐτὰς φθεῖραι μεταβαλόντα, καὶ τοῦ ἀριθμοῦ ἐξῶσαι τῶν πόλεων, τείχη τε καθελόντα, οἰκίας τε ἀνατρέψαντα, καὶ τῶν ἐρείπιων μόνων γνωρίζεσθαι καταλείψαντα. ἀλλὰ μέχρι σοῦ βασιλεῦ ταῖς Τράλλεσιν ἢ φθορά, καὶ τῷ χρόνῳ ἢ καύχησις· νυνὶ δὲ διὰ σοῦ πάλιν ἐν πόλεσιν ἐκείναι etc. Vide Cod. Reg. 1853. fol. 179. V. item Codd. 3355. et 3118. BOIVIN.

Pag. 143, 2. Τῆς δὲ πόλεως Τράλλεως] Ordo versuum sic restituendus:

Τῆς δὲ πόλεως Τράλλεως τὸ κάλλος χρόνοις ἐσεῖται
Σβεννύμενον· τὸ δὲ πολλοστὸν ταύτης καταλειφθὲν
Ἐν ὑστάτοις ἐκφοβηθήσεται ἔθνει ἀνάρχῳ·
Ἀλωθήσεται δ' οὐδαμῶς. ἀνακαινισθὲν δὲ
Ἐσεῖται παρὰ δυνατοῦ Νικωνύμου, ὃς
Ὀκταπλῆν ἀγλαῶς ἐννάδα βιώσει δίσκων,
Καὶ τρεῖς ἑπτὰ κύκλων *) πόλιν Ἀττάλου λαμπρυνεῖ.
Ἔτι καὶ πόλεις ἐσπέρια ὑποκύνουσι**),
Καὶ ἀγέρωχοι ὑποκλιθήσονται παιδικῶς.

Sunt versus Hexametri, omnes exceptis tribus primis spondaici, iidemque inconditi et immodulati, in quibus vocales α, ι, υ, longae sunt vel breves, prout poëtae libuit. Quin et syllabas natura breves, accentu acuto vel gravi notatas, producit in τὸ, in χρόνοις, in πόλεις. Item diphthongum οι corripit in χρόνοις, et vocalem η in ἐκφοβηθήσεται, id quod factum videtur vitio iotacismi, quo η

*) Al. κυκλῶν. BOIVIN.

**) Fort. ὑποκύνψ. licentia apud eius temporis poëtas usitata. BOIVIN.

et *οι* sic pronuntiantur ut *iota*. Praeterea in uno versu *συννίζσεις* adhibuit duas, *πόλεως Τράλλεως*. Quae omnia arguunt oraculum istud non fuisse Delphicum, aut Sibyllinum, sed omnino recens. In codice Barberiniano, quo usus est Possinus, idem oraculum exstat paulo auctius *), eique praefixa haec inscriptio, *οὗτος ὁ χρησμός Πανσανίου προέδρου*, *Hoc est Oraculum Pausaniae Praesidis*. Ego vero facile crediderim fabricatum illud fuisse ab aliquo Andronici amico, sive is Theodorus Metochita fuerit, sive alius. Maxima certe illis temporibus erat Graecarum Musarum *ἀμουσία*. Vide carmina Theodori Metochitae, et cum istis confer. Solus, quem sciam, ea aetate Maximus Planudes tolerabiles aliquos versus fecit. Sed de recentiorum Graecorum poësi etiam infra ad p. 190. C. dicturi sumus, ubi de Theodori Metochitae poëmatis. BOIVIN.

Pag. 143, 22. *Τὰ δὲ μετὰ μοναχικοῦ σχήματος ἕτερα ἥως*] Asteriscum post *ἕτερα* apposuerat interpres, nec quod statim sequitur vertit: et certe post *ἕτερα* legendum *δύο*, tot enim annos in habitu monachico exegit Andronicus, ut scribit idem Gregoras lib. IX. cap. ult. seu ut est in nota marginali ad cap. XXVIII. lib. II. Cantacuzeni, *ἐν μοναχῶν σχήματι διαγαγὼν ἐνιαυτούς δύο παρ' ὀλίγον*. Tunc addit: *ἥως τρεῖς ἑπτὰ κύκλοι σεληνιακοί, ὃ καὶ βέλτιον, δύο ἕγγιστα*, id est, *vel* (ex quo monachum induit, intersunt) *ter septem circuli lunares* (seu menses XXI. seu potius anni prope II.). DUCANG.

Pag. 144, 2. *Πρῶτον καὶ εἰκοστὸν ἡμειβεν ἔτος*] Vertit Wolfius, *annum aetatis ageret primum et vigesimum*. Vertendum fuit, *annum aet. excederet*, etc. praesertim si legatur *παρήμειβεν*, ut legitur in Codice Regio. BOIVIN.

Ibid. in nota. *Ἦως τρεῖς ἑπτὰ κύκλοι σεληνιακοί*] Graeci recentiores dicunt *ἥως* pro *ἦ*, vel *ἦτοι*. Vide Glossar. med. Graecit. BOIVIN.

Pag. 144, 4. *Ἄτταλός τις εὐγενής*] Tralles, urbem ad Maandrum, Pelasgorum coloniam fuisse scribit Agathias lib. V. duce forte Attalo isto Troiano. DUCANG.

Pag. 145, 21. *Ὡδινε μὲν γὰρ ὁ Κάρουλος*] Pachymer. lib. VI. cap. XXXII. DUCANG.

Pag. 146, 6. *Ῥωσονσύλην*] Qui Pachym. lib. VI. cap. XXXI. *Ῥῶς Σολυμᾶς* appellatur, quem hic pariter depingit. Vide Hist. Franco-Byzant. lib. VI. n. XI. DUCANG. Ducangius Hist. Franco-Byzant. lib. VI. n. XI. eum vocat *Solyman de Rossi*. Ego autem non dubito, quin is fuerit *Rufus de Soliaco*, ille ipse scilicet, qui memoratur in instrumento seu Diplomate Regio, quod ex Thesaurο Chartarum excerptum cum aliis actis et instrumentis publicis Ducangius edidit. Vide Chartas Historiae Franco-Byzantinae subiunctas, pag. 34. Nomen, ut videtur, Gallicum fuit *Rousseau de Soli*,

*) Vide observationes Possini Pachymerian. tom. I. pag. 479. BOIVIN.

 ταύτας εἰς στενὸν καταντᾶν, τὴν δ' ἐπ' αὐταῖς ζώνην κυκλοῦσθαι,
 καὶ διδόναι τῷ στυλῷ τὴν βάσιν ἀρμόζουσαν. ἐντεῦθεν ὁ στυλὸς
 ἐπωκοδόμηται· πάλαι μὲν, ὡς ἀκούομεν, κεκαλυμμένος ποικίλῳ τε-
 μεσίῳ (ταμασίῳ) χαλκῷ· εἰ δὲ πιστευτέον τῷ λέγοντι, οὐ πολλῶ καὶ
 ἀργύρου δέοντι· νῦν δὲ γυμνὸς τὸ παράπαν φαινόμενος· ὡς ἀριθμεί-
 σθαι καὶ τοὺς λίθους αὐτῷ ὅποσοι, καὶ ὅτι πυρομάχαι εἰδέναί, καὶ
 ὅπως ἀρμόζονται· ἔχων καὶ ζώνας τῆς αὐτῆς λευκῆς λίθου, κατὰ τὸν
 κάλαμον· πλήν ὅσον τὸ ἴσον πρὸς ἀλλήλας τοῦ διαστήματος ἔχουσαι,
 μέχρι καὶ δεκάδος προΐασιν. ἐντεῦθεν ἄλλαι ζῶναι μαρμάρου λευκῆς,
 ἀλλὰ συνεχεῖς αὐταί, δευτέρα ἐπὶ πρώτῃ, καὶ τρίτη ἐπὶ δευτέρῃ, καὶ

ἐφεξῆς, ἄχρῳ ἐννέα διήκουσαι· πλὴν οὐκ ἐξ ἴσου τὴν ἐποικοδομὴν ἔχουσαι πάσαι, ἀλλ' ἐπὶ τὸ πλατύτερον ἀνοιγόμεναι, βάσιν οἷον εὐρείαν τῷ ἐπικειμένῳ παρέχουσαι· τὸ δ' ἐστὶν ἐπὶ ταῖς ἐννέα ζώ-
ναις τὸ δέκατον, ὡς ἂν καὶ τοῦτο μέρος μὴ στεροῖτο τῆς τοῦ ἀριθμοῦ τελειότητος. τὸ δὲ σχῆμα τῆς λίθου τετράγωνον, ἀλλὰ κατὰ τὰ μέσα συνιζάνον, ὡς οἷον τὰς γραμμὰς κλάσθαι, καὶ λί-
θοις σημειοῦσθαι τὰς κλάσεις, καὶ παρὰ τούτους καὶ μόνους χαλ-
κῷ τὸ πᾶν τοῦ λίθου καλύπτεσθαι γύρωθεν. ἐντεῦθεν αὐτῆς συ-
στέλλων ὁ τεχνίτης τὸ οἰκοδόμημα, τίθησι λίθον παχὺν, καὶ ἐπ'
αὐτῷ ἕτερον, πρὸς αὐτὸν μὲν ἐλαττούμενον, ἱκανὴν δὲ βάσιν τῷ ἵππῳ δίδόντα. οὐ μόνον γὰρ ἔδει πλάτους τῷ στύλῳ, ἀσφαλείας
ἡ χάριν τῶν ἐπικειμένων, ἀλλ' ἐτέρωθεν καὶ στενότητος, ὡς ἂν παν-
ταχόθεν ἀροῖδηλον ἢ τὸ ἐπικείμενον τέχνασμα. τὸ δὲ, ἵππος ἐστὶ
χαλκοῦς, θαυμαστῶς τοῦ σχήματος ἔχων, καὶ ἥμιστα παροραῖσθαι
τοῖς παριοῦσιν ἄξιός, εἰ καὶ πολλάκις τις τῆς ἡμέρας ἐκεῖσε διέρ-
χοιτο. εἰποὶς ἂν αὐτὸν βλέπων, πρὸς ἄνεμον τρέχειν ὁρμῶντα, καὶ
τῆς πρὸς ἀνατολὴν ἄπτεσθαι· οὕτως ἄρα τὸ τῆς κεφαλῆς ἐσχημά-
τισται, ὡς ἀνασεσοβημένην εἶναι, καὶ πρὸς βορρῶν μικρὸν παρεγ-
κλίνουσιν· οὕτως αἱ χαῖται καὶ ὅσαι τρίχες τῇ κεφαλῇ ἐμπεφυκα-
σι, φυγοῦσαι τὸ εὐθετον, διεγείρονται, καὶ πρὸς ἄνεμον παίζου-
σιν. εἰ δὲ που σὺν ταύτῃ καὶ τὸ ἀριστερὸν τῶν ἐμπροσθίων ἴδοις
ποδῶν, πῶς κατὰ γόνυ κυρτοῦται, καὶ τῶν ἄλλων ἐρηρυσμένων
εἰς γῆν αὐτὸς μόνος ἠώρηται, εἰποὶς ἂν κινεῖσθαι δὴ καὶ τὰ ἄψυ-
χα. εἰ δὲ καὶ χαλινὸν ἔφερεν ἐπὶ στόματος, ὡς ἔχειν εἰκάζειν τὸ
πάλαι τὸν ὀρθῶς σκοπούμενον, θάτερον ὑπονοοῖτο δυοῖν, ἢ τῷ
ῥυτῆρι ἀγχόμενον, κροαίνειν ἐκ βίας τῷ ἐμπροσθίῳ, ἢ μὴν ἀνιέ-
μενον, οὕτως ἐπιταχύνειν τὰ τῆς πορείας, ὡς μὴ φθάνειν τοῦτον
τῆς γῆς ἄπτεσθαι, καὶ προφθάνειν τὸν ὀπισθεν. οὕτως ἄρα ἐκ
πνεύματός τινος ἐγκαρδίου ἐμφύτου πρὸς τὴν ὁρμὴν καὶ τὰ στέ-
ρα τῷ ζῳῷ εὐρύνονται, ὡς ἐπισημαίνειν καὶ τὰ οἰδήματα. οὕτως
ἀκμάζουσα ἢ οὐρὰ ὀπισθεν, οὐ κατὰ τρόπον (an τόπον?) κειμένη,
ἀλλ' οἷον ἀνεγυγερμένη τὸ πρῶτον, εἶτα καθιεμένη παρὰ πόδας ἐς
γῆν. ὅρα δὲ καὶ τὸν ἐπιβάτην εὐθύς, ἱππότου ὁρμῆως ἔχοντα σχή-
ματα, καὶ τοὺς πόδας παρὰ πλευρὰν ἑκατέραν διέχοντα. εἰ δὲ γε
καὶ ἐμβάδας φοροῖη, ἀλλ' εἰκάσαις ἂν αὐτὸν ἐπιγαννυμένῳ τῷ ἵππῳ
καὶ κυδρουμένῳ, ὅτι καὶ δίχα κέντρον καὶ μύωπος ἱκανῶς ἀνυστά οἱ
τὰ τοῦ δρόμου καὶ τῆς προθέσεως. καὶ οὕτως ἀτημελήτως οἱ πόδες
ἔχουσιν, ὥστε δοκεῖν αὐτοὺς ὑφ' αὐτῶν κρατεῖσθαι, τοῦ καρδιακοῦ
ἐξημμένους κινήματος, μηδὲν συνεχομένους ἐξ ἐφαστροῖδος κατὰ τὸ
σύνθηδες. ἐπικάθηται γὰρ τῷ ἵππῳ θαρρῶν, ἱππότης νεανικός,
ὄλος μετάρσιος, καὶ ἔοικῶς μακρὰν βλέποντι· ἀνήρ οὐ τριχῶσει
φίλος τὰ πρὸς ὑπήνην· τὰς δ' ἀπὸ κεφαλῆς τρίχας ἀπεθρισμένους
μὲν τὰ ἐς μέτωπον· τὰ δ' ὀπισθεν, οὐδὲ μέχρι ἀγχένος, ὅσον καὶ
αὐτὸν ὁρᾶσθαι κουρᾷ χαίροντα. οἷον δὲ καὶ τὸ ἐπὶ κεφαλῆς κρά-
νος, ὡς μηδὲν ἐπικαλύπτειν, καὶ τὸν φοροῦντα κοσμεῖν. οὐδὲ γὰρ
κατὰ πλάτος ἐπίκειται· οὐδέ γε κατὰ κύκλον ἀποτετόρνενται· ἀλλ'

ὅσον μὲν ἐγγίξει τῇ κεφαλῇ, στέφανος εἶναι δοκεῖ, κροτάφους περιγράφων ἐξ ἴσου καὶ μέτωπον· τὸ δ' ἐντεῦθεν καὶ ἄνω, ἡρέμα κατὰ μῆκος ἐκτέταται, καὶ ἐς πολὺ φθάνον, πτερά τῇ κεφαλῇ χρυσαυγῇ γίνεται. καὶ τὸ χρῆμα καὶ ἐς ἐμὲ ἦν ἀκέραιον· ἀνέμου δὲ ποτε πνεύσαντος ἐξαισίου, ριπτοῦνται δύο πτερά· καὶ τότε μέγιστα πολλῶ τοῖς ὄρωσιν ἐφαίνετο, ἢ καθόσον ὄρωνται κοσμοῦντα τὴν κεφαλὴν· ἃ δὴ καὶ ἐς δεῦρο παρὰ τῷ τῆς ἐκκλησίας ταμιεῖα ἀποτεθησαύρισται. ἔσταλται δὲ καὶ τὸ σῶμα, ἐντὸς μὲν οὐ περιττῇ τιμῇ καὶ περισσευομένῃ στολῇ, ἀλλ' ὅταν εὐσταλῆς ἂν ἱππότης ἀμπίσχοιτο, ἄνωθεν μὲν, μόλις καὶ ἐς ἀγκῶνα, κάτωθεν δὲ, περιγόνατα φθάνουσαν. ἀνῆπται δὲ καὶ μανδύαν ἐκτός, στολὴν ὡς φασιν Ἀχιλλεῖον· ἢ καὶ τινα καλύπτουσα τῶν μερῶν, κάκειθεν ἐπὶ τὸν ἀριστερὸν ὤμον ἐπικειμένη, φθάνει καὶ μέχρι τῆς τοῦ ἱπποῦ ἰξύος, πολὺ τε μέρος περιλαμβάνει τῶν ὀπισθεν καὶ περιττῇ περικέχυται. αἱ μὲντοι χεῖρες τῷ ἀνδριάντι οὐκ ἀσχολοῦνται περὶ τὸν ἵππον, οὐδ' ὅσον καὶ ἰθύνειν ἱππηλάτου τρόπον δοκεῖν· ἀλλὰ τῆ μὲν δεξιᾷ ὑποῦ ἀνατείνει, καθόσον οἶόν τε, μετὰ τινος ἀρεῖκου καὶ γενναίου φρονήματος, καὶ ἐμβριθῶς ἀπειλουμένῳ ἔοικε τοῖς ἐχθροῖς· πλὴν οὐκ ἀπονοίας τινός καὶ θράσους ἀλόγου, ὡς αὐοιήθει τις. φθάνει γὰρ ἢ λαῖα τὴν δεινὴν ταύτην ἀναιροῦσα δόξαν, καὶ ὑπεραπολογουμένη τάνδρὸς ἐς ταμάλιστα. κατέχει γὰρ ἐπὶ ταύτης, μικρὸν ἀπεχούσης τοῦ σώματος, μῆλον χαλκοῦν ἐπιχρυσον· ἐφ' οὗ καὶ σταυρὸς ὁμοίως ἔχων τῆς ὕλης ἴσταται· καὶ ἔοικε δεικνύειν ὁ θατέρων ἐκτετακῶς, καὶ μετ' ἐμβριθοῦς ἀπειλούμενος σχήματος, ᾧ θαρόσῳ ἀπειλεῖται· ὅτι καὶ τὸ μῆλον εἰκονίζειν ἔχει τὸν κόσμον, ὃν καὶ χειρὶ περισχεῖν, πάσης γῆς ἀναψάμενος τὸ κράτος, δυνάμει τεθαρόσθηκε τοῦ σταυροῦ. Haec Pachymeres. Bondelmontius vero, *Extra igitur ecclesiam ad meridiem in platea columna septingentorum cubitorum alta videtur, cuius in capite Iustinianus acutus equester habetur, et pomum cum laeva aureum tenens, ad occidentem* *) *cum dextera minatur.* Ducangius annotat: *Describitur Iustiniana ista columna et statua a Procopio lib. I. De Aedif. Iustiniani; Nicephoro Gregora lib. VII. pag. 193. 194. Zonara pag. 52. Cedreno pag. 374. Suida in Iustiniano, Codino in Originibus Constantinopol. Manuele Chrysolora pag. 121. Gulielmo de Baldenzeel in Hodoepor. ad terram sanctam pag. 103. etc.* BOIVIN.

Pag. 276, 6. Καὶ τὴν τῶν Λατίνων πλεονεξίαν] Exstat in Codice Bodleiano [Roë XXII.] narratio Nicetae Choniatae de statu Constantinopolitanis, quas Latini capta Urbe concontractas in monetam conflarunt. Eam narrationem, cuius copiam mihi a Cl. V. Ioanne Ernesto Grabio factam esse dixi in praefatione, selectis tomi quarti opusculis praefigendam reservamus. BOIVIN.

Pag. 276, 9. Καὶ τὸ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς βασιλικὸν] Qualis fue-

*) Immo ad orientem. BOIVIN.

rit Iustiniani galea, declarat Tzetzes in varia historia. Vide Gyllium de Topogr. Constantinop. lib. II. cap. XVII. Vide et Augusteonis Ecphrasin Pachymerianam. BOIVIN.

Pag. 276, 20. Καὶ τὸ μὲν τοῦ κίονος μῆκος] Bondelmontius septingentorum cubitorum altam facit: id quod incredibile est. Legendum procul dubio, *septuaginta cubitorum*. Gregoras eam nos ex umbra metiri iubet; quasi vero id nos facere possimus hoc tempore, cum nec vestigium quidem eius columnae ullum superest. Quodsi etiamnum staret integra, nec sic quidem eam metiri hinc possemus, ut Wolfius recte in margine annotat. BOIVIN.

Pag. 277, 4. Τὸ δὲ μῆκος ἐκάστου δακτύλου] Quasi vero digitorum omnium eadem esset longitudo. BOIVIN.

Pag. 277, 12. Τὸ δὲ τῆς κνήμης τοῦ ποδὸς αὐτοῦ πάχος] Quid sit κνήμη τοῦ ποδὸς non satis liquet, nisi sit ea pars tibiae, quae ad pedem proxime accedit, et est maxime gracilis. Dicitur et de homine. Sic apud Nicetam in fragmento, quod vir doctiss. Io. Ernestus Grabius mecum humanissime communicavit, simulacrum Herculis, a Lysimacho efficti, dicitur fuisse οὕτω μέγιστον, ὥς τὴν περιελούσαν τὸν αὐτοῦ ἀντίχειρα μήρινθον εἰς ἀνδρείον ζωστήρα ἐκτείνεσθαι, καὶ τὴν κνήμην τοῦ ποδὸς εἰς ἀνδρόμηκας. BOIVIN.

Pag. 277, 15. Τῶν ἄνωθεν ἐκ Σηρικῆς κομιζομένων] Wolfius non expressit adverbium ἄνωθεν. Ego ad praeteritum tempus utuleram, atque ita verteram, *qui e Serum regione olim afferebantur*. Nunc loci adverbium esse existimo, et sic interpreto, *qui e Serum regione deveci huc descendunt*. Quae ab Oriente afferebantur, ea Byzantii ἄνωθεν afferri dicebant; quae ab Occidente, *κάτωθεν*. Sic idem Gregoras in inscriptione epistolae ad Pepagomeum, περὶ τῶν ἐλθουσῶν αὐτῷ τερατολογιῶν, τῶν μὲν ἄνωθεν ἐκ Τραπεζούντος, τῶν δὲ κάτωθεν ἐξ Ἰταλίας. Vide pag. 276. supra in marg. BOIVIN.

Ibidem. Non omittendum hoc loco id quod narrat Petrus Gyllius, Topograph. Constantinopol. lib. II. cap. XVII. *Barbari, inquit, omni aereo vestitu, et equo, et statua columnam Iustiniani coliarunt, aliquotque annos nuda remansit. Tandem ante triginta annos eversa est tota usque ad stylobatem, quem anno superiore *) funditus vidi exscindi. Idem paulo infra, Equestrem Iustiniani staturam, quam modo dixi supra hanc columnam fuisse collocatam, servatam diu in claustro regii Palatii, deportari nuper vidi in cuniculos, quibus metalla funduntur in machinas bellicas, inter quae erat Iustiniani crus proceritate meam staturam superans, et nasus dodrante longior. Crura equi ad terram proiecta metiri non potui. Pedis ungulam mensus sum occulte, et deprehendi dodrantalibus longitudinis. Gyllius ex sua ipsius statura aestimandum nobis relin-*

*) Haec scripta sunt circiter an. Chr. 1550. BOIVIN.

quit, quam procerum fuerit crus Iustiniani. At nos quae fuerit Gyllii statura hodie ignoramus. De colossi Iustiniani mensuris, quae apud Gregoram et Gyllium exstarent, quid sibi videretur interrogatus vir aetatis nostrae sculptorum facile princeps, Franciscus Girardo Tricassinus, respondit, si eae verae essent, nullam nec in homine nec in equo servatam esse symmetriam, seu membrorum proportionem. Rogavi ne gravaretur sententiam suam scripto declarare: cupere etiam dixi me, dari mihi ab eo mensuras equestri statuae in platea Ludovici Magni Parisiensi erectae; illius scilicet statuae colosseae, quam Girardo ipse unica aeris fusura duplicem (homine enim et equo simul iunctis solidum simulacrum constat) singulari arte et miro successu ante aliquot annos conflavisset. Ille non huius solum, sed et aliarum quatuor pulcherrimarum magnitudines mihi sua manu descriptas dedit. Verba artificis summi quominus mutarem religio mihi fuit. En ipsa ex autographo. *Les mesures de la statue equestre de l'empereur Justinien n'ont nul rapport les unes avec les autres, suivant les proportions du corps humain. Il en est de mesme de son cheval. La figure equestre du roy, posée dans la place de Louis le Grand, a de hauteur XX. pieds, depuis la teste jusques sous les pieds du cheval. La figure du roy a de proportion XVI. pieds, si elle estoit debout. La figure de Henry IV. sur le Pont Neuf a XIV. pieds trois poulces, depuis le dessus de la teste jusques sous les pieds du cheval. Elle est fondue separément du cheval. Cet ouvrage a été fait à Florence par Jean de Bologne. Le piedestal, et ses ornemens de bronze, ont été faits à Paris. Les esclaves sont de Franqueville de Cambrai, faits aussy à Paris. La figure de Louis XIII. dans la place Royale a XIV. pieds un poulce, depuis le dessus de la teste jusques sous les pieds du cheval. La figure du roy a dix pieds cinq poulces de proportion; et a été faite à Paris par Biard Parisien. Le cheval a été fait à Rome par Daniel de Volterre. Le Marc Aurele à Rome, figure antique, a XIII. pieds de hauteur, compris le cheval. Le piedestal est de Michel Ange. La figure equestre du roy (faite par M. Girardon), posée dans le Chasteau de Boufflers en Beauvoisis, a dix pieds de hauteur, depuis le dessus de la teste, jusques sous les pieds du cheval. La figure du roy auroit huit pieds, si elle estoit debout.* Haec Girardo, cuius colossus regium, cum Iustiniano conferendum, et his quas damus notis ornamento futurum, optavi aliquando aeri incisum habere: deinde consilium illud abieci, ea praesertim ratione, quod rerum dissimillarum vix ulla posset institui comparatio. BOIVIN.

Pag. 277, 17. Ἐς δὲ τοῦπιὸν ἔτος] Anno 1318. DUCANG.

Pag. 277, 18. Εὐρήνην τὴν ἐξ Ἀλαμανῶν] Ducis Brunsvicensis filiam. Vide stemma Palaeolog. p. 238. DUCANG.

Pag. 277, 21. Ἐδέξατο βίου] Vide infra lib. VIII. cap. I. sect. 3. BOIVIN.

Pag. 278, 15. Ἀνωτέρω] Vide lib. V. cap. VII. sect. 4. et 5.

BOIVIN.

Pag. 278, 18. Ἐφαμεν] Huius libri cap. VII. sect. 1. BOIVIN.

Pag. 278, 19. Ἐς Ἰωάννην ἔσχατον] Vide stemma Angelorum pag. 210. DUCANG.

Pag. 279, 11. Τῶν φθασάντων] An intelligendum hoc de litteris, quae fortasse ab imperatore ante illud tempus missae fuerint? BOIVIN.

Pag. 279, 12. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν] Inde incipit lib. VIII. non solum in Codice Regio, sed et in Vaticano, ut accepi ex Cl. Rostgaardio. BOIVIN.

Pag. 283, 8. Συνεζύγη Θωμᾶ] Thomae Angelo Ducae Commeno, Nicephori Despotae ex altera uxore Anna Palaeologina filio. Pachymer. lib. IX. cap. 4. Vide stemma Angelor. in Famil. Byzant. p. 210. DUCANG.

Pag. 283, 9. Θωμᾶς ὁ ἐκείνου ἀδελφιδούς Κόντος] *Contum* et hic vertit interpres: *Comitem* reposuimus. Thomas quippe nobilis Gallus Comes Cephaleniae et Zacynthi erat, filius Ioannis Domini Zacynthi insulae, cui quidem Ioanni ducta in uxorem Maria Comnena, Nicephori Angeli Aetoliae principis filia, Cephalenia insula in dotem concessa fuerat a socero, post cuius obitum orta de eius successione controversia inter Ioannem et Thomam Angelum Despotam uxoris fratrem, Thomas a Ioanne interfectus est, anno 1318. Ita exserte Ioannes XXII. Papa in epistolis, non vero a Thoma Ioannis filio, uti hic narrat Gregoras, et cap. 6. Vide Hist. Franco - Byzant. lib. VI. n. 27. DUCANG. Φονεύσας Θωμᾶν] Θωμᾶν, non Θωμᾶς, ut antea legebatur. Atque ita Codex Regius: ita etiam Ottobonicus; recte uterque; nisi tamen legamus φονεύσας Θωμᾶν Θωμᾶς, quomodo Wolfius videtur legisse, cum sic verterit, *quarum illa primum Thomae Epiri et Aetoliae principi, post Conto Thomae, huius nepoti et percussori nupsit.* Vide et lib. XIII. infra cap. VI. BOIVIN.

Pag. 284, 1. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἐς τὸν ἔφηβον] Solutiorem eisdem Andronici iunioris vivendi rationem inter causas dissidii cum patre etiam memorat Cantacuzenus lib. I. cap. 5. DUCANG.

Pag. 284, 3. Καὶ ζητοῦσιν ἐλευθερίαν μηδὲν ἐπιφ. κεκολ. καὶ μάλ. ἐν ἀξ. βασ.] Hoc loco Wolfius aut non assecutus erat mentem auctoris, aut exprimere neglexerat. BOIVIN.

Pag. 285, 18. Ἐν μιᾷ τοίνυν] Cantacuz. lib. I. cap. 1. Phranzes lib. I. cap. 10. DUCANG.

Pag. 286, 2. Φοράδην ἐς τὰ βασιλεία φέρουσι ζῶντα καὶ μάλ. μόλις] ζῶντα μάλ. μόλις, non autem φέρουσι μάλ. μόλις: Wolfio utrumque. Verterat quippe, *semianimis in palatium aegre defertur.* BOIVIN.

Pag. 286, 11. Μετ' οὐ πολὺ] IV. Id. Octobr. anno iuxta Graecos VI. MDCCCXXIX. Chr. 1320. Cantacuz. DUCANG.

Pag. 286, 16. Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ] Ioann. Villaneus lib. IX. cap. 85. 89. Petr. Bizarus lib. V. Hist. Genuensis p. 108. DUCANG.

Pag. 287, 3. Ἀϋθις κ. τ. λ.] Lectiones a. b. c. d. e. f. [3, 4, 5, 8.] ex Codice Regio excerptae, etiam Codicis Vaticani auctoritate nituntur. BOIVIN.

Pag. 287, 11. Κράλη Σερβίας] Urosio cogn. Sancto et Milutino, Serviae regi. Vide stemma regum Serviae n. 59. DUCANG.

Pag. 287, 12. Ἐρωτι γὰρ τῷ πρὸς αὐτήν, etc.] Ita quoque legitur in Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 287, 14. Ἐξηλοτύπει δ' οὖν ὅμως τὴν ταύτης ἀπ. καὶ μεστός] Ἐξηлот. δ' οὖν ὅμως αὐτήν ἀεὶ καὶ μεστός, etc. Cod. Vatic. in quo tamen, recentiori manu emendato, ita legitur ut in vulgatis. BOIVIN.

Pag. 288, 15. Καὶ μὴ ζῶσαν αὐτήν ὡς πορρωτάτω τε τοῦ ἀνδρὸς οἰκεῖν] Ne viva quam longissime a marito habitaret, etc. Sic vertendum, non ut mortua quam remotissima a marito, animum eius nullo moerore sauciret, quemadmodum verterat Wolfius. BOIVIN.

Pag. 288, 17. Ὁ ταύτης ἀμφιμήτριος ἀδελφός] Interpres, frater uterinus: emendavimus, consanguineus, ex eodem parente et alia matre: id enim vox Graeca sonat. Pollux lib. III. cap. 2. οἱ μὲν ἐκ μόνου πατρὸς ἀδελφοὶ, διαφόρων δὲ μητέρων, ἀμφιμήτορες, οἱ δὲ ἐκ διαφόρων πατέρων, μιᾶς δὲ μητρὸς, ἀμφιπάτορες. Constantinus enim Palaeologus Despota, ex Andronici cum Anna priore coniuge, Simonis vero ex altero cum Irene coniugio prodierant. DUCANG. Ταύτης ἀμφιμήτριος ἀδελφός] Frater eius consanguineus, non, ut Wolfius interpretabatur, uterinus. Constantinus Despota erat Cralaenae frater consanguineus, eodem patre natus, non item eadem matre. Vide cap. IV. sect. 1. infra. Ἀμφιμήτριος idem est atque ἀμφιμήτωρ, id est, diversa matre natus. BOIVIN.

Pag. 289, 1. Ὁ δὲ πατριάρχης Ἰωάννης Γλυκὺς] Phranzes lib. I. cap. 9. DUCANG.

Pag. 289, 23. Πᾶσι μὲν οὖν ἀνθρώποις, etc.] Gregoras non testamentum ipsum patriarchae, sed testamenti prooemium profert, cuius sese auctorem manifestum prodit. Exstant in Codice Regio 3229. opuscula duo, eiusdem ferme et argumenti et stili; quorum primum inscribitur τοῦ πατριαρχοῦ κρυοῦ Ἰωάννου τοῦ Γλυκέος ἢ παραίτησις τοῦ πατριαρχείου, alterum τοῦ αὐτοῦ πατριαρχοῦ ὑπομνηστικὸν εἰς τὸν βασιλέα τὸν ἅγιον. BOIVIN.

Pag. 292, 3. Καὶ παιδείαν ἴσως μετρίαν, etc.] Vide lib. VII. cap. IV. sect. 3. supra. BOIVIN.

Pag. 292, 15. Ἐκ μονῆς τῶν Μαγγάνων Γεράσιμος] Phranzes ibid. De S. Georgii in Manganis monasterio agimus in Constantinop. Christ. lib. III. sect. VI. n. 43. DUCANG.

Pag. 293, 1. Κωνσταντῖνος δὲ ὁ δεσπότης] Cantacuz. lib. I. cap. 1. Vide stemma Palaeolog. pag. 235. DUCANG.

Pag. 293, 1. Ἐκ τῆς προτέρας γυναικὸς] Vide lib. VII. cap. V. sect. 1. BOIVIN.

Pag. 294, 20. Εὐδοκίας Παλαιολογίνης] Neocaesaritae Primi a secretis filiae, Constantini Palaeologi Despotae uxoris, ac ex alio Constantino tum viduae, unde *Palaeologina* hic cognominatur, ex priore coniugio. Vide idem stemma. DUCANG.

Pag. 294, 23. Ὑπηρετικοῖς παιδαρίοις] Adolescentibus, quos ἀρχοντοπούλους vocabant, νέους τῶν εὐπατριδῶν, Cantacuzenus lib. II. cap. 40. νέους τῶν εὐγενεστέρων, lib. III. cap. 43. Vide Gloss. med. Graecit. in hac voce. DUCANG.

Pag. 295, 10. Id quod deerat in editione Wolfiana, supplementum ex Codice Regio. Sed et Fridericus Rostgaardus, nobilis Danus, cui et me et Gregoram multa debere in praefatione huius operis professus sum, idem hoc supplementum, ex Codice Vaticano descriptum, Roma ad me misit: ac iampridem illud ipsum Steph. Baluzius ex eodem Cod. describi curaverat in usum Ducangii. BOIVIN.

Pag. 296, 20. Πατήρ δὲ τῶν ἐκ Κομάνων ἐπίσημος, οἱ παρὰ τῶν ὑπερβορ.] Petavius verterat, *Pater vero e Comanis oriundus illustri loco. Ambo (pater scilicet, et mater,) vero ante multos annos ex Hyperboreis Scythis, uti supra memoravimus, ad Ioannem imperatorem sese transtulerant.* Vertendum, ita ut edidimus, *Pater illustri loco oriundus e Comanis, illis scilicet, qui ante multos annos ex Hyperboreis Scythis, etc.* Non legerat Pelavius ea quae de Comanis scripta sunt supra lib. II. cap. V. sect. 2. BOIVIN.

Pag. 296, 22. Ἰωάννη τῷ βασιλεῖ προσεζήρῃσαν] Ad Ducam scilicet. Vide supra lib. II. cap. V. sect. 2. BOIVIN.

Pag. 301, 8. Ὁ μὲν τῇ τοῦ μεγάλου παπίου] De hac Magni Papiae, et aliis hic memoratis palatinis dignitatibus, agimus in eod. Gloss. DUCANG.

Pag. 303, 11. Ὁ μέντοι λογοθέτης τοῦ γενικοῦ] Theodorus Metochita, a quo instauratum Chorae monasterium, rursum cap. seq. ut et docemus in Constantinop. Christ. lib. IV. sect. XV. n. 5. DUCANG.

Pag. 303, 18. Τὴν ἐξ ἑσπέρας παννυχίδα] Interpres, a *vespera ad nocturna sacra illa de more accessit:* emendavimus, *ad vesperae illius vigiliis.* DUCANG. Wolfius, *ad nocturna sacra.* Melius Ducang. *ad illius vesperae vigiliis.* BOIVIN.

Pag. 303, 22. Πελεκυφόρων] *Varangorum*, de quibus in utroque Glossario multa congesimus. DUCANG.

Pag. 304, 10. Πρὸ τοῦ εὐκτηρίου τῆς Νικοποιοῦ Θεοτόκου] Quibus vocibus intelligi aedem Hodegetriae Deiparae, colligere quis potest ex iis quae observamus in Constantinop. Christ. lib. IV. sect. II. n. 24. DUCANG.

Pag. 304, 12. Παῦλος ἐκεῖνος ὁ τῶν ζωγράφων ἄριστος] De pictore illo praestantissimo nemo alius, quem sciam. BOIVIN.

Pag. 305, 9. Ἐν ᾧ λόγος τὸ τοῦ Βύζαντος] Vide Constantinop. Christ. in Byzantii origin. n. 15. pag. 17. DUCANG.

Pag. 305, 17. Βιβλία τινὰ χρησμολογικά] Quorum non semel mentionem agunt scriptores Byzantini et locos collegit Lambecius, seu Holstenius, ac praefixit Leonis Oraculis. DUCANG.

Pag. 306, 12. Ἦν γὰρ αὕτη νεάζουσα] Wollsius νεάζουσαν, hoc loco et paulo infra, interpretatur *adolescensulam*. Sed *adolescensula* non erat, cuius filia quadriennio post nuptui collocata est. Vide cap. IV. sect. II. infra. BOIVIN.

Pag. 309, 10. Ἐν τε τοῖς ἔπεσιν, ἃ πεποίηκεν etc.] Nempe initio poëmatis, quod inscribitur, εἰς τὸν σοφὸν Νικηφόρον τὸν Γρηγορᾶν ὑποθῆναι, καὶ περὶ τῶν οἰκείων συνταγμάτων. Initium est,

Φίλα Νικηφόρε μοι κεφαλὰ, τὸν ἔγωγ' εἶραμαι
Κατὰ ἐμὰς σοφίης, ἢ τίς ποτ' ἂν ἔη, λιπέσθαι
Ἐξ ἄρα διαδοχον, πάντων ἀσύλου κλήροιο,
Κρέσσονος ὧν ἄρ μοι θεὸς ἀπάντων πόρε πουλλῶν,
Σοὶ τὰδ' ἐπιτάγματ' ἐπιτέλλομ' εἰν ἐπέεσσι,
Ἦῦτ' ἔθος μερόπεσσι βρουτοῖσι πέλεθ' ἡμῖν,
Εἰν διαθήκαις τὰ κε δοκεῦμεν ἀμείνω τέκνοις
Πατριθέεσθ' ἐξείης, ἂν βίοτον δὴ πάντα
Μάλα φυλαττέμεν etc.

Eiusmodi versibus Theodorus Metochites vitam suam fere omnem complexus est (vide Cod. Reg. 1997. et 3359): qui, si minus inconcinni forent, possent cum Historia Gregorae Byzantina coniungi. Sed nemo, opinor, tam dura tamque immodulata poëmata legere velit; in quae apte admodum cadit illa Leonis Allatii indignatio (in diatriba de Georg. p. 372. ubi de versibus Georg. Pachymenis): *Ferreo ipse sim, si quid est hisce carminibus in tota anti-quitate durius. Chalybs ipse, et incus, et si quid est in rerum natura asperum ac perversum, prae his carminibus mollius est et tractabilius. Bene factum quod ea amisimus. Nam in eorum lectione nonnisi ferrea addiceremus: iamque video, iam fateor posteriorum Graecorum Musas, nullas gratias, nullas veneres habuisse, et omnia praeter humanum sermonem saepe locutas.* Vide quae annotavimus supra pag. 87. A. ad Oraculum Trallianum. BOIVIN.

Pag. 309, 11. Περὶ ὧν ἀριδηλότερον ἡμῖν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λελέξεται] Quae Gregoras promittit, ea exsequi non satis curat. Sic supra lib. I. cap. I. sect. 3. nescio quid pollicetur, quod nusquam ab eo praestitum constat. Vide et quid promittat huius libri cap. II. sect. 3. BOIVIN.

Pag. 310, 5. Πολλὰ γὰρ κραίνει θεός] Euripid. in Medea, Alcestide, etc. BOIVIN.

Pag. 311, 21. Εὐριπίδῃ] Hecuba v. 294. BOIVIN.

Pag. 312, 16. Κατὰ δὲ τὴν ἕκτην ἑβδομάδα] Ἀπριλλίου μηνὸς πέμπτη ἰσταμένου, τῇ πρὸ τῶν βαΐων κυριακῇ. Cantacuz. lib. I. cap. XII. BOIVIN.

Pag. 313, 17. Μῆτε βουλευσασθαι, μῆτε μὴν διαπράξασθαι] Aorist. pro futuro. Sic lib. IX. cap. X. sect. 9. BOIVIN.

Pag. 315, 15. Λαμπρὰ τῆς ἀναστάσεως ἡμέρα] Vide Gloss. med. Graecit. in Ἑορτῇ. DUCANG.

Pag. 315, 17. Πρὸς τὴν Γυρολίμνην] Constantinop. Christ. lib. I. sect. 15. n. 4. DUCANG. De qua sic Cod. Reg. 2990. fol. 70. v. ἡ λεγομένη κοινῶς Ἀργυρολίμνη, Γυρολίμνη γράφεται. De eadem plura Ducangius, Constantinop. Christ. lib. I. sect. XV. n. 4. BOIVIN.

Pag. 315, 24. Ἔτος δὲ ἑξακισχιλιοστὸν] Christi 1321. DUCANG. Cantacuz. lib. I. cap. XVIII. ubi ad marginem annus Christ. MCCCXXII. per errorem ascriptus est, pro anno MCCCXXI. ut et capite primo eiusdem libri annus MCCCXXI. pro anno MCCCXX. BOIVIN.

Pag. 318, 18. Τέθνηκε μὲν ὁ Κράλης Σερβίας] Urosius, de quo supra. DUCANG.

Pag. 318, 19. Ὁ Σφενδοσθλάβος] Vide stemma regum Bulgariae post Famil. Byzant. n. 44. DUCANG.

Pag. 318, 20. Πεφόνενται δὲ πρὸς τοῦ ἀνεψιοῦ] Vide cap. I. sect. 1. supra. BOIVIN.

Pag. 318, 20. Κόντου Κεφαλληνίας] Vide notata ad cap. I. huius libri VIII. DUCANG.

Pag. 320, 8. Ὁ Φιλαδελφείας Θεόληπτος] Cuius non semel meminit Pachymeres. DUCANG. Ὁ Φιλαδελφείας Θεόληπτος] De quo supra ad pag. 135. C. Exstat in Codice Caesareo Vindobonensi Theolog. 174. παραινειτικὸς τῇ βασιλίσση, ἐξ αὐτοσχεδίου συντεθειμένος ἐπὶ τελευτῇ τοῦ Φιλαδελφείας κυροῦ Θεολήπτου, auctore Gregora. Vide Indicem opusculorum Gregorae Rhetoricorum, initio huius voluminis. BOIVIN.

Pag. 322, 19. Εἰ μὲν ἐπίσης ἅπαντα, etc.] Et hoc quoque depromptum ex penu locorum communium, quorum Gregoras magnam copiam provisam habuit. Vide lib. XIX. infra pag. 586. D. et annotata ad pag. 137. B. supra. BOIVIN.

Pag. 324, 12. Καὶ οὐ πολλῶ (an πολλοῦ?) δέω λέγειν μηλόβοτον] Gregoras aetatis suae hominum ingenia agris assimilat sterilibus et incultis, quales pecoribus ad pastum exponi solent. Id hoc loco significat vox μηλόβοτος, quam Wolfius aliter interpretabatur. BOIVIN.

Pag. 328, 12. Καὶ πᾶν ποιεῖν καὶ λέγειν ὑπὲρ σοῦ σιγᾶν σφόδρα προσιέμην ἄν.] Aliquid hoc loco vel deest, vel superfluit. BOIVIN.

Pag. 331, 2. Τὸ δ' ἄλλοτ' ἄλλως ἔχει ἀνθρώπων ὄν] Sententia esse videtur, constantiam Andronici in tanta rerum incon-

stantia esse mirandam, cum rerum coelestium constantia fastidium pariat. WOLFIIUS.

Pag. 331, 10. Οὐ μὴν εἰ καὶ γλώττη ἐχοῖτο εὐροούση, δεδήλωκεν] Intelligo, Lucianum rotunde dictis in medium allatis ostendisse Demonactis acumen: sed an aliqua fuerit eius eloquentia, dicendique copia, e scite dictis non perspicitur. Si quis τὸ ἐχοῖτο mavult ad Lucianum quam ad Demonactem referre, videbitur etiam sapientia Demonacti adimi. Est hoc declamatorium et sophisticum dicendi genus sane spinosum, et ob affectatas argutias subobscurum. WOLFIIUS. Hinc apparet Wolfium legisse, οὐ μὴν εἰ καὶ γλώττη, non autem, οὐ μὴν καὶ γλώττη. BOIVIN.

Pag. 334, 2. Τὴν ἀλήθειαν εἰς μύθους ἐξαίρειν, ὄντινα τρόπον ποιῆσαι μείζω] ὄντινα, pro καὶ τουτονὶ τρόπον, eoque modo accipio. WOLFIIUS.

Pag. 337, 11. Καὶ κυβερνᾷς, κατὰ Πίνδαρον, τὰν πολυστογνώμ. ἐκάστων] Ea Pindari verba Gregoras a Platone acceperat, apud quem exstant lib. I. De Republ. BOIVIN.

Pag. 338, 3. Ἀκυμάντῳ μένοντι] Addit Wolfius, *Atque omnium periculorum tempestatibus sedatis, in tranquillum portum nos perduxisti*, quae ille non de suo addidisse, sed in codice manuscripto, quo usus est, videtur Graeca reperisse. BOIVIN.

Pag. 338, 23. Ὅπερ ἀπελεγόμεν τοῦ λόγου ἀρχόμενος] Quod initio orationis detrectabam, non, ut vertit Wolfius, quod orationis dicebam initio. ἀπολέγεσθαι apud Gregoram est παραιτεῖσθαι. Exemplum habes lib. IX. cap. V. sect. 6. E. BOIVIN.

Pag. 339, 1. Σαφέστατὰ πάντων ἀποροῦντα αἰσθόμενος αὐτὸς ἑμαυτὸν] Sic construo, σαφέστατα αἰσθόμενος αὐτὸς ἑμαυτὸν ἀποροῦντα πάντων, cum me omnibus praedicandis plane imparem esse sentirem. Hoc loco πάντων ἀποροῶν idem est ac περὶ πάντων λέγειν ἀδύνατος. Dixerat scilicet orationis initio, οὔτε διεξιέναι τολμῶ οὔτε πᾶνθ' ὡς ἐπίπαν ὁπόσα σοὶ ἐστὶν ἐγκώμια, οὔτε μὴ πάντα. BOIVIN.

Pag. 340, 12. Περὶ μὲν ἑμαυτοῦ, etc.] In istis orationibus encomiasticis Latine vertendis Wolfius non adeo fidus ac diligens interpres fuit. Nimirum ei non tanti esse visae sunt, ut multum laboris impenderet earum interpretationi. Neque ego operae esse existimavi eas denuo Latinas facere. Satis esse duxi, quae Wolfius minus commode vertisse videretur, ea aliter versa exhibere. BOIVIN.

Pag. 342, 15. Ἄλλα πολλῶν τῶν ἐν τῆς παροιμίας ἡμῶν ἀδυνάτων ἐν ταῖς βίβλοις κειμένων] Interpres hoc loco mentem auctoris minime assecutus fuerat. Gregoras multa ait occurrere in libris proverbialia, quibus aliquid impossibile esse innuatur; cuiusmodi sunt, ὄρνιθος γάλα ζητεῖν· φακῆ γωνίαν κάμπτειν· ὦν τίλλειν· θάλασσαν σπεῖρειν· πλίνθον πλύνειν· κωφῶ ὁμιλεῖν· τυφλῶ διανεύειν· ἀνδριάντα γαργαλίσειν· εἰς τετραγώνον πίθον ἀντλεῖν· ἄστρα τοξεύειν· πῦρ ἀλείφειν· κατὰ μαχαιρῶν κυβιστᾶν· κοσκίνῳ φέρειν

ὑδωρ· νεφέλας ξαίνειν· Αἰθίοπα λευκαίνειν. Vide Cod. Reg. 3502. fol. 76. Ad ea autem proverbialia addendum esse ait, ὑμνησαι πρός ἀξίαν τὰ τοῦ Ἀνδρονίκου, *Andronicum digne laudare*. BOIVIN.

Pag. 344, 4. Ἦπου γε καὶ τὰ παροιμιώδη τῆς γραφῆς νενικησας] Quenam illa sint sacrae Scripturae proverbialia, ab Andronico imperatore νενικημένα, non video, nisi forte illud sit, *Omnia tempus habent, et suis spatiis transeunt universa sub coelo*: et quae sequuntur, Ecclesiastae cap. III. Nempe Gregoras negat res Andronici imperatoris eiusmodi esse, ut earum vel videndarum vel audiendarum voluptas transire possit. BOIVIN.

Pag. 344, 22. Ἐρμηνέα ζητήσεις λόγον] Adde ex Codice Vaticano n. 164., ἀ δὲ ἐπ' ὄψει κεῖται, καὶ οἶονε φωνὴν ἀνεκκλάητόν τινα προϊέμενα, τὴν ἑαυτῶν ὑπὲρ πάντα λόγον κηρύττει λαμπρότητα, σχολῆ γ' ἂν ἐρμηνέα ζητήσεις λόγον· εἰ δέ τις ζητ. Quae autem oculis obversantur, ac muta veluti voce emissa disertius quovis eloquio suam praedicant claritatem, ea nequaquam interpretem orationem postulant. BOIVIN.

Pag. 345, 10. Μηδὲ γὰρ ἔχων ὅτω τις παραθεῖη τῶν ἐν κόσμῳ] Adde ex Cod. Vatic. πολλοῦ ἂν δεήσεις σαφῶς τι ἀγγέλλειν περὶ ἡλίου. Atque ita Wolfium legisse arguit Latina eius interpretatio. BOIVIN.

Pag. 347, 6. Νῦν γὰρ ἔδει κατ' οὐρανὸν etc.] Vide Monodiam in obitum Andronici senioris, infra pag. 287. D. ubi haec iisdem fere verbis repetita occurrunt. BOIVIN.

Pag. 353, 3. Ὁ μέντοι βασιλεὺς] Phranzes lib. I. cap. 10. Laonic. lib. I. p. 8. Edit. Reg. Ioann. Villaneus lib. IX. cap. 132. DUCANG.

Pag. 353, 18. Ὡσπερ ὑπνοῦντας ἄρδην συνειληφῶς] Aut verbum συλλαμβάνω aliud Gregorae significat, aut legendum λεληθῶς, vel διεληλυθῶς, vel aliquid simile. Neque enim comprehenderat eos, in quos impetum facturus erat. WOLFIIUS.

Pag. 353, 19. Καὶ ἐπεισπεσεῖν αὐτοῖς] Scilicet τοῖς περὶ τὸν νέον, in ipsum iunioris exercitum erat impetum facturus, non in ipsos viarum custodes, qui iam comprehensi fuerant. BOIVIN.

Pag. 353, 23. Μῆτε τὸν βασιλέα προσδέξασθαι μέλλοντας ἐπιστρέφοντας πρὸς μετάνοιαν] Dubius locus, utrum Byzantii, repudiata perfidia, iuniorum recipere voluerint: an iuniorum milites, desperata seniorum clementia, fugam ceperint. Sed prior sententia magis placet. WOLFIIUS. Μῆτε τὸν βασιλέα προσδέξασθαι μέλλοντα ἐπιστρέφοντας, etc.] Wolfius legit μέλλοντας, atque ea lectione deceptus a vero sensu aberravit. BOIVIN.

Pag. 354, 2. Ὁ δεσπότης Κωνσταντῖνος] Andronici imp. filius secundo genitus. Vide Cantacuzen. lib. I. cap. 31. DUCANG.

Pag. 354, 4. Ἐνὴν τὴν τοῦ νέου βασιλέως μητέρα] Antequam vidua esset, Maria vocabatur. Lib. VI. cap. VIII. sect. 2.

lib. VII. cap. VI. sect. 2. et cap. XIII. sect. 1. lib. VIII. cap. I. sect. 1. An mortuo marito habitum mutaverat? BOIVIN.

Pag. 354, 22. Ἐρχεται κατὰ τοῦ ἀνεψιοῦ βασιλέως] Andronici filius fuit hic Constantinus, ex Irene secunda uxore. Andronicus imperator iunior, eiusdem nepos, e Michaële filio. WOLFIUS.

Pag. 355, 8. Τῷ θεῷ καὶ δεσπότη] Eidem Constantino. DUCANG.

Pag. 358, 9. Ὅθεν ἀνοίξειν ἔκρινε δεῖν ἐν ψαλτηρίῳ] De hac divinationis ratione vide Glossar. med. Latin. in v. *Sortes Sanctorum*. DUCANG.

Pag. 358, 11. Ἐν τῷ διαστέλλειν τὸν ἐπουράνιον κ. τ. λ.] David. Psalm. LXVII. v. 15. BOIVIN.

Pag. 359, 23. Αἰδνυμότειχον ἐπανῆκε] Anno Christi MCCCXXII. mense Augusto Indict. 5. Vide Cantacuz. lib. I. cap. 34. BOIVIN.

Pag. 360, 1. Ἐτυχε μέντοι] Phranzes lib. I. cap. 9. DUCANG.

Pag. 360, 5. Ὁ βασιλεὺς ἀνεβίβασε] Anno Chr. MCCCXXIII. pridie Kal. Dec. Indict. 7. Εἰς τοὺς πατριαρχικούς ἄρτι χηρεύοντας θρόνους verterat Wolfius, in recens defuncti patriarchae locum. Ego verti, in patriarchalem sedem tum temporis vacantem, ea ratione, quod antequam Esaias crearetur patriarcha, sedes tribus fere annis vacaverit, ut constat ex Synopsi Dorothei. Adde quod adverbium ἄρτι accipitur nonnunquam pro *tēws, tunc*. BOIVIN.

Pag. 360, 17. Πρὸ ἐτῶν ὀκτώ καὶ τριάκοντα] Immo ante annos octo et viginti. Nam (ut annotatum supra ad pag. 124. A.) Philanthropeno lumen oculorum ademit Libadarius anno Mundi VI. MDCCCV. sub finem auctumni, hoc est anno Christi MCCXCVI. exeunte. Adde annos XXVIII. et efficies annum Mundi VI. MDCCCXXXIII. Christi MCCCXXIV. quo scilicet anno Esaias, qui paulo ante patriarcha creatus fuerat, senioremem Andronicum Philanthropeno reconciliavit. Quodsi adderes annos XXXVIII. effligeres annum Mundi VI. MDCCCXLIII. Christi MCCCXXXIV. quo anno nec Esaias patriarcha, nec Andronicus senior in vivis erant. BOIVIN.

Pag. 361, 10. Ἐν γὰρ τούτῳ τῷ χρόνῳ περιστρατοπ. τὴν Φιλαδέλφειαν etc.] Hinc apparet Philadelphiam bis a Turcis obsessam; ac priusnam quidem obsidionem Theolepti virtute et Catalanorum adventu, alteram Philanthropeni auctoritate solutam fuisse. BOIVIN.

Pag. 362, 11. Τῷ μέντοι Συργιάννῃ] Cantacuzenus lib. I. cap. 35. DUCANG.

Pag. 363, 9. Ὁ δὲ Ἀσάν] De quo in stemmate Cantacuzenorum pag. 260. DUCANG.

Pag. 364, 3. Exstat in Codice Vaticano 1086. fol. 75. πρὸς τὸν σεβασμιώτατον Ἰωσήφ περὶ τοῦ Πάσχα ἀπόδειξις, ὅπως ἐσφάλη πρὸ χρόνων, καὶ ὅπως δεῖ ποιεῖσθαι τὴν τούτου διόρθωσιν. Eam seu epistolam, seu dissertationem, Gregoras, prooemio et

epilogo ad praesens institutum accommodatis, totam fere huc transtulit. In illo Codice Vaticano prooemium est, ἐπειδὴ μοι φίλος εἶ τῶν πάνυ, καὶ καινῶν ἀκροαμάτων ἔραστης, ἄκουσον οἷά μοι ξυνηνέχθη τὴν πρότριτα, καὶ αὐθις οἷά μοι τὴν χθές. τῶν γὰρ καθ' ἡμᾶς σοφῶν πλείστοις αὐτὸς ἐν ταύτῳ πρότριτα ξυντετυχηκῶς ἐν τῇ τέως πανηγύρει, πρόβλημα τὸ τοῦ Πάσχα σφαιλερὸν ἐπ' αὐτῶν ἐπιποιούμην, οἰόμενος πολλὰ καὶ καλὰ ἐπισταμένους εὐρήσειν τῇ χρεία προσήκοντα. ἀλλὰ τί ἂν σοι διηγοίμην βέλτιστε; οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν τοσοῦτου δεῖν ἐξετάζειν τοιαῦτά μοι ἔδοξαν, ὅσον καὶ αἱ κορῶναι τὰ γῆς μέταλλα, ἢ τὸν Πακτωλὸν εἰ χρυσοῦ καταρῥεῖ ψήγματα. ὥστε καὶ οὕτως ἐχλεύαζον, πολὺν μου καταχέοντες μυκητῆρα, ὥσπερ ἂν εἰ πολυετῆ καταλύων ἤδη πλάνην, ἔπειτ' Ἀτλαντίδων νήσων καὶ νυμφῶν Ὠκεανίδων ἱστορίας προῦβαλλόμην, ἢ μάχας πετομένων ἀνθρώπων, καὶ στρατοπεδεύσεις ἑναερίους, καὶ στάσιμιν οὐρανοῦ, καὶ γῆς δίνησιν. ἄλλοι δ' ἐξ ἱερῶν γραφῶν ὡς ἐκ φαρέτρας ἀνασπῶντες βέλη, ἐτόξευον μὲν ἐπ' ἐμὲ, ἔβαλλον δὲ αὐτοὺς, ὅμοιον ποιοῦντες, ὥσπερ ἂν εἴ τις ποταμοῦ ῥύμην ἐθέλων ἀναχειτίζειν, ἔπειτα βαθείας ἐπὶ τὸ κἀταντες τάφρους ἀνώρουττεν. οὐδὲ γὰρ εἰδότες ὅποι τείνουσιν ἢ προτείνουσιν, ἄσημά τινα καὶ πλημμελῆ συνεῖρον πράγματα. καὶ τί δεῖ διατρίβειν; οὕτω τοὺς πλείους οὐμὸς οὗτος ἐτάραξε λόγος, ὥσπερ τὰς νεφέλας, ὁπότε μετὰ βαθὺν ὑετὸν πολὺς τῶν ἀρκτικῶν καταρῥεῦσει ὁ βορέας, πρὸς μεσημβρίαν καὶ νότον αὐτὰς διωθόμενος. καὶ εἰ μὴ τὸ στερόδον τῆς ἐμῆς ἀληθείας, καὶ τὸ τῆς ἀποδείξεως ἀναντιρρόητον ἀντεῖχε, καὶ τὸν πολὺν ἐκεῖνον ἀνέστελλε κυκεῶνα, καὶ νῆνεμον ὡς εἰπεῖν τὸ ἡμέτερον καθέστη (ἂν κατέστησε?) γυμνάσιον, τάχ' ἂν ἐνίκα τὸ παράλογον ἐκεῖνο συνέδριον, καὶ ἐξεδίφρευε τὴν ἀλήθειαν τὸ ψεῦδος, καὶ τῆς ἐπιστήμης ἢ ἀμαθία τὸ πλεόν εἶχε. ταύτῃ τοι καὶ καιροῦ λαβόμενος, ἐπὶ τοῦ σοφοῦ βασιλέως ἐς ἐναργέστερον μῆκος τὸν λόγον ἀπέτεινον. κατὰ γὰρ τὸ εἰωθὸς ἀνιῶν χθές ἐς τὴν τοῦ βασιλέως προσκύνησιν, τοιαύτη τιμὴ ὁμιλίᾳ ἐντετυχέειν. καὶ τὰ μὲν ἄλλα παρεῖσθω γε τέως, πολλὰ τε ὄντα καὶ οὐ πάνυ τοι ἀναγκαῖα πάνυ τοι ἐθελούσῃ σχολάζειν ἀκοῇ, καίπερ ὄντα κἀκεῖνα σεμνὰ καὶ σοφῶν ἀκοαῖς ἄξια. τὸ δ' οὖν τῆς ἀναγκαιοτέρας ἡμῖν ὁμιλίας, καὶ ἧς ἂν καὶ αὐτὸς ἀκούσας ἡσθεῖης τὰ μάλιστα, λόγον κεκίνηκεν ὁ τὰ πάντα θειότατος βασιλεὺς περὶ γε ἀστρονομίας καὶ σφαιρῶν οὐρανίων, καὶ κινήσεων πλανωμένων καὶ ἀπλανῶν, καὶ τοιαῦτα ἄττα, ἐμοὶ κἀθυποβάλλον πρόφασιν τοῦ λέγειν. οἶσθα γὰρ τὸ τοῦ βασιλέως εὐμενὲς πρὸς ἡμᾶς· οἶσθα γε μὴν καὶ τὸ πολὺστροφον τῆς αὐτοῦ συνέσεως καὶ πολυειδές, καὶ οἷον εἰπεῖν λαβυρινθῶδες· καὶ ὡς ἅπαντα διοικῶν τὰ τῆς βασιλείας πράγματα, ὡς τῶν ἐξ αἰῶνων οὐδεὶς βέλτιον, ὅμως οὐκ ἔστιν οὐδὲν οὐδ' ἐπιστήμης εἶδος, οὐ μὴ τυγχάνει πεπειραμένος. καὶ δὴ καὶ τότε πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων παρόντων συγκλητικῶν τε καὶ ἔλλογίμων ἀνδρῶν, μηδενοῦ δὲ πρὸς ἀστρονομίαν πεφυκότος· ἀπῆν γὰρ τηρικαῦτα ὁ μέγιστος ἡγεμῶν

καὶ διδάσκαλος ἀπάσης ἐπιστήμης, ὅση τε ἀκριβῶς ἐρευνᾷ τὰ οὐράνια καὶ ὅση δίδεισι τὰ ἐπίγεια καὶ ὑπόγεια καὶ περιγεια· τότε τοίνυν ἐμοὶ μόνῳ προσαντιθῆι τοὺς τῆς ἀστρονομίας λόγους. ἐγὼ δ' ὑπολαβὼν, ἔπαινον διεξήειν πολὺν τοῦ μαθήματος. οἶσθα γὰρ καὶ ἄλλως δι' ὅσης ἄγω τῆς εὐφημίας αἰεὶ. τοῦτο γὰρ μοι τὸ ὀπτικὸν etc. BOIVIN.

Pag. 364, 17. Καὶ σπουδάσματα] Τότε δ' οὖν πλέον διαπλειονος εὐφημίας ἤγαγον, ἐπεὶ μοι καὶ πλέον τῆς φιλοτιμίας ὁ καιρὸς ἐκεῖνος ἀναφλέγων ἦν. μετὰ μὲν τοι γε etc. Cod. Vatic. 1086. BOIVIN.

Pag. 365, 2. Ἦσαν γὰρ οἱ τότε] Οἱ καὶ τότε Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 365, 3. Ὁ βασιλεὺς] Ὁ θεϊότατος βασιλεὺς etc. Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 365, 9. Τὴν καταδίκην ὁ δίκαιος ὀφείλων] Ὁφλων Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 365, 23. Διευκρινῆσαι πρὶν] Διευκρ. πρῶτως Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 366, 1. Ἀκριβῆς γίνεται ἰσημερία] Ἀκριβῆς τοίνυν γίν. ἰσ. Cod. Vatic. Wolfius τὴν ἀκριβῆ ἰσημερίαν, *exquisitum aequinoctium* vocat. Malim, *verum et proprie dictum aequinoctium*, vel, *ipsum praecise aequinoctium*. BOIVIN.

Pag. 366, 10. Περὶ μεσημβρίαν τῆς εἰκοστῆς τετάρτης αὐτοῦ] *Sub meridiem vigesimi quarti diei*, non, *vigesimi quinti*, ut Wolfius. BOIVIN.

Pag. 366, 11. Ὑπὲρ ἡμῶν ἐθανατοῦτο] Ἐπασχε Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 366, 14. Νῦν δ' ἐφ' ἡμῶν ἑπτακαιδεκάτην] Ὀκτωκαιδεκάτην Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 366, 18. Τὴν τῶν μεταξύ χρόνων διαφορὰν κἀντεῦθεν, καὶ δι' ὅσων etc.] Τὴν τῶν μεταξύ χρόνων διαφορὰν· κἀντεῦθεν καὶ δι' ὅσων etc. Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 366, 21. Ὁμαλὴν γὰρ ἐκεῖνος ταύτην] Ἐκεῖνος αἰεὶ ταύτην Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 367, 4. Ὡς δ' ἔγωγε αὐτὸς ἕξακριβ. εὔρον, μείζονος] Legendum *μείονος*, vel *ἥττονος*, quam postremam lectionem exhibet Codex Vaticanus. BOIVIN.

Pag. 367, 14. Διὰ τὸ βραχύτατον] Διὰ τὸ πάνυ βραχύτατον Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 368, 22. Ὅτι δ' οὐχ ἀπλῶς οὐδ' εἰκῆ] Ὅτι δ' οὐχ ἀπλῶς οὐτωςίπως, οὐδ' εἰκῆ Cod. Vat. BOIVIN.

Pag. 368, 25. Ἐπειδὴ καὶ ὁ καιρὸς] Ἐπειδὴ τοιοῦτος καὶ ὁ καιρὸς etc. Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 369, 10. Ἀλεξανδρεῖς μὲν γὰρ πρὸ τριῶν ἡμερ. τῆς πρώτης τοῦ καθ' ἡμᾶς Σεπτ.] Vertit Wolfius, *Alexandrini tertio Kal. Sept.* Vertere debuit, *tertio ante Kal. Sept. seu quarto Kal.*

Sept. Nam *tertius Kalendas Sept.* est dies Augusti XXX. *tertius ante Kalendas Sept.* est dies Augusti XXIX. quo die constat Alexandrinus auspicatos esse annum suum. Vide Petav. de Doctrina Temporum lib. VI. pag. 522. BOIVIN.

Pag. 369, 21. Ὁ μὴν οὗτος ὑμῖν ἀρχὴ κ. τ. λ.] Exod. cap. XII. v. 2. et 3. seqq. BOIVIN.

Pag. 370, 10. Καὶ οὐδεμίαν ὥραν ἐξ] Καὶ οὐδεμ. ὥραν ἡμῖν ἐξ etc. Cod. Vat. BOIVIN.

Pag. 370, 12. Τῇ ἕκτῃ ἕκτης] Τῇ ἕκτῃ τῆς ἕκτ. Cod. Vat. BOIVIN.

Pag. 371, 21. Ἰσημερίας, καὶ ἀμνούς, καὶ θύματα] Abest καὶ ἀμνούς a Cod. Vat. BOIVIN.

Pag. 371, 24. Καὶ κυκεῶν, καὶ γλωσσῶν] Καὶ κυκεῶν ἦν καὶ γλ. Cod. Vat. BOIVIN.

Pag. 372, 7. Συνιδόντες διδάσκαλοι] Συνιδ. ἀπόστολοι Cod. Vat. BOIVIN.

Pag. 372, 19. Προσήματο] Ἀπεδέξατο Cod. Vat. BOIVIN.

Pag. 372, 22. Ἐπαγάγη τῇ ἐκκλησίᾳ] Addit Cod. Vat. ἦν αὐτὸς πολλοῖς ἰδρῶσι συνεστήσατο, καὶ συντετριμμένην ἰάσατο, καὶ ἀπωσμένην ἀνεκαλέσατο, σεσιγημ. BOIVIN.

Pag. 373, 11. Ἀλλὰ δι' ἣν ἔφθημεν εἰρ. αἰτ. τὸ τοῦ βασ. τέως ἐκρ. δόγ. μᾶλλ. ἢ τὸ ἡμ. ἀλλὰ τούτ. μὲν ἄλ.] Pro his legitur in Cod. Vat. ὅμως πολλῶν ἐπὶ τούτοις καὶ ἄλλων συγκροτηθέντων ἐκατέρωθεν λόγων, ἀριστε φιλων, ἀρκεῖ σοι τὰ εἰρημένα. καὶ εἰ μὲν ἀριστα σοι φανείη, τῷ θεῷ τὴν χάριν ἀπόδος· εἰ δὲ μὴ, τὴν μέμψιν ἐμοί. τῶν γὰρ ἀγαθῶν ἡμῖν ἐκεῖνος προτανεύει τὰς ἀρχάς· τῶν δὲ σφαλερῶν ἡμῖν αὐτοῖς ἡμεῖς αὐτοὶ παραίτιοι. ἦν ἐθέλης λοιπὸν, μεμνήσῃ τοῦ λόγου, καὶ φάρμακόν σοι ἔσται πολυετοῦς ἀπορίας. μέμνημαι γὰρ ὡς πολλάκις ἐπὶ πολλῶν διηπόρηκας, σφαλερὸν τὸ πρᾶγμα οἰόμενος· τὴν δὲ λύσιν οὕτως εὐρισκεις ἀδύνατον, καθάπερ δὴ καὶ τὸ πρὸς οὐρανὸν τοξεύειν. In his desinit dissertatio seu epistola ad Iosephum. Exstat in eodem Codice Vaticano eiusdem argumenti dissertatio, cuius initium, αἱ δευτεραί πως φροντίδες, Εὐριπίδης φησί που, σοφώτεραι. Vide Indicem Operum Gregorae initio huius volum. BOIVIN.

Pag. 373, 15. Τῆς ὀγδόης ἰνδικτιῶνος] Anno Christi 1325. DUCANG.

Pag. 373, 23. Καὶ ὁ παννυπερσέβαστος] Ioannes Palaeologus, Metochitae gener. Vide Hist. Cantacuz. lib. I. cap. 43. BOIVIN.

Pag. 374, 20. Δι' ἧς ἔφθημεν εἰρηκότες αἰτίας] Fuerat Gregoras Caesarissae praeceptor et fratris eius. Vide cap. V. sect. 7. huius libri. BOIVIN.

Pag. 374, 21. Ἐπειράθημεν δὲ οὐκ ὀλίγων ἐν τῇ ὁδοῦ δεινῶν] Exstat in Codice Vaticano 1086. fol. 141. epistola ad Andronicum Zaridam, in qua Gregoras quae sibi in via acciderint narrat. Vide Indicem Epistolarum Gregorae initio huius volum. Initium est,

οἶμαι μὴ ἀνεγκλήτους καθάπαξ. Ita accipi ex R. P. D. Bernardo Montefalconio. Eam ipsam epistolam puto huc translata esse ἢ auctore, cui sua ipsius scrinia compilare pulchrum fuit. BOIVIN.

Pag. 376, 9. Νύξ δ' ἐπὶ τούτοις] Homerus Odyss. β'. v. 388. DUCANG.

Pag. 376, 10. Ἐς γὰρ τὸ περιγέιον etc.] Astronomicae eruditionis intempestiva ostentatio. Sic infra lib. XII. cap. XIII. sect. 6. τὸ γὰρ περιγέιον ἐκ περιστροφῆς τοῦ οἰκείου ἐπαναλαμβάνουσα κύκλου, καὶ ἐς τετράγωνον αὐθις τῷ ἡλίῳ καθισταμένη τὸ δεύτερον ἤδη σχηματισμὸν etc. BOIVIN.

Pag. 376, 20. Αὐτὰρ ἔμοιγε] Homerus Odyss. δ'. v. 481. DUCANG.

Pag. 379, 1. Καὶ τὴν φέρουσαν κόμην] Scilicet τοὺς κύνας: eum pagum in quo latrarent canes. WOLFIUS.

Pag. 379, 10. Στρούμμιτζαν] Alii Στρουμπίτζαν. Vide notas ad Alexiadem pag. 382. DUCANG. Olim Τιβεριοῦπολιν; ut docet brevis Notitia urbium, quae antiquum nomen in novum mutant. Cod. Reg. 2784. fol. 327. v. conferenda cum ea quam edidit Leo Allatius in notis ad Georg. Acropolitam pag. 241. BOIVIN.

Pag. 380, 13. Σκοπίων πολίχνιον] Vide easdem notas pag. 297. Et Leunclavium in Pandecte Turcico n. 169. DUCANG. Τὸ τῶν Σκοπίων πολίχνιον . . . οὐ παραψάοντα καὶ τὸν Ἀξιὸν τεθεάμεθα ποταμόν] Non congruit haec Geographia cum hodiernis tabulis, quae Scupos urbem longe ab Axio seu Bardario flumine positam exhibent. Atqui Scopia, et Scupos, eandem urbem esse, inter omnes Geographos constat. Vide Ortellii, Mercatoris, Samsonis, Brietii et aliorum tabulas geographicas. BOIVIN.

Pag. 381, 11. Δέδοται κ. τ. λ.] Iob. cap. III. v. 20. BOIVIN.

Pag. 382, 11. Ὅσσαι οἱ ὁμοῦ τράφεν κ. τ. λ.] Hom. Od. IV. BOIVIN.

Pag. 382, 23. Βασιλέως νύμφην] Erat quasi nurus. Nam Andronicus senior eam uxorem delegerat filio fratris sui. BOIVIN.

Pag. 384, 1. Ἦν μετωνόμασεν Ἀνναν] Cantacuzen. lib. I. cap. 40. 42. Fuit illa Ioanna Amedaei V. ex Maria Brabatensi altera coniuge filia: sic ex Ioanna, quibus id nominis insolens erat, Annam confecere Graeci. Vide Famil. Byzant. DUCANG.

Pag. 384, 12. Ἠλώζει καὶ ἡ Προυσαίων] Prusam Bithyniae metropolim ab Othmane seu Osmane Sultano obsessam, ac castellis duobus exstructis, praesidiis in iis collocatis, urbis vias omnes interclusisse, ne quid in eam posset importari, ac tandem fame domitam cepisse, narrat post Laonicum lib. I. Leunclavius lib. II. Hist. Musulman. A quo urbs ipsa, quae exinde Turcorum regia fuit, multis describitur in indice libitinario Osmanidarum. DUCANG.

Pag. 385, 2. Ἐξακισχλιοστοῦ] Christi 1331. DUCANG. Ἀρχομένου γὰρ τοῦ ἑξακισχιλ. ὀκτακοσ. τριακοστοῦ ἔκτου ἔτους] Anno incipiente sexies millesimo octingentesimo trigésimo sexto, non,

ut Wolfius per incogitantiam vertit, *trigesimo nono*. Ducangius, hac Wolfii interpretatione deceptus, annum hunc posuit Christi MCCCXXXI. qui fuit annus MCCCXXVII. BOIVIN.

Pag. 385, 10. *Τῶν θείων εικόνων*] Istius processionis ad columnam Porphyreticam I. die Septembris meminit Codinus de Off. cap. XV. n. 1. Vide notas ad Alexiadem pag. 382. et Constantinop. Christ. lib. I. sect. 24. n. 6. ubi haud pauca de hac Porphyretica columna, ac cruce illi imposita, et Byzantium ad hanc *θρησκεία*, seu religione, congressimus. DUCANG.

Pag. 390, 1. *Οἱ περὶ τὸν βασιλέα τὸν νέον Ἀνδρόνικον*] Non ausus dicere *Ἀνδρόνικος*, dixit *οἱ περὶ τὸν Ἀνδρόνικον*, quod re ipsa idem est. BOIVIN.

Pag. 390, 9. *Μιγάληλον*] Cognomento Strascimirum, de quo in serie Bulgariae regum agimus pag. 323. DUCANG.

Pag. 390, 13. *Διὰ τὸ νεωστὶ γεγεννημένον περὶ τὴν τοῦ Καίσαρος θυγατέρα κῆδος*] *Propter affinitatem, quam cum eo Crales contraxerat, ducta uxore filia Caesaris*. Ita vertendum; non, ut Wolfius, *propter recens contractam cum filia Caesaris affinitatem*. Nam qui uxorem ducit, is non dicitur affinitatem cum uxore contrahere, sed cum uxoris parentibus et cognatis. BOIVIN.

Pag. 390, 16. *Ἐπ' ἀδελφῆ*] Theodora. Vide lib. VIII. cap. I. sect. 3. BOIVIN.

Pag. 391, 4. *Ἀδελφὴ δὲ ἦν αὕτη*] Neda, quae aliis Dominica, Urosii regis Serviae filia, Stephani regis soror. Vide seriem regum Serviae n. 59. et 61. DUCANG.

Pag. 393, 17. *Δίκασον κύριε κ. τ. λ.*] David. Psalm. XXXIV. v. 1. Psalm. CVIII. v. 28. Isai. c. I. v. 2. BOIVIN.

Pag. 394, 12. *Τὴν Κράλαιναν*] Simonidem, Andronici imp. ex Irene altera coniuge filiam, quae cum ad Irenes matris exsequias Constantinopolim venisset, uti narrat Gregoras lib. VII. cap. 30., ad coniugem redire renuerat, a quo cum per legatos a patre repeteretur, illaque ne ad reditum cogeretur monachicum habitum induisset, illius frater consanguineus Constantinus Despota lacerato eius cucullo invitam et plorantem ad coniugem miserat. Idem Gregoras lib. VIII. cap. 1. DUCANG.

Pag. 395, 3. *Ἐκ τοῦ Κράλη Σερβίας*] Ad quem missus Calinicus legatus ab Andronico iuniore. Cantacuzen. lib. I. cap. 8. DUCANG.

Pag. 395, 8. *Ὅσαι ἐπὶ χάρτον γραφεῖσαι*] Duas chartarum species hic recenset Gregoras, alteram quam *chartam* vocat, alteram quam ex tenui linteo confectam scribit. Priore voce papyrum Aegyptiacam videtur innuere, quam Graeci recentiores *ξυλογάρτιον* vocabant: altera chartam ex linteo conceptis et contusis paratam, quam *χάρτινον χάρτην* dicunt. Vide Gloss. med. Graecit. in his vocibus. DUCANG.

Pag. 395, 12. *Περὶ Χριστούπολιν*] Quae urbs ad fugam ab Andronico iuniore delecta fuerat. Cantacuz. lib. I. cap. IV. VII. VIII. DUCANG.

Pag. 396, 2. *Ὁ τοῦ βασιλέως υἱὸς Θεόδωρος*] Is paullo ante ad patrem Constantinopolim venerat: uti narrat Cantacuz. lib. I. cap. LI. DUCANG.

Pag. 396, 17. *Καὶ γενεῶν κουρᾶ*] Supra lib. VII. cap. XII. DUCANG.

Pag. 396, 21. *Τῷ δ' ἐπιγενομένῳ μηνὶ νοεμβρίῳ*] An. Chr. MCCCXXVII. exeunte. BOIVIN.

Pag. 397, 17. *Περὶ τὸ Ῥήγιον*] Oppida duo hac appellatione observat Leunclavius in priore Onomastico Turcico, alterum quod Ῥήγιον μέγα vocat inter Selivream et Pontem minorem, Turcis *Bujuc-Zecmege*, I. *Ponte grande*, sive *Pons major*. Ῥήγιον autem nominatum censet a terra maris impetu abs se invicem divulsa, quae sinum hunc effecerit, ut eadem de causa divisum terrae motu a Sicilia Rhegium Italiae dictum. Alterum Rhegium μικρὸν dictum: Turci *Cutzuc-Zecmege*, I. *Pontem minorem* vocant, oppidum inter Pontem maiorem et Constantinopolim. Utrumque porro oppidum praeterea Ἄθυρον μέγα et Ἄθυρον μικρὸν Graecos appellare observat. Verum Ἄθύραν diversum esse oppidum a Rhegio, ex Procopio recte opinatur Ortelius, de quo quaedam notavimus ad Villharduinum n. CCXX. Rhegii porro Thracici passim mentio apud scriptores Byzantinos. DUCANG. Haec nota in Ducangii autographo cancellata erat. BOIVIN.

Pag. 398, 20. *Ἡ πελεκυφόρους*] Varangos, uti supra pag. 187. B. DUCANG.

Pag. 406, 3. *Κάδωνας*] Vide Gloss. med. Graecit. in hac voce. DUCANG.

Pag. 406, 19. *Νεωτεροποιὸν*] Soloecismus pro νεωτεροποιουῶ, etc. BOIVIN.

Pag. 407, 4. *Τὸ τῆς συνωμοσίας κ. τ. λ.*] Canon 18. Concilii Chalcedon. BOIVIN.

Pag. 407, 8. *Ἡ κατασκευὰς τυρεῦντες ἐπισκόπων*] Wolfius legendum putat κατ' ἐπισκόπων etc. In vulgatis Canonum editionibus legitur ἐπισκόποις ἢ συγκληρικοῖς. Vide Balsamonis, Zonarae, et aliorum Commentarios. BOIVIN.

Pag. 407, 17. *Ἀρχοντα τοῦ λαοῦ σου κ. τ. λ.*] Exod. cap. XXII. v. 28. Act. cap. XXIII. v. 5. Petr. Epist. I. cap. 2. v. 17. BOIVIN.

Pag. 407, 20. *Ἐν ἀδέσμῳ κατασχεθῆναι φυλακῇ*] Cantacuzen. lib. I. cap. L. DUCANG.

Pag. 409, 6. *Τοῦ δ' ἐπιόντος μηνὸς δεκεμβρίου*] Cantacuzen. lib. I. cap. XXXI. LIII. LIV. DUCANG.

Pag. 409, 21. *Ἀσάν Μιχαήλ*] Ioannis Asanis Bulgariae regis filius primogenitus. Vide Famil. Byzant. pag. 325. DUCANG.

Pag. 411, 15. Μιχάηλος γάρ] Cantacuz. lib. I. cap. LVI. LVII. LVIII. DUCANG.

Pag. 413, 24. Ὁ Βασιλικὸς Νικηφόρος] Dubium utrum Βασιλικὸς hoc loco sit nomen proprium, an dignitatis. Vide Ducangii Glossarium med. Graecit. in v. Βασιλικοί. Item eiusdem Glossar. med. Latin. in *Basilicus*. BOIVIN.

Pag. 414, 1. Ἐδόκει δὲ τοῖς ἤμιστα κρίνειν εἰδόσιν] Wolfius legit ἔφκει, et ad eam lectionem accommodavit interpretationem suam. BOIVIN.

Pag. 414, 13. Ἀλλὰ τὸ φρούριον ἐκεῖνο στερόδῳ ἀσφαλισάμενος] Wolfius legebat, ἀλλὰ τὸ φρούριον ἐκεῖνο Σέροδῳ ἀσφαλισάμενος, et interpretabatur, sed castellum Serrhas sibi commissum punit: id quod plane absurdum erat, cum de Serrharum deditione paulo ante facta constaret ex ipsius Gregorae verbis, capite superiori, sect. IV. BOIVIN.

Pag. 415, 6. Κατὰ τὴν ἔκτην δηλ. τῆς ἀγ. τεσσαρακοστῆς ἑβδομάδα] Wolfius legebat, ἑβδομάδος, vertebatque, *sexto die sanctae hebdomadis Quadragesimae*. Legendum ἑβδομάδα; et vertendum, *sexta videlicet hebdomade sanctae Quadragesimae*. Graeci Quadragesimam, ut nos, in septem hebdomadas dividebant, quarum ultima non ἀγία sed μεγάλη dicebatur. Vide Glossar. med. Graecit. in v. ἑβδομάς. Nos hebdomadem sanctam vocamus. Sexta ἑβδομάς inibat κυριακῇ πέμπτῃ τῶν ἀγίων νηστειῶν, quae est nobis Dominica Passionis. BOIVIN.

Pag. 415, 8. Ἀγχοῦ τοῦ Μαυροποτάμου] Quem Cantacuzenus Μέλανα ποταμὸν dictum ait Histor. lib. I. cap. XVIII. Huc pertinet id quod legitur Cod. Reg. 2990. fol. 70. v. ἡ λεγομένη νῦν Ἀργυρολίμνη, Γυρολίμνη γράφεται καὶ τὸ Μαυροπόταμον, μέλας ποταμός. BOIVIN.

Pag. 416, 7. Νῆες μακρὰ τετταράκοντα] Sabellicus decad. II. rerum Venet. lib. I. pag. 325. Petrus Iustinian. lib. IV. rerum Venet. sub init. DUCANG.

Pag. 416, 15. Τὸν πρὸ τοῦ Ἱεροῦ πορθμὸν] *Fretum, quod est ante Hierum*. De utroque *Hiero*, quorum alterum fuit Iovis Urii, alterum Serapidis, fuse Gyllius lib. I. cap. II. de Bosporo Thracio. BOIVIN.

Pag. 417, 18. Ὅποσα γεωργοῦσι λίμναι Κωπαῖδες τε καὶ Μαιώτιδες καὶ ποταμοὶ Τανάϊδες] Haec omnia Gregoras plurali numero, insolenter, et poëtica audacia: quanquam et nos vulgo dicimus, *les Palus-Meotides*. Copais, palus Boeotiae est. Nomen dedit urbs Κῶπαι, cuius meminerunt Homerus, Strabo, Stephanus, et alii. BOIVIN.

Pag. 420, 5. Ἐκμοχλεῦσαι ῥαδίως] Capta urbs ab Andronico iunior anno Mundi iuxta Graecos VI. MDCCCXXXV. (Christi MCCCXXVIII.) Indict. XI. Maii XIX. Cantacuzen. lib. I. cap. LIX. DUCANG.

Pag. 420, 13. Πρὸς τὰ περὶ τὸν Ῥωμανὸν τεῖχη] *Ad Romanam portam*. Wolfius pro, *ad urbis moenia, Romani portae vicina*. Sic idem paulo supra, τὴν τοῦ Ῥωμανοῦ πύλην interpretabatur *Romanam portam*, pro *Romani portam*; quae sic dicta est a S. Romani aede vicina. Vide Constantinop. Christ. lib. I. sect. XV. n. IX. BOIVIN.

Pag. 422, 12. Πρὸς τὴν θείαν εἰκόνα] Quae tum in Palatio asservabatur. Vide Constantinopolim Christ. lib. IV. pag. 91. DUCANG.

Pag. 422, 15. Καὶ περιχυθεὶς τοῦδαφος] Non satis scio, an eum humi prostratum adorasse imaginem dicat, an pulvere conspersisse caput: an imam imaginis partem humi iacentem esse amplexum. WOLFIUS.

Pag. 424, 19. Τῆς σεβασμίας τῆς θεομήτορος εἰκόνι] Deiparae Hodegetriae, ut supra cap. XVII. DUCANG.

Pag. 427, 10. Τετάρτη καὶ εἰκοστῇ τοῦ Μαΐου μηνὸς] Proinde die V. ab Urbe capta. DUCANG. Cantacuzenus Urbem ait a iunioris Andronico occupatam die Maii XIX., Gregoras die eiusdem mensis XXIV. Cave enim credas, id quod Ducangius credidit, Gregoram hoc loco voluisse assignare diem quintum ab Urbe capta. Immo diem ipsum captae Urbis ab eo poni hinc patet, quod ait, ἡ ἡμέρα ἐκείνη, ἐν ᾗ ταῦτα πάντα τετέλεσται, *dies quo haec omnia gesta sunt*, nempe ea omnia quae toto capite superiori narravit. Superest itaque ut inquiramus, uter in die assignando erraverit, Gregorasne, an Cantacuzenus. Ipsa Cantacuzeni verba asseram, Ἐπολέμησαν δὲ (loquitur de utroque Andronico) ἐν ἐνὶ μηνὶ καὶ ἔτεσιν ἕξ, ἀρχαμένων ἀπὸ τοῦ ἐννάτου καὶ εἰκοστοῦ ἔτους ἐπὶ τοῖς ὀκτακοσίοις καὶ ἑξακισχιλίοις ἐν τετάρτῃ Ἰνδικτιῶνι, ἐννεακαιδεκάτην ἄγοντος Ἀπριλλίου, ἄχρι τοῦ πέμπτου καὶ τριακοστοῦ ἔτους, ἐπὶ τοῖς ω'. καὶ γ'. ἐν πρώτῃ ἐπὶ δέκα Ἰνδικτιῶνι, Μαΐου ἐννάτῃ ἐπὶ δέκα. Id est, ut fere vertit Pontanus, *Belligerant annos sex, mensem unum, incipientes nimirum anno ab orbe condito vicesimo nono supra sex millia et octingentos, Indictione quarta, decimo nono Aprilis die, et ad annum quintum et tricesimum supra mille octingentos, Indictionem undecimam, et decimum nonum diem Maii producentes*. Chronologia haec tota fere vitiosa est. *Belligerant, inquit, annos sex*: immo, *annos septem* (vide Gregor. lib. XII. cap. III.), siquidem anni totidem effluerunt a mense Aprilis Indictionis quartae ad mensem Maium Indictionis undecimae. Deinde initium belli ponit, *Aprilis die XIX.* quod a Gregora Hist. lib. VIII. cap. VI. sect. 4. ponitur *Aprilis die XX*. Tum ait bellum productum esse *ad annum quintum et tricesimum*, quod ipse dixit productum esse usque ad Indictionem undecimam, quae incidit in annum trigesimum sextum. Idem, ut summam annorum Mundi compleat, addit ω'. καὶ γ'. errore manifesto, pro ω'. καὶ ς. seu VI. MDCCL. Denique diem assignat eum quem su-

pra diximus, nempe *diem Maii XIX.* pro quo Gregoras *diem* posuit *eiusdem mensis XXIV.* Iudicet nunc aequus lector, utri potior fides habenda sit. Apud me certe Cantacuzenus hoc loco nullam meretur, cuius chronologia (si tamen ea eius esse existimanda est) tot habet vitia in verbis tam paucis. BOIVIN.

Pag. 428, 18. *Μειρακίσκοι*] Seu *ἀρχοντόπουλοι*, de quibus supra lib. VIII. pag. 181. B. DUCANG.

Pag. 428, 25. *Φησί*] Psalm. LVII. v. 10. BOIVIN.

Pag. 429, 4. *Ἀργεῖν τῆς ἱερωσύνης*] Quae voces, uti loquimur, *suspendere a divinis*, significant. Vide Gloss. med. Graecit. in *ἀργία*. Vide Cantacuz. lib. II. cap. II. DUCANG.

Pag. 429, 13. *Ὅν δὴ καὶ πρῶτον εἶδε δῆμος Ἡρακλεώτης*] *Quem primum populus Heracleoticus patrem bonum et Deo plenum vidit.* Ita interpretabatur Wolfius. Sed illud, *primum*, quorsum pertinet? Mallet, *quem et iam ante* (id est, *priusquam esset episcopus*) *vidit populus Heracleoticus* etc. Veriorem tamen existimo eam interpretationem, quae *Πρῶτον* dignitatis ecclesiasticae nomen esse statuit. Vide Glossar. med. Graecit. in v. *Πρῶτος*. BOIVIN.

Pag. 430, 5. *Τῶν Βουλγάρων ἄρχων*] Cantacuzen. lib. II. cap. III. DUCANG.

Pag. 431, 3. *Λείσασα ἡ μήτηρ*] Maria, seu Xene Armeniae regis Leonis II. filia, quae hic *μήτηρ ἀφοτερόων* dicitur, scilicet Andronici iunioris imp. et Michaëlis Asanis Bulgariae regis, cuius socrus erat. Michaël enim Mariam Palaeologinam Andronici sororem uxorem duxerat. Vide stemma Palaeologorum in Famil. Byzant. DUCANG.

Pag. 431, 18. *Τῆς θείας γραφῆς*] Psalm. CI. v. 10. et CXXVI. v. 2. BOIVIN.

Pag. 432, 4. *Συνεργῶν ὁ πρωτοστράτωρ*] Synadenus. DUCANG.

Pag. 432, 23. *Ἐξάγεται καὶ ὁ Συργιάννης τῆς εἰρηκτῆς*] Cantacuzen. lib. II. cap. IV. DUCANG.

Pag. 433, 14. *Κατὰ Ὁρχάνου*] Cantacuzen. lib. II. cap. VI. VII. VIII. DUCANG.

Pag. 433, 15. *Καὶ ὅτι Νικαιαν*] Idem cap. XXIV. XXVI. DUCANG.

Pag. 434, 5. *Φιλοκρήνην*] Meminit istius loci etiam Cantacuzen. d. cap. VIII. DUCANG.

Pag. 434, 7. *Τὸν Ὁρχανον*] Chalcocondyles habet *Ὁρχάνην*, prima declinatione. WOLFIUS.

Pag. 434, 10. *Πρῶτα μὲν ψιλοῦς, ἔπειτα δ' ὀπλίτας*] Wolfius ita construebat, *ὀπλισάμενος, πρῶτα μὲν ψιλοῦς, ἔπειτα δ' ὀπλίτας*, vertebatque, *et ipse primum nudos, deinde armatos . . . in armis esse iussit.* Construendum, *ἐπεὶ δ' ἐώρα πολεμίων ἐνίους,*

πρῶτα μὲν ψιλούς, ἔπ. δ' ὄπλ. vertendumque ita ut edidimus.
BOIVIN.

Pag. 437, 16. Συγχώρησιν ἔγγραφον] Interpres, scriptam condonationem pro suggestu recitat: emendavimus, scriptam absolutionem in ambone recitat, quam συγχωροχάρτιον Graecos vocare, supra observatum. DUCANG.

Pag. 437, 21. Τέτταρας ἐκλεξάμενος ἄνδρας] Qui dicti sunt καθολικοὶ κριταί. Exstat in Cod. Reg. 2525². fol. 273. v. Ὁρκωμοτικὸν τῶν καθολικῶν κριτῶν, τῶν γενομένων παρὰ τοῦ εὐσεβοῦς βασιλέως κυροῦ Ἀνδρονίκου τοῦ Παλαιολόγου, γεγονῶς καθ' ὃν καιρὸν ἐσφραγίσθησαν. Exstat ibidem fol. 274. Ὁρκωμοτικὸν τοῦ δικαιοφύλακος καὶ ἀρχidiaκόνου τοῦ Κλειδᾶ, qui erat unus e catholicis illis iudicibus. Ibidem denique fol. 275. πρόσταγμα ὀρκωμοτικόν, sive ipsius imperatoris constitutio de eadem re. Quae omnia pertinere existimo ad illos iudices, ab Andronico iuniore delectos. Vide et infra lib. XI. cap. III. sect. 4. BOIVIN.

Pag. 437, 23. Ὡσα εἷς ἐκ τῶν ἐπισκόπων ἦν] Apri scilicet metropolitā, de quo Cleidas Dicaeophylax et archidiaconus in suo Ὁρκωμοτικῷ. Cod. Reg. 2525². fol. 274. BOIVIN.

Pag. 438, 13. Κατὰ Μαρτίνου] Vide Cantacuzen. lib. II. cap. X. XI. XII. XIII. Hist. Franco-Byzant. lib. VI. n. XXV. ubi ut Chios insula in Benedicti Zachariae Genuensis potestatem venerit, et ut ab Andronico recepta fuerit Martino illius domino captivo facto, atque ut a Genuensibus Ioanne imperante rursus capta fuerit, pluribus narramus. DUCANG.

Pag. 438, 17. Ὅσα καὶ δοῦλος] Sic Graeci quem *Vassallum* Latini vocant, efferre solent. Vide notas ad Alexiadem pag. 398. DUCANG.

Pag. 438, 22. Τῷ ἀδελφῷ] Benedicto Zachariae. DUCANG.

Pag. 439, 12. Ὀλίγων μέντοι] Cantacuzen. lib. II. cap. XIV. DUCANG.

Pag. 440, 18. Καὶ εἰσποιεῖται τὸν Συργιάννην] Istius adoptionis Syrgiannis non meminit Cantacuzenus, quam rursus attigit Gregoras lib. X. cap. VI. Ita Maria Palaeologina Bulgariae regina Swetislaum, qui Smiltzae in hoc regno successit, adoptasse legitur apud Orbinum in Hist. Slavorum. Vide Dissertat. XXII. ad Ioinvillam pag. 270. DUCANG.

Pag. 441, 19. Ἐς τὸ Αἰθήνης φρούριον] Id est in perpetuum carcerem, tametsi scribat Leunclavius in priore Onomastico Turcico ita appellatum castrum, quod eo conclusi tanquam perpetuis in carceribus oblivioni traderentur, idemque esse quod Graeci Νεόκαστρον, et Λαιμόκαστρον vocant ad V. ab Urbe lapidem, ad Bosporum in Europaeo situm littore. Quod si ita est, id porro nominis a Graecis eidem castro inditum fuerit, quomodo Persae simili de causa Αἰθήνης φρούριον in Perside appellarunt, de quo Agathias lib. IV. pag. 138. Procopius lib. I. Persic. etc. DUCANG.

Pag. 442, 3. Πῆ μὲν στήσεται, πῆ δὲ διαβήσεται] Construo cum ἐστειρημένον τοῦ βλέπειν, ut sensus sit, non videntem ubi staret, vel quo transiret. Aliter Wolfius. BOIVIN.

Pag. 442, 11. Νᾶμα τῆς ὑπεράγνου θεομήτορος τῆς Πηγῆς] Cantacuzenus lib. II. cap. XVII. et XX. Vide Constantinopolim Christ. lib. IV. sect. XV. n. XIII. ubi de istius fontis virtutibus multa. DUCANG.

Pag. 443, 9. Ἄλλ' ἐκάλυψεν etc.] Psalm. LXVIII. v. 37. 21. 72. BOIVIN.

Pag. 444, 17. Ἐπίστρεψον] Psalm. CXIV. BOIVIN.

Pag. 446, 5. Καὶ φιλόχριστον] Epitheton vulgo datum monachis. DUCANG.

Ibidem. Βασιλέα Ἀντώνιον] In Wolfiana editione deerat vox βασιλέα. Eam nos ex Codice Regio restituiimus. BOIVIN.

Pag. 446, 13. Ζητῆσαι et δέξασθαι] Aoristi pro futuris. Sic supra lib. VIII. cap. VI. sect. 1. BOIVIN.

Pag. 446, 18. Ὅψ' ἐτέρου λοιπὸν τὴν χεῖρα χειραγ. ἄνω μὲν ἐρυθρὸν etc.] Id est, *Alio manum regente, Crucis sacrosanctae duo signa, rubrum quidem supra, infra vero nigrum apposuit, iussus scilicet oblato instrumento subscribere: non, ut interpretabatur Wolfius, alio manu ducente, supra rubram Crucem, inferne nigram gestans, vivere situs est.* BOIVIN.

Pag. 447, 5. Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ] Ὑστερον πρότερον. Gregoras egit supra de rebus gestis anno Christi MCCCXXX. Praedictiones autem, de quibus agit hoc capite, Byzantium allatae sunt anno MCCCXXIX. Certe epistola, qua illas refutavit, data est ante annum MCCCXXX. BOIVIN.

Pag. 449, 3. Ὅποσα γὰρ, ἔφην, κ. τ. λ.] Exstat haec epistola in Codice Vaticano 1086. et inscribitur, τῷ Πεπαγωμένῳ, περὶ τῶν ἐλθουσῶν αὐτῷ τερατολογιῶν, τῶν μὲν ἄνωθεν ἐκ Τραπεζοῦντος, τῶν δὲ κάτωθεν ἐξ Ἰταλίας. BOIVIN.

Pag. 449, 16. Νιφάδεσσι] Hom. II. III. 222. BOIVIN.

Pag. 450, 19. Τῶν μεσημβρινῶν] Calabros credo intelligit. Nam Calabria inter occasum et meridiem sita, si Byzantium spectes. BOIVIN.

Pag. 452, 18. Θέρους, οὔτε τὸ ἐφεξῆς κ. τ. λ.] Aestas anni 1330. solis defectionem habuit die Iunii XVI., de qua infra cap. XII. sect. 2. Item autumnus anni 1331. Nov. die XXX., ut infra quoque dicetur cap. ult. Itaque haec videntur scripta fuisse anno 1329. BOIVIN.

Pag. 454, 7. Τοῦ δ' ἐπιγενομένου ἡρος] Cantacuzen. lib. II. cap. XXI. XXV. DUCANG.

Pag. 455, 1. Τῆς ἐκκαιδεκάτης τοῦ λουλίου ἡμέρας *) τὸν κῶ τοῦ Ὡ μοῖραν ἀμείβοντος τοῦ ἡλίου] Nostra aetate, XVI. Iulii sol

*) Τετάρτην καὶ εἰκοστὴν τοῦ καρκίνου τηρικᾶτα μοῖραν. BOIVIN.

tertium Ω gradum, non autem 24 Θ tenet. Quare videant of ἀστρολόγοι καὶ χρονολόγοι, an intra 200 annos 9 graduum discrimen conflari potuerit; atque, ipsine errent, an errarint Byzantini. WOLFIIUS.

Pag. 456, 13. Ἦν αὐτῶ παῖς etc.] Inde incipiebat caput περὶ τῆς ἐπιβουλίας τοῦ Κράλη παρὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, de insidiis quas Crali filius suus fecit, non, quas Crales filiis suis fecit, ut legebatur in Wolfiana editione. BOIVIN.

Pag. 456, 16. Τῇ τοῦ Καίσαρος θυγατρὶ] Maria Palaeologina Ioannis Palaeologi Caesaris filia, et Michaëlis Palaeologi imperatoris neptis. Vide Famil. Byzant. et seriem regum Serviae n. LXI. DUCANG.

Pag. 457, 16. Ἐς δὲ τοῦπιὸν ἔτος] Cantacuz. lib. II. cap. XXVI. XXVII. Vide seriem regum Serviae in Famil. Byzant. n. XLVII. et XLVIII. DUCANG. Ἐς δὲ τοῦπιὸν ἔτος] Proximo anno, scilicet post Michaëlis Bulgari cladem: anno autem non Christi, sed Mundi, eoque Byzantino, qui inibat mense Septembri. Is annus fuit Mundi VI. MDCCCXXXIX. Christi MCCCXXX exiens. BOIVIN.

Pag. 458, 12. Καὶ Νικαίαν εἶλον] Ut Nicaea capta fuerit ab Orchane Sultano, anno scilicet Mahumetano DCCXXXIV. Christi MCCCXXXIII. narrat Leunclavius lib. IV. Hist. Musulman. tum ex annalibus Turcicis, tum ex Laonico, tum aliis scriptoribus pag. 180. 181. 190. Illa autem, ut et Nicomedia ab Orchane pariter capta, tum Graecis parebat, ut patet ex Gregora, lib. IX. cap. IX. et Cantacuz. lib. II. cap. XXIV. XXVI. quod ignorasse videtur Leunclavius, qui nescio quem Regulum Nicaeae praefuisse ait. Utriusque porro urbis frustra tentatae obsidionis, non vero captae, meminit ibidem Cantacuzenus: contra vero Phranz. lib. I. cap. XXVII. DUCANG.

Pag. 458, 15. Καὶ ἁγίων γυναικῶν λείψανα δύο] Nicaeae martyrium passas S. Antoninam XII. Iunii et S. Theodotam cum tribus filiis suis XXVIII. Iulii, habent Menaea: an istas intelligat Gregoras, incertum manet. DUCANG.

Pag. 458, 16. Τὰς οἰκήσεις ἐν τοῖς παραλλοῖς Βιθυνίας] Hinc scribit Leunclavius post captam Nicaeam, Orchanum ipsum diu hanc urbem Portae sive Regiae loco habuisse pag. 195. DUCANG.

Pag. 458, 23. Ὁ Μετοχίτης ἐλθὼν ἐκ τῆς ἑξορίας] Dialog. Φλωρέντιος, seu περὶ σοφίας, Cod. Reg. 3284. fol. 246. v. Μητρόδωρος μὲν ἐκεῖνος (ita illic vocatur Metochites) ὁ περιττὸς τὴν σοφίαν, ᾧ φίλε Κριτόβουλε, ἐπειδὴ τὰ τῆς ἡγεμονίας ἐς Ἡρακλείδας (id est ad Andronicum iuniorem) μετακεκλυβενται, δεδήμενται μὲν τὴν οὐσίαν, πάνυ τοι πλείστην οὐσαν· αὐτὸς δ' ἐπὶ δυοῖν ἑξοστρακίζεται τοῖν ἐνιαυτοῖν. ἔπειτα ἐπανελθὼν οἴκαδε, καὶ μικρὸν ἐπιβιούς, ἐτελεύτησε, νόσοις βαρβαίαις τὸ σῶμα δαπανηθεῖς. Ita-

que Metochites in exilium missus, domum rediit post biennium, anno scilicet MCCCXXX. BOIVIN.

Pag. 459, 8. Ἡ τοῦ βασιλέως Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ πενθερά] Vide Constantinopolim Christ. lib. IV. sect. XV. n. 5. ubi de Chorae monasterio et illius conditoribus ac instauratoribus multa.

DUCANG.

Pag. 460, 6. Ἐπισκότησις ἡλιακή] Anno Chr. MCCCXXXI. die 30. Nov. Calvisio. BOIVIN.

Ibidem. Τοσαύτας ἡμέρας . . . ὅσα καὶ αὐτὸς ἦν ἔτη τὰ πάντα βεβιωκώς] Ergo dies LXXIV. Vide Possini observationes Pachymerianas lib. III. cap. VIII. sect. IV. ad Hist. Michaëlis. BOIVIN.

Pag. 460, 8. Ἐκλειψις σεληνιακή] Die 15. Decemb. BOIVIN.

Pag. 460, 9. Ἐν ἑσπέρῳ] i. e. vigilia ante diem festum.

BOIVIN.

Pag. 460, 11. Κατ' αὐτὴν μὲν γε τὴν τοῦ φεβρουαρίου δωδεκάτην] Wolfius, codice usus male interpuncto, haec coniungebat cum iis quae praecedunt, et ita vesperam commemorationis D. Antonii conferebat in diem Februarii duodecimum. Bollandus ad diem XI. Februarii pag. 507. in indice praetermissorum annotat, *S. Antonium patriarcham Constantinopolitanum hoc die (id est die XI. Februarii) memorari in catalogo generali Ferrarii: at in Martyrologio Romano et Menaeis, XII. Februarii.* Favent itaque Wolfianae interpretationi Martyrologium Romanum et Menaea; nostrae Codex Regius, constructio ipsa verborum et catalogus Ferrarii.

BOIVIN.

Pag. 460, 19. Ἐκ σιδήρου σταυρῶν] Quas quidem cruces Σιγνόχριστα appellabant. Vide Glossarium med. et infimae Graecitatis in hac voce. DUCANG.

Pag. 462, 1. Διὰ τὰ τῶν νησιτίμων ἐκείνων ἡμερῶν] Quibus monachi ξηροφαγίαν observabant. Vide Glossar. med. Graecit. in hac voce, ubi istius ξηροφαγίας cibi recensentur, in quibus παγούρια seu *cancri marini*, proinde ὄστρακόδεσμα recensentur. DUCANG.

Pag. 462, 15. Ἐγκόλπιον] Vide Gloss. med. Latin. et Graecit. in *Encolpium*, et Ἐγκόλπιον. DUCANG.

Pag. 462, 18. Ἀπήλλαξεν] XIII. Februarii, circa horam XII. noctis, ut praefert adscripta nota Codici Cantacuz. lib. II. cap. XXVIII. anno Chr. MCCCXXXII. Indict. XV. DUCANG.

Pag. 463, 4. Εὐρηται γὰρ ἐν πολλοῦ βίβλος] Vide notata ad lib. VIII. p. 188. C. DUCANG.

Pag. 463, 18. Μονὴν τοῦ Λιβὸς] De quo monasterio egimus in Constantinopoli Christ. lib. IV. sect. II. n. XXVI. DUCANG.

Pag. 463, 19. Ἐνθα δὴ καὶ τὸ πένθος κατ' ἔθος] Ubi de more exequiae eius etc. Verterat Wolfius, ubi de more quotannis etc., quasi non solum κατ' ἔθος, sed et κατ' ἔτος, legisset.

BOIVIN.

Pag. 463, 20. Ἐπὶ ἑννέα ἡμέρας] Vide Glossar. med. Graecit. in Ἐννεα. DUCANG.

Pag. 465, 1. Τῇ μέντοι δευτέρῳ τοῦ πένθους] Hinc discimus tempus quo eae orationes funebres haberi solebant, statim scilicet post exactum novendiale. DUCANG.

Pag. 467, 20. Νῦν ἔδει] Sic supra p. 213. B. BOIVIN.

Pag. 471, 12. Τίς δώσει] Ierem. cap. IX. v. 1. BOIVIN.

Pag. 471, 15. Τὴν Ὀρφέως ἐν τραγωδίαις δύναμιν] In tragicis lamentationibus, non in tragoediis. Nam Orpheum Tragoe-dias scripsisse, nemo hactenus dixit, quod sciam: ac longo post Orpheum tempore floruit is qui

Ignotum Tragicæ genus invenisse Camoenæ

Dicitur, et plaustris vexisse poemata Thespis. BOIVIN.

Pag. 471, 22. Ἴνα τί δέδοται κ. τ. λ.] Iob. cap. III. v. 20. BOIVIN.

Pag. 472, 5. Οἱ τοῦ βασιλέως θρηνοὶ] Pro οἱ τῆς τοῦ βασιλέως τελευτῆς θρ. Sic infra cap. II. sect. 2. τὴν τοῦ βασιλέως συμφορὰν, pro τὴν τῆς τοῦ βασιλέως τελευτῆς συμφ. BOIVIN.

Pag. 472, 15. Τέταρτον μὲν δὴ καὶ ἑβδομηκοστὸν ἔτος] *Moriens annum ætatis explebat septuagesimum quartum.* Mortuus est (ut infra dicetur, huius cap. sect. ult.) anno Mundi VI. MDCCLXXII. Christi MCCCXXXII. Ergo natus erat anno Mundi VI. MDCCLXVI. Christi MCCLVIII. Vide annotata ad pag. 51. A. Cantacuzenus Hist. lib. II. cap. XXVIII. Andronicum avum obiisse ait annos natum LXXII. Ita de annorum numero biennium detrahit. Sed mihi, ut iam dixi, Cantacuzeni chronologia suspecta est. Vide annotata ad pag. 262. B. BOIVIN.

Pag. 473, 20. Τῆς αὐτοῦ συμπαθοῦς γνώμης τεκμήριον] Ob pietatem et alias animi dotes etiam laudatur a Nicephoro Xanthopulo:

Τῆς εὐσεβείας Ἀνδρόνικος ὁ στῦλος,

Ἀσύγκριτος νοῦς, ἐξηρημένη φύσις. DUCANG.

Pag. 474, 10. Ἐξακισχιλιοστὸν] Christi MCCCXXXII., ut paullo ante notavimus. DUCANG.

Pag. 474, 11. Τηνικαῦτα δὲ καὶ τῷ νέῳ βασιλεῖ Ἀνδρ. ἔκτον καὶ τριακοστὸν] Andronicus iunior, Indictione octava ineunte, annos natus erat XXVII. teste Cantacuzeno Hist. lib. I. cap. XI. porro annus is erat Christi MCCCXXIV. ad finem vergens. Anno igitur MCCCXXXII. cum avus eius Andronicus supremum diem obiit, nondum ipse explebat annum ætatis XXXV. Itaque nec de ætate Andronici iunioris Cantacuzenum inter et Gregoram convenit. BOIVIN.

Pag. 474, 12. Ἐκτον καὶ τριακοστὸν] Natus igitur Andronicus iunior anno MCCXCVI. DUCANG.

Pag. 474, 13. *Τριάκοντα μεταξὺ*] Obiit proinde Theodorus Metochita XIV. Martii anno MCCCXXXII. DUCANG.

Pag. 475, 1. *Ἐμοὶ δὲ ᾧ παρόντες*] Abest haec Monodia a Codice Regio 2558. ut et Monodia in obitum Andronici senioris. Lectiones a vulgatis diversas suppeditavit Codex Colbertinus, in quo hanc de Theodori Metochitae obitu lamentationem, cum variis recentiorum Graecorum opusculis coniunctam, reperimus. Caeterum Gregoras non Monodia solum, sed et Epitaphio Metochitam mortuum prosecutus est. En epigramma, quale occurrit initio Codicis Regii 2541.

*Τοῦ Γρηγοῤᾤ ἐπίγραμμα, ἐπὶ τῷ τάφῳ τοῦ μεγάλου
Λογοθέτου.*

Ὅς πάρος ἐν σοφίῃ μέγα κῦδος ἔην γε θνητῶν,
Βαίως ᾧδὲ λᾶας τοῦ γε κέκευθε νέκυν.
Ἄημος σεπτῶν Μουσάων ὀλολύξατε πᾶσαι·
ᾠλετο κείνος ἀνήρ· ᾠλετο σοφίῃ πᾶσα.

Scripserat credo, ᾠλετο πανσοφίῃ. Nam ᾠλετο σοφίῃ πᾶσα est nimis inconditum. Caetera, quanquam et ipsa minime modulata, non corrigo; cum sciam illius temporis poëtas plerosque legum metricarum ignaros prorsus fuisse: cui quidem rei argumento sunt poëmata ipsius Metochitae, viri quidem docti, sed versificatoris pessimi, cuius sepulchro nefas fuit bonum epigramma inscribi.

BOIVIN.

Pag. 475, 8. *Πρὸς ἀβύσσους πνθμένας*] Τὸ ἀβύσσους adiective usurpatum videtur. WOLFIUS.

Pag. 482, 1. *Θέρους δὲ ἐπιγενομένου*] Cantacuzenus lib. III. cap. II. scribit Ioannem, cum pater obiit (an. scilicet MCCCCLVI. *) Iunii XXV.) novennem fuisse. Proinde natus anno MCCCXXXVII. Laonicus duodennem fuisse ait. DUCANG.

Pag. 482, 11. *Κιντζούστρα*] Videtur legendum καὶ τζούστρα. De hac utraque apud Latinos usitatae decursionis ac monomachiae ludicrae speciei dissertationes duas edidimus ad Ioinvillae historiam, VI. VII. ubi Gregorae et caeterorum scriptorum Graecorum eo spectantes locos multis expendimus, maxime pag. 168. DUCANG. *Καὶ ντζούστρα παρὰ Λατίνοις καλεῖται*] Ita Cod. Regius. At in Wolfiana editione legebatur *Κιντζούστρα*, vox, ut mihi videtur, facta ex Gallico *qui joustera?* Vide et notas Ducangii ad hunc locum.

BOIVIN.

Pag. 483, 3. *Τόρνε*] Expressit Gallicum *Tournoi*. DUCANG. *Ὁ δ' ἔτερος τῶν ἀγώνων Τορνεμὲν*] Ita idem Codex Regius, non *Τόρνε μὲν*, ut legebat Wolfius. Facta etiam haec vox ex Gallico vocabulo *Tornement*, vel *Tournoient*, quod et *Torneamen* et *Tor-*

*) Immo MCCCXLI. Iunii XV. et natus anno MCCCXXXII. BOIVIN.

neamentum ab infimae Latinitatis scriptoribus dici solet. Cantacuzenus Hist. lib. I. cap. XLII. vocat Τερνεμένα. BOIVIN.

Pag. 483, 7. Οὕτω μὲν πρότερον· νῦν δὲ συνεχῶς τελουμένου] Testis est Cantacuzenus eos ludos non fuisse in usu apud Byzantinos, antequam Andronicus iunior uxorem duxisset Annam Sabaudam. Ἐκ μέντοι Σαβῳάτας, inquit, οὐκ ὀλίγοι τῶν εὐπατριδῶν εἰς τὴν Ῥωμαίων ἀφικνούμενοι . . . τὴν λεγομένην Τζουστρίαν καὶ τὰ Τερνεμένα αὐτοὶ πρώτοι ἐδίδαξαν Ῥωμαίους, οὐπω πρότερον περὶ τῶν τοιούτων εἰδότας οὐδέν. Unde suspicor legendum esse hoc loco apud Gregoram, τούτου τοίνυν οὐπω μὲν πρότερον, νῦν δὲ συνεχῶς τελουμένου, id est, hoc itaque certamen nunquam superiori aetate, at nunc quotidie celebrari solitum. Nec obstat quod idem Gregoras supra (hoc cap. sect. 1.) dixerit, saepius iam antea eosdem ludos fuisse ab Andronico editos. Nam illud, saepius iam antea, non pertinet ad superiora saecula, sed ad ipsius Gregorae aetatem. Οὐπω in οὕτω mutatum passim in codicibus manuscriptis occurrit. Vide lib. XVII. infra cap. II. sect. 1. BOIVIN.

Pag. 483, 13. Ἀνέγκλητον] Vide eandem dissertation. VII. pag. 169. 170. DUCANG.

Pag. 483, 21. Τούτων τοίνυν] De hoc suscepto bello adversus Alexandrum Bulgarorum regem ab Andronico iuniore, et pace inita, agit Cantacuzenus lib. II. cap. XXVI. XXVII. DUCANG.

Pag. 486, 20. Ὁ τοῦ Καίσαρος μὲν υἱός] Ioannis Palaeologi, cuius supra meminit lib. IX. cap. XXXVI. filius, Constantini Porphyrogeniti Michaëlis imp. filii nepos. Vide stemma Palaeologorum. DUCANG.

Pag. 488, 24. Ὁ δὲ γε Συργιάννης] Cantacuzenus lib. II. cap. XXIV. DUCANG.

Pag. 489, 3. Τζαμπλάκωνος] Qui magni Papiae dignitate donatus dicitur Cantacuzen. lib. II. cap. XXVII. DUCANG.

Pag. 489, 20. Βασκαίνειν γὰρ ἔφαμεν αὐτῷ] Nusquam dixit Gregoras invidisse aulicos Syrgianni. Itaque legendum ἔφασκεν, non ἔφαμεν. BOIVIN.

Pag. 490, 11. Καὶ ἡ μήτηρ τοῦ βασιλέως] Cantacuzen. lib. II. cap. XXVIII. DUCANG. Cantacuzenus Hist. lib. II. cap. XXVIII. eam ait obiisse anno integro et dimidio post obitum senioris Andronici; quem constat mortuum anno Chr. MCCCXXXII. Februar. die XIII. Sic illam oportet obiisse anno Chr. MCCCXXXIII. mense Augusto. BOIVIN.

Pag. 490, 14. Σὲ δὲ ὧ μάλιστα καὶ θεϊότατε βασιλεῦ] Haec oratio exstat in Codice Regio, in quo tamen aliae fere eiusmodi declamationes omissae sunt. BOIVIN.

Pag. 491, 12. Καθάπερ ἐπὶ στερόφῳς κρηπίδος] Wollio κρηπίς est *crepido*. Sed *crepido consilii* quid sit, non video. BOIVIN.

Pag. 493, 15. Χολοβάφινον] Vide Glossar. med. Graecit. in v. Χολόβαφος. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 495, 12. Ἦρος δὲ ἐπιστάντος] Cantacuzenus eod. lib. cap. XXIV. DUCANG. Ἦρος δ' ἐπιστάντος] Eodem anno, quo Ioannes Calecas patriarcha creatus est. Proinde anno Chr. MCCCXXXIII. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 496, 16. Διάδοχον τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου... Ἰωάννην τὸν ἐκ τῆς πόλ. Ἀπρω κατέστ.] Cantacuzenus Hist. lib. II. cap. XX. eam rem videtur conferre in annum Chr. MCCCXXXI. Gregoras Hist. lib. XVI. cap. IV. Ioannem ait circiter annos XIV. patriarcham fuisse. Cum Gregora consentit Cod. Reg. 3058^a. fol. 98. ubi legitur, Ἰωάννης ἔνδοξος καὶ σοφὸς λίαν ὁ Καλέκας ἔτη ιδ'. At constat ex testimonio non solum Gregorae, sed ipsius quoque Cantacuzeni, abrogatum esse Ioanni Calecae patriarchatum anno Chr. MCCCXLVII. ineunte. Oportet itaque Ioannem creatum esse patriarcham an. Chr. MCCCXXXIII. cum ab an. MCCCXXXIII. ad annum MCCCXLVII. anni numerentur quatuordecim. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 497, 19. Σφραντζης ὁ Παλαιολόγος] Cantacuzen. cap. 25. Non desunt qui hoc Σφραντζης vocabulo Gallicum *Francois* exprimi putant, quod Georgio Sphranzae Historiae scriptori pro cognomento est. DUCANG.

Pag. 499, 19. Αἰσχρόν γὰρ ἴσως] Homer. II. β. v. 298. DUCANG. Αἰσχρόν γὰρ ἴσως κ. τ. λ.] Homer. II. II. 298. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 501, 12. Τῷ δ' ἐφεξῆς ἔτει] Hic tempora confundere Gregoram observat Pontanus ex Cantacuzeno lib. IV. cap. 8. Missi enim hi duo episcopi anno 1349. Ioanne Palaeologo et eodem Cantacuzeno imperantibus, quorum alter Minorita fuit Guilelmus Chissimensis, alter ex ordine Praedicatorum Gaspertus Cenetensis episcopi. De hac legatione copiose egit Waddingus hoc anno. DUCANG. Pontanus ad Cantacuzeni lib. IV. cap. IX. Gregoram temere et iniuria reprehendit, ut *tempora confundentem*, atque eos legatos, qui Cantacuzeno imperante Byzantium venissent, *sub Andronico* pluribus ante annis *missos* affirmantem: dignus ipse gravi reprehensione, qui ignoret an. Chr. MCCCXXXIII. Andronico imperante, antistites duos Latinos a Papa Ioanne XXII. legatos Byzantium venisse, de ecclesiarum concordia acturos. Qua de re exstat epistola Ioannis XXII. data Avenione anno Chr. MCCCXXXIII. Non. Iul. Quod si Cantacuzenus de missis ad Andronicum legatis tacet, de missis ad se multa narrat, non ea est Gregorae sed ipsius Cantacuzeni negligentia. Ducangius in notis Pontanum secutus est. ΒΟΙΒΙΝ.

Ibidem. Ἐπίσκοποι δύο] *Franciscus de Camerino*, Vosprensis, seu Bospori *) archiepiscopus, et *Ricardus* episcopus Cherso-

*) Exstat in Cod. Reg. 2950. pag. 147. inter opuscula Βαλαμῆ ἀπάντησις πρὸς τὰ ἐπιχειρήματα, ἃ πρὸς αὐτὸν εἶπεν ὁ ἀρχιεπίσκοπος Βοσπόρου. ΒΟΙΒΙΝ.

nensis. Vide Annales ecclesiast. Odorici Raynaldi, ad an. 1333. num. 17. 18. 19. item ad an. 1334. num. 4. 5. BOIVIN.

Pag. 507, 22. 'Ο καὶ παρ' αὐτοῖς δὴ τοῖς Ἰταλοῖς . . . σπουδαζόμενον ἴσμεν] Graeci Latinis Theologis passim obiiciunt istud cacoëthes argumentandi per syllogismos. Vide annotata ad Vitam Gregorae. BOIVIN.

Pag. 508, 10. Καὶ οὐχ ἦττον Πλάτωνι τῷ Ἀρίστωνος. θεὸν γὰρ φησι νοῆσαι μὲν etc.] Iustinus Martyr in Paraenetico ad Graecos haec verba non Platoni sed Mercurio tribuit. Ἐρμοῦ δὲ, inquit, σαφῶς καὶ φανερωῶς λέγοντος, θεὸν νοῆσαι μὲν ἐστὶ χαλεπὸν, φράσαι δὲ ἀδύνατον. Idem Iustinus in Apologia I. haec, quae fere idem sonant, Socrati tribuit, τὸν δὲ πατέρα καὶ δημιουργὸν πάντων οὐθ' εὐρεῖν ῥάδιον, οὐθ' εὐρόντα εἰς πάντα εἰπεῖν ἀσφαλές. BOIVIN.

Pag. 508, 12. 'Ο δὴ μικρὸν ὁ μέγας ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριος ἠγησάμενος] Vide notas Billii ad illud Gregorii Nazianzeni dictum. BOIVIN.

Pag. 508, 14. Θεὸν φράσαι μὲν κ. τ. λ.] Gregor. Naz. orat. II. De Theologia. BOIVIN.

Pag. 509, 5. Φησὶ γὰρ ὁ Νύσσης Γρηγόριος] Ὁμολογοῦμεν γὰρ ἀνεπαισχύντως ἡμεῖς, μήτε τινὰ λόγον διὰ ῥητορικῆς τετηγμένον ἐπὶ τοὺς ἀγῶνας παρεσκευάσθαι, μήτε δεινότητα διαλεκτικῆς ἀγχινοίας εἰς συμμαχίαν κατὰ τῶν ἀντιτεταγμένων προβάλλεσθαι, ἢ καὶ τὴν ἀλήθειαν πολλάκις εἰς ὑπόνοιαν ψεύδους ἐπὶ τῶν ἀπίερων ἀντιμεθίστησιν. Gregor. Nyss. lib. II. contra Eunomium, eodem sensu, sed non iisdem verbis. BOIVIN.

Pag. 510, 12. Σκότος ἀποκρυφὴν κ. τ. λ.] Iob. cap. XXII. v. 14. BOIVIN.

Pag. 510, 21. Γρηγόριος κ. τ. λ.] Ad Evagrium de Divinitate. BOIVIN.

Pag. 511, 14. Κύριος ἔκτισέ με κ. τ. λ.] Proverb. cap. IX. v. 22. BOIVIN.

Pag. 511, 15. Βασίλειος περὶ τῆς ἐμφαινομένης τῷ κόσμῳ σοφ. εἰρηῆσθαι] Basilius Magnus lib. IV. adversus Eunomium, ad illa verba, ΚΥΡΙΟΣ ΕΚΤΙΣΕ ΜΕ, ἀνάγκη οὖν, inquit, εἰς τὴν ἀνθρωπότητα αὐτοῦ νοεῖν. εἴποι δ' ἂν τις καὶ τὸν Σολομῶντα περὶ τῆς σοφίας εἰρηκέναι, ἧς καὶ ὁ Ἀπόστολος μέμνηται, εἰπὼν· ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῇ σοφίᾳ τοῦ θεοῦ οὐκ ἔγνω κόσμος διὰ τῆς σοφίας τὸν θεόν. Fortasse ad ea verba Gregoras respexit. BOIVIN.

Pag. 511, 21. Φάσκει τὸν λόγον] Gregor. Naz. oratione II. de Filio. BOIVIN.

Pag. 513, 6. Εἰπέ μοι, φάσκων κ. τ. λ.] Gregor. Naz. oratione de Spiritu sancto. BOIVIN.

Pag. 513, 11. Καὶ ἡμέρας αἰῶνος] Dies saeculi, non, ut vertebat Wolfius, aeternitatis. Nam dies aeternitatis numerare non magis facile est, quam in Dei profunda descendere. BOIVIN.

Pag. 513, 24. Ἐπὶ τῶν ἡμετέρων ὄρων κ. τ. λ.] Gregor. Naz. oratione prima de Filio. BOIVIN.

Pag. 514, 5. Οὐδ' ὀνόματα κ. τ. λ.] Gregor. Naz. ad Evangelium de Divinitate. BOIVIN.

Pag. 515, 8. Ἀποστόλου] Ad Romanos cap. VIII. v. 9. BOIVIN.

Pag. 516, 8. Ὡς σιωπῇ τὰ σφίσι λεγόμενα δέχεσθαι] *Ut quidquid illi dixerint, taciti ipsi admittant, non, ut interpretabatur Wolfius, ut quidquid dixeris, taciti ferant.* BOIVIN.

Pag. 518, 19. Φησὶν] Gregor. Naz. oratione περὶ δόγματος. BOIVIN.

Pag. 519, 13. Ὁ γε μὴν βασιλεὺς etc.] Vitiosa constructio. BOIVIN.

Pag. 520, 1. Ταῦτα διεξελθὼν ὁμόστοιχα λέγειν ἔδοξα etc.] Leo Allatius de eccles. Occid. et Orient. perp. consens. lib. II. cap. XVI. sect. 2. Pontificis Romani Benedicti XII. ad Robertum Siciliae regem epistolam profert, datam Avenione III. Kal. Sept. an. Chr. MCCCXXXIX. eique epistolae subiungit acta eodem anno inter eundem Benedictum Papam et Andronici iunioris legatos, Barlaamum et Stephanum Dandulum, qui de ecclesiarum concordia acturi Avenionem venerant. Denique, his omnibus velut praestructis, haec ipse addit de suo: *Concordia tamen subsecuta non est, Nicephori Gregorae omnia tum, et favore principis et eloquentiae nervis, susque deque miscantis pervicacia, qui proluxa oratione patriarcham ipsum, Dyrrhachinum episcopum, et alios per plures, seductos, in suam traxit sententiam, ne legati Pontificis audirentur, repudiarenturque omnia, quae concordiam similem stabilire viderentur.* Leo Allatius tempora confundit. Nam oratio illa Gregorae non ad an. Chr. MCCCXXXIX. aut MCCCXL. pertinet, sed ad an. MCCCXXXIII. ut supra dictum est. BOIVIN.

Pag. 520, 8. Καὶ ὁ δεσπότης] Andronici senioris imp. filius secundo genitus ex Anna prima uxore. Vide stemma Palaeolog. et scriptores ibi laudatos. DUCANG.

Pag. 523, 9. Κάρολλον τὸν τῆς Ἰταλίας ἑῆγα] Fallitur Gregoras. Robertus enim tum Italiae imperabat, cum Ioannis XXII. P. P. suasu ipse ac Latini principes invicem convenerunt ad comprimendas crebras Turcorum in Christianorum ditiones excursiones, anno scilicet 1326. DUCANG.

Pag. 525, 10. Οἱ δὲ Ῥόδιοι] Milites ordinis Hospitalis Hierosolymitani, qui Rhodum anno 1310. Turcis abstulerant. DUCANG.

Pag. 525, 12. Ὁ τῶν Κυκλάδων νήσων ἡγεμονεύων] Nicolaus Sanutus, qui Naxi, interdum Aegeopelaji Ducem sese inscribebat. Vide Hist. Franco-Byzant. lib. VII. n. 20. Infra Κυκλάδων νήσων ἀρχηγός. DUCANG.

Pag. 525, 18. Τῆς Μιτυλήνης] Cantacuzen. lib. II. cap. 29. ubi de capta a Catania Mitylene agit. DUCANG.

Pag. 525, 22. Ὁ τῶν Φωκαέων ἀρχηγὸς Κατάνης] Dominicus Catanias, Andreae qui Phocaeam novam subiugaverat filius, ut est apud Cantacuz. lib. II. cap. 13. Duplex enim fuit Phocaea, altera quam antiquam, altera quam novam vocant, Gregoras παραλίαν. Hanc postremam iure clientelae deinceps ex pacto cum Andronico seniore inito tenere Cataniae. DUCANG.

Pag. 530, 10. Καντακουζηνήν] Theodoram Palaeologinam. Vide stemma Cantacuzenorum. DUCANG.

Pag. 531, 15. Καὶ μετὰ βραχὺ συλλαβὸν τοὺς τὴν βασιλ. λάθρα σφετερ.] Anno, ut opinor, Chr. MCCCXXXVII. quanquam ex Cantacuzeni chronologia argui possit factum id esse anno MCCCXXXVI. ut ad paginam sequentem infra statim annotabimus. BOIVIN.

Pag. 534, 2. Μόνους δὲ τοὺς τοῦ Ἀσάν υἱοὺς etc.] Cantacuzenus lib. III. cap. XVII. testatur eos in carcere fuisse ἐπ' ἔτεσιν ἕξ. Id si verum est, oportet eos in carcerem coniectos fuisse ante annum MCCCXXXVII. siquidem ultimus eius sexemii annus incidit in annum Chr. MCCCXLI. exeuntem, ut ex eodem Cantacuzeno constat. At fortasse Cantacuzenus ad annos Mundi respexit, eosque inchoatos pro completis haberi voluit. Scilicet Asanis liberi in carcere manserunt ab anno Mundi VI. MCCCCXLV. inchoato ad annum Mundi VI. MDCCL. ineuntem, hoc est per sex annos, quorum primus et ultimus non integri, immo nec dimidii quidem fuerunt. BOIVIN.

Pag. 536, 7. Ἡ δὲ περὶ τὴν κ. τ. λ.] Solaris ponitur a Calvisio Martii die 2. anno Chr. MCCCXXXVII. BOIVIN.

Pag. 536, 9. Βασίλειος] Vide stemma imperatorum Trapezuntinorum. DUCANG.

Pag. 536, 11. Ἐπέμφθη δ' αὐτῷ καὶ σύζυγος Εὐδοκία] Ea Irene vocatur infra pag. 424. BOIVIN.

Pag. 536, 13. Ἰωάννης ὁ Κόντος] Hist. Franco-Byzant. lib. VI. n. 27. lib. VII. n. 20. et pag. 320. DUCANG.

Pag. 536, 17. Τῆς δὲ δίκης οὐ σιωπᾶν εἰθισμένης, ἐς τέλος ἐν τοῖς τοιούτοις βιαίως] Male haec interpuncta sunt. Sic autem debent interpungi, τῆς δὲ δίκης οὐ σιωπᾶν εἰθισμένης ἐς τέλος ἐν τοῖς τοιούτοις, βιαίως καὶ οὗτος τοῦ ζῆν ἀπερῶάγη, id est, Cum autem Vindicta ad extremum in his rebus tacere non soleat, violenta morte ipse quoque sublatus est etc. Aliter Petavius, codicis male interpuncti lectione deceptus. BOIVIN.

Pag. 537, 3. Ἀνωτέρω φθασ.] Lib. IX. cap. IX. sect. 5. BOIVIN.

Pag. 539, 2. Ἀλλὰ τοῦ αὐτοῦ θεροῦς ἰσταμένου] Ineunte eadem aestate. Cantacuzenus Hist. lib. II. cap. XXXIV. victoriam

de Turcis aestate exeunte reportatam affirmat, idque post Aetolicam expeditionem, de qua Gregoras capite VI. infra. BOIVIN.

Pag. 539, 5. "Ορχανος ὁ Ἀτουμάν] Leg. ὁ Ἀτμάν, vel ὁ Ὀτμάν, filius Othmanis, orientalis Bithyniae satrapa, Cantacuzeno lib. III. cap. 9. Hanc Orchanis expeditionem contra Byzantium ad annum 1330. refert Ioannes Villaneus lib. X. cap. 152. DUCANG.

Pag. 539, 8. Τὴν μὲν ἐξ Ἱεροῦ] *Ab Hiero*, non, ut vertebat Wolfius, *a templo*. Vide annotata supra ad pag. 255. C. BOIVIN.

Pag. 543, 9. Πλείονα τὴν στοργὴν καὶ στερό. πρὸς τὸν σύζυγον ἔσχε] *Maiore et firmiore affectu maritum diligebat*, non, *a marito diligebatur*, ut interpretabatur Wolfius, qui legebat πρὸς τὴν σύζ. BOIVIN.

Pag. 544, 20. Διὰ τὴν τοῦ δεσπότητος αὐτῶν τελευταίην] Cantacuzen. lib. II. cap. 32. 33. DUCANG.

Pag. 545, 16. Νικομήδεια] Quam paullo ante manu et armis inexpugnabilem fame expugnare adortus fuerat Orchanes, uti scribit Cantacuzen. lib. II. cap. 26. Ut porro tandem illa capta fuerit, narrat Leunclavius lib. IV. Hist. Musulm. pag. 186. DUCANG.

Pag. 545, 18. Τῷ μέντοι κατὰ ταῦτα ἐνιαυτῷ οὐδὲν ἱστορίας ἄξιον πέπρακται] Anno, ut mihi videtur, Mundi VI. MDCCLXVII. cuius anni quatuor primi menses pertinent ad an. Chr. MCCCXXXVIII., octo reliqui ad an. MCCCXXXIX. BOIVIN.

Pag. 545, 22. Τῷ δ' ἐξῆς ἔτει] Anno scilicet Mundi VI. MDCCLXVIII. cuius pars prima pertinet ad an. Chr. MCCCXXXIX. altera ad an. MCCCXL. BOIVIN.

Pag. 546, 9. Αὐτόθι κατοικεῖν ἔγνωκε τοῦ λοιποῦ] Vide lib. XIII. infra cap. VI. sect. 3. BOIVIN.

Pag. 546, 11. Ὁ Πρωτοστράτωρ] Cantacuzen. lib. II. cap. 34. DUCANG.

Pag. 546, 18. Τὴν θυγατέρα αὐτοῦ] Cantacuzen. lib. II. cap. 34. DUCANG.

Pag. 548, 6. Καὶ καθιστῶσιν ἡγεμόνα τῆς πολιτείας] Simonem Buccanegram. Vide Ioannem Villaneum lib. XI. cap. 101. lib. XII. cap. 26. Petrum Bizarrum lib. VI. Historiae Genuensis sub anno 1339. DUCANG.

Pag. 548, 24. Καὶ Βασίλειος] Vide stemma Trapezuntinorum imperatorum. DUCANG.

Pag. 550, 15. Παῖσας μέντοι μικρὸν ἐς Ἀκαρνανίαν ἀπήει] Haec verba ab interprete per incogitantiam omissa fuerant. BOIVIN.

Pag. 551, 13. Καὶ οἱ μὲν προσεχώρουν τῷ Τζανυχίτη etc.] Cum his coniungenda ea quae leguntur infra lib. XIII. cap. XI. BOIVIN.

Pag. 552, 20. Καὶ ὅσα τὴν Ρωμαίων ἡγεμονίαν ἐνδοξότεραν καθίστησι] *Et quaecunque nomina illustriorem faciunt Romani imperii (id est, Romanorum imperatorum) gloriam: non, ut vertebat*

Petavius, *tum ea praedicare, quibus Romanum imperium illustrius fecerat.* Sic infra, *Εὐχίτας τε ὀνομάζων αὐτοὺς καὶ Ὀμφαλοψύχους, καὶ ὅσα τούτοις ἐπόμενα, Euchitas eos et Omphalopsychos, et aliis eiusmodi nominibus appellans.* BOIVIN.

Pag. 552, 21. *Καὶ (ἴν' ὡς ἐν κεφαλαίῳ . . .) αὐτοῦ γὰρ ἅμα τῷ βασιλεῖ]* Vide annotata ad lib. I. pag. 3. C. Petavius hoc loco non assecutus est mentem auctoris, latentem scilicet sub insolenti verborum constructione. Similis constructio occurrit lib. IX. cap. X. sect. 8. BOIVIN.

Pag. 553, 2. *Περὶ ὧν ὕστερον πλατύτερον λέξομεν]* De iis Gregoras nihil amplius dicturus est. BOIVIN.

Pag. 553, 11. *Καὶ ἡ Φωκαέων πόλις]* *Phocaeorum civitas,* non *Phocensium,* ut vertebat Petavius. *Phocenses* sunt populi *Phocidis*, quae est Aethiopiae pars: *Phocaei*, cives urbis *Phocaeae*; de quibus Horatius,

Nulla sit hac potior sententia: Phocaeorum

Velut profugit exsecrata civitas

Agros atque lares proprios etc. BOIVIN.

Pag. 553, 19. *Καὶ οἱ Ἀκαρονᾶνες]* Cantacuzen. lib. II. cap. 34. DUCANG.

Pag. 554, 3. *Ἡ τοῦ μεγάλου δομestίκου καθέστηκε σιωπῆ]* Vel natura taciturnum fuisse significat Cantacuzenum, cui ut successori aut raptori imperii passim adulari videtur: aut, si hoc non vult, ex iis quae desunt in codice, rectius intelligeretur hic locus. WOLFIUS.

Pag. 554, 8. *Ἐαρος δ' ἐπιόντος]* Idem Cantacuzen. lib. II. cap. 40. DUCANG.

Pag. 554, 15. *Τρεῖς ὄντες αὐτοί]* Vertendum ita ut edidimus, non quemadmodum Wolfius. BOIVIN.

Pag. 555, 10. *Ῥάκος Ῥωμαϊκὸν ὑποδύς]* *Habitum indutus Romanum,* id est, *Byzantinum* seu *Graecum.* *Ῥάκος* proprie est *habitus monasticus.* BOIVIN.

Pag. 555, 11. *Καὶ Βαρλαάμ]* Totam Barlaami historiam describit pariter Cantacuzen. lib. II. cap. 39. 40. Gretserus ad eundem Cantacuzen. pag. 925. DUCANG.

Pag. 556, 1. *Τῷ διαλόγῳ]* Exstat in Codice Regio 3284. fol. 242. BOIVIN.

Pag. 556, 13. *Ἡρακλεῖδαι καὶ Κεκροπίδαι]* *Heraclidae,* iunioris Andronici factio; *Cecropidae,* senioris. BOIVIN.

Pag. 556, 13. *Ἀντὶ δὲ Νικηφόρου, Νικαγόρας]* Item *Μητροδώρος,* pro *Θεόδωρος ὁ Μετοχίτης.* *Ξενοφάνης,* pro *Βαρλαάμ.* Vide Gregorae Vitam huic volumini praefixam. BOIVIN.

Pag. 556, 20. *Κάντεῦθεν ὑγιέστερα τὰ Λατίνων ἐπισηφίσηται δόγματα]* Tamen Barlaamus per illud tempus scripsit pro Graecis contra Latinos. Exstant in Cod. Reg. 2950. *Βαρλαάμ μοναχοῦ*

καὶ φιλοσόφου λόγοι κατὰ τῶν ἐξ ὧν καὶ αὐτὸς εἶλκε τὸ γένος Ἰταλῶν etc. *Barlaami monachi et philosophi orationes adversus Italos, a quibus et ipse genus ducebat.* Eae sunt orationes viginti: quibus praefixum epigramma minime elegans, in quo lector iubetur gratias Deo maximas agere, quod Latinus contra Latinos praeclaras illas orationes scripserit. BOIVIN.

Pag. 557, 16. Καὶ σφαλλομένης εὐχῆς] Exstant in Cod. Reg. 2404. fol. 305. v. capita aliquot περὶ προσευχῆς, variis Palamae opusculis subiuncta, addito hoc titulo, τοῦ αὐτοῦ κεφάλαια περὶ προσευχῆς καὶ καρδίας καθαρότητος. Eorum unum, quod et primum in eo codice occurrit, ita habet: Ἐπειδὴ τὸ θεῖον αὐτοαγαθότης ἐστὶ, καὶ ἔλεος αὐτόχρομα, καὶ ἄβυσσος χρηστότητος, μᾶλλον δὲ καὶ τῆς ἄβυσσου ταύτης περιληπτικὸν ὡσπερέχον (fort. ὡς ὑπερέχον) παντός τε ὀνόματος ὀνομαζομένου, καὶ νοουμένου πράγματος, τῇ πρὸς αὐτὸ ἐνώσει μόνῃ τύχοι ἂν τις τοῦ ἐλέους. ἐνοῦται δὲ τις τούτῳ τῇ κοινωνίᾳ κατὰ τὸ ἐγγωροῦν τῶν ὁμοίων ἀρετῶν, καὶ τῇ κοινωνίᾳ τῆς κατὰ τὴν εὐχὴν πρὸς τὸν θεὸν δεήσεώς τε καὶ αἰνέσεως. ἀλλ' ἢ μὲν ἀρετῶν κοινωνία, δι' ὁμοιότητα, πρὸς ὑποδοχὴν τοῦ θείου ἐπιτήδειον τὸν σπουδαῖον πέφυκε κατασκευάζειν, οὐ μέντοι καὶ ἐνοῦν. ἢ δὲ τῆς εὐχῆς δύναμις αὐτὴν ἱερουργεῖ καὶ τελεσιουργεῖ τὴν τοῦ ἀνθρώπου πρὸς τὸ θεῖον ἀνάτασιν τε καὶ ἔνωσιν, σύνδεσμος οὖσα τῶν λογικῶν πρὸς τὸν κτίσαντα κτισμάτων· ὅταν μέντοι τῶν παθῶν καὶ τῶν λογισμῶν δι' ἐμπύρου κατανύξεως ὑπεραναβῆ τὰ τῆς εὐχῆς. τῷ γὰρ ἐμπαθεῖ νῶ ἐνωθῆναι τὸν θεόν, ἀδύνατον· ὡσθ' ὁ νοῦς, μέχρις ἂν τοιοῦτος ἦ εὐχόμενος, οὐδὲ τοῦ ἐλέους ἔτυχε· καθόσον δὲ τῶν λογισμῶν ἀνανεύειν δύναται, κατὰ τοσοῦτον καὶ τοῦ πένθους γίνεται· ἀναλόγως δὲ τῷ πένθει, καὶ τοῦ ἐλέους τῆς παρακλήσεως μεταλαγχάνει· κὰν τούτοις ἐγγροῖσας μετὰ ταπεινώσεως, καὶ τὸ παθητικὸν ἅπαν μετασκευάζει τῆς ψυχῆς. Id est, interprete C. V. Cl. Capperonnerio: *Quoniam Deus ipsa per se bonitas est, et misericordia, et bonitatis abyssus; seu potius hanc abyssum comprehendit, utpote qui sit supra id omne quod nominatur et intelligitur, misericordiam consequi nemo potest, nisi quatenus cum ipso Deo unitur. Neque enim cum ipso unitur quisquam, nisi similitum, quoad eius fieri potest, virtutum particeps fiat, et laudis ac precum, quas Deo inter orandum fundimus, habeat communionem. Id tamen intercedit discriminis virtutem inter et precationem, quod virtutum communicatio, propter huiusmodi similitudinem, virum probum ad susceptionem divinitatis aptum efficiat, non vero cum ea uniat; vis autem precum hominis ad Deum subvectionem et unionem perficiat, consecret, et rationales creaturas cum creatore arctissimo vinculo devinciat: dummodo pravos affectus et peccata per igneam compunctionem transcendat oratio. Nam fieri nequit, ut mens inordinatis affectibus commota cum Deo uniat. Sicque quamdiu mens orat hoc modo affecta, nondum est*

misericordiam consecuta: sed quantum e peccatis emergere potest, tantum etiam progreditur ad luctum, et pro sui luctus modulo misericordiae consolationem obtinet; ita ut si hoc in statu fuerit humiliter immorata, omnes animae affectus commutet. Caetera, quae proxime subsequuntur, eiusdem argumenti κεφάλαια omitto. Aestimet lector ἐκ τοῦ κρασπέδου τὸ ὕφασμα. BOIVIN.

Pag. 557, 22. Ἦκεν ἡ προθεσμία] Iunii dies XI. ut mox ostendemus. BOIVIN.

Pag. 559, 9. Ἐσπέρας γε μὴν ἰούσης, τὸ θέατρον διελύετο. καὶ ὁ μὲν Βαρλαάμ etc.] *Caeterum sub vesperam spectaculum illud absolutum est. Ac Barlaamus quidem etc.* Ita vertendum; non, ut vertebat Wolfius: *Caeterum sub vesperam spectaculo illo absoluto, Barlaamus ignominiam illam gravissime ferens, plenis velis in Italiam abiit;* quorum verborum hic videtur esse sensus, *Barlaamum ea ipsa die, qua Concilium habitum sit, plenis velis in Italiam abiisse, id quod ut absurdum ita etiam falsum est.* Constat quippe Barlaamum ex eo aliquamdiu Byzantii substitisse, nec in patriam reversum esse, nisi post obitum Andronici iunioris. Vide Cantacuz. lib. II. cap. XL. pag. 336. BOIVIN.

Pag. 559, 16. Ἐλαθε τῇ ὕστεραία] Postridie scilicet eius diei, quo Concilium habitum fuerat. Itaque Concilium habitum est die Iunii XI. Nam obiit imperator die Iunii XV. cum dies quatuor continuos aeger decubisset, ut statim ostendetur. BOIVIN.

Pag. 560, 1. Ἐπὶ τρίτην ἐγγύς ποῦ ἡμέραν] Imperator duobus diebus gravi sopore oppressus, tertio excitatus est: tum idem paulo post in soporem relapsus, ad tertium fere diem iacuit. Itaque dies saltem quatuor continuos decubuit. Cantacuzenus quatri-duo iacuisse eum in lecto significat. At Pontanus, Cantacuzeni interpres, ex quatuor diebus septem effecit. Nam cum a Cantacuzeno ὕστεραία, δευτέρα, τρίτη, τετάρτη positae forent, atque eae quidem suis quaeque symptomatis distinctae; ipse eam quae Graece δευτέρα esset, tertiam vocavit; quae τρίτη, tertiam a tertia, id est sextam posuit: denique (in fine capitis) eam diem, quae a Cantacuzeno τετάρτη diceretur, non quartam interpretatus est, sed Mercurii diem; nec advertit, diem Iunii XV. anno Mundi VI. MDCCCXLIX. Christi MCCCXLI. non incidisse in feriam quartam, quae est Mercurii dies, sed in feriam sextam, quae est Veneris. BOIVIN.

Pag. 560, 3. Κατὰ τὸ ζωμθ] Christi 1341. DUCANG.

Pag. 560, 5. Τὰ τῆς αὐτοκρατορίας ἔτη] Haec, quae cancellis inclusa sunt, cum Wolfius non invenisset in suo Codice, annos imperii viginti assignavit Andronico iuniori. Atque hinc factum puto, ut in ipsa huiusce Historiae inscriptione idem Wolfius summam annorum ampliaverit, numeraveritque annos CXLV. pro CXXXVII. ut supra annotavimus ad titul. libri primi. BOIVIN.

Pag. 560, 6. Ἐτη δυοκαίδεκα ἦν] Immo anni tredecim, et dies viginti duo. Nam Andronicus iunior Urbis potitus est anno

Mundi VI. MDCCCXXXVI. Christi MCCCXXVIII. ea nocte quae intercessit inter Maii diem XXIII. et XXIV. ut dictum supra lib. IX. cap. VI. et VII. Obiit autem anno Mundi VI. MDCCCXLIX. Christi MCCCXLI. Iunii die XV. BOIVIN.

Pag. 560, 8. Τῇ δὲ τρίτῃ τοῦ πένθους] Tertio post novendialia die. Vide supra notata ad lib. X. cap. 1. DUCANG.

Pag. 563, 4. Ἡμᾶς ἀποδύσασθαι] Haud scio an desit aliquid, de splendore vestium. Sed si nihil deest, mutationem certe vestitus significat τὸ ἀποδύσασθαι, quasi esset μετενδύσασθαι. WOLFIUS.

Pag. 564, 9. Οἱ τῆς ἐκκλησίας ἱεροὶ προστάται] Haec verba ex Gregorae naenia affert Cantacuzen. lib. IV. cap. 24. atque ex iis malam fidem Gregorae carpit. DUCANG.

Pag. 565, 13. Ἦδὺς καὶ χαρίεις τὸ εἶδος] Cantacuz. lib. II. cap. 21. extr. de Andronico iun. πᾶσι γὰρ οὐκ ἐπέραστος μόνον, ἀλλὰ καὶ θαύματος ἄξια ὄψις ἦν. DUCANG.

Pag. 566, 4. Ἐτρεφε γὰρ κύνας] Cantacuzen. lib. I. cap. 5. DUCANG.

Pag. 567, 1. Ὡς αἱ τοῦ ἐπιπέδου] Vide Gloss. med. Graecit. in v. προκνήσις. DUCANG.

Pag. 567, 19. Πυραμίδος] Vide idem Gloss. in hac voce. DUCANG.

Pag. 568, 12. Μερίστων καὶ περιφανῶν οἰκῶν] Aedium quae aedi Sophianae adiunctae erant, sacerdotibus et clericis addictae. DUCANG.

Pag. 568, 17. Φθορὰ καὶ κατάλυσις κατορχήσατο] Post haec verba, quibus clauditur liber undecimus, eadem manu in Codice Regio 2558. scriptum legitur: Ἐν ἔτει ςϞϞ᾽ μηνὶ δεκεμβρίῳ, δ', ἦλθεν ὁ βασιλεὺς κῦρος Ἰωάννης ὁ υἱὸς κυρίου Ἀνδρονίκου τοῦ βασιλέως ἐν Κωνσταντινουπόλει εἰρηνικῶς, προγεγονότων ὄρκων μετὰ συμφωνιῶν. τῇ δεκάτῃ δὲ τοῦ αὐτοῦ δεκεμβρίου, ἐξῆλθεν ὁ αὐθέντης ἡμῶν ὁ βασιλεὺς κύριος Μανουήλ, ἀναβὰς εἰς τὰ κάτεργα τῶν Βενετικῶν, καὶ ἀπεδήμησεν εἰς τὴν Φραγγίαν, ἕνεκεν βοηθείας τῆς εἰρημένης Κωνσταντινουπόλεως. Quae sequuntur, alia manu scripta sunt. Ἐν ἔτει ςϞϞ᾽. Ἰνδικτ. ἡ. μαρτίου κθ'. ἡμέρᾳ παρασκευῆ μεγάλη, ἦλθεν ὁ μακαρίτης βασιλεὺς κύριος Μανουήλ ἐν τῷ λιμένι τῶν Κερχεῶν (Κερχεῶν), καὶ τῇ ἡ' ἀπριλλίου ἤρξατο ἀνακαθαίρειν καὶ ἀνοικοδομεῖν τὸ ἐξαμίλιον, ὅπερ ἐνὶ τῷ μῆκος οὐργυιῆς (pro οὐργυιαῖς) γῶ. ἀνέστησε δὲ πύργους ἐπ' αὐτῷ ρνγ'. εὐρέθησαν καὶ γραμμάτια ἐν μαρμάρῳ λαξευτὰ, κατὰ τὸ μέρος τὸ ἐν τῇ Ἑλλάδι, λέγοντα οὕτως· ΦΩΣ ΕΚ ΦΩΤΟΣ, ΘΕΟΣ ΑΛΗΘΙΝΟΣ ΕΚ ΘΕΟΥ ΑΛΗΘΙΝΟΥ, ΦΤΛΑΞΗ ΤΟΝ ΑΤΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΟΝ, ΚΑΙ ΤΟΝ ΠΙΣΤΟΝ ΑΤΤΟΥ ΔΟΥΛΟΝ ΒΙΚΤΟΡΙΝΟΝ, ΚΑΙ ΠΑΝΤΑΣ ΤΟΥΣ ΕΝ ΤΗ ΕΛΛΑΔΙ ΚΑΤΟΙΚΟΥΝΤΑΣ, ΤΟΥΣ ΕΚ ΘΕΟΥ ΖΩΝΤΑΣ. Ἐν ἔτει ςϞϞβ'. Ἰνδικτ. ζ'. δεκεμβ. κ'. ἦλθεν ὁ μακαρίτης δεσπότης κύριος Κων-

σταντῖνος εἰς τὸν Μισηθρᾶν, καὶ ἐδιέβη εἰς τὴν πόλιν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὁ μακαρίτης δεσπότης κύριος Θεόδωρος· καὶ μετὰ ταῦτα ἀπῆλθεν ὁ αὐτὸς δεσπότης κύριος Κωνσταντῖνος ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει γεγωναὶ βασιλεὺς ἐν τῷ 570^η ἔτει. BOIVIN.

Pag. 571, 1. Πρὸ ἐτῶν ἑγγύς που ἑκατὸν καὶ πενήκοντα] Libri undecim priores historiam continent annorum CXXXVII. Vide quae annotavimus ad titulum libri primi. BOIVIN.

Pag. 572, 18. Ἠλικιώταις ἰδίᾳ γέγονεν εἶναι] Legendum fortasse, ἡλικιώταις διαγέγονεν εἶναι. Sic lib. XIII. cap. XII. sect. 8. διαγέγονε κερκῆσθαι. BOIVIN.

Pag. 576, 18. Παρὰ τὴν τῶν Ὀδηγῶν μονήν] Usi Augusta triduo mansit post coniugis obitum, in Palatium regressa. Cantacuz. lib. III. cap. 1. Istius aedis mentio in priore Historia non semel occurrit, de qua pluribus egimus in Constantinop. Christ. lib. IV. sect. II. n. 24. DUCANG.

Pag. 576, 21. Ἐννατον τῆς ἡλικίας] Natus quippe Ioannes Didymotichi XVIII. Iunii, anno Chr. 1332. uti notat Gregoras lib. X. cap. 3. Vide Cantacuzen. lib. III. cap. 2. DUCANG. Ἐννατον τῆς ἡλικίας ἔτος ἀμείβοντα] Verti, qui tum nonum aetatis annum explebat. Malim nunc, excedebat. Nam et ea est vis verbi ἀμείβειν, et huic interpretationi favet id, quod de Ioanne legitur infra lib. XV. cap. XI. sect. 8. ubi dicitur uxorem duxisse Helenam sexdecim annos natus. BOIVIN.

Pag. 576, 22. Μιχαήλ] Vide Famil. Byzant. DUCANG.

Pag. 577, 5. Ἀλεξίῳ δὲ τῷ Ἀποκαύῳ] Exstat in Bibliotheca Regia Codex ingens chartaceus Graecus, quo continentur Opera Hippocratis fere universa. Eius libri initio imagines duae in membranis pictae occurrunt. I. Hippocrates in hemicyclo sedens, dextra calamum, laeva librum tenet resignatum. II. Magnus Dux Apocaucus in cathedra sedet: quem pone stat puer, librum in pluteo apertum manu sinistra apprehensum tenens, et legenti similis. Ad utramque imaginem accessere Hippocratis et Apocauci laudes mutuae, senariis Iambicis comprehensae, eaeque in marginibus tabellarum exaratae. Figuram Apocauci, viri post Cantacuzenum in hac Byzantinae Historiae parte celebratissimi, aeri incidi curavimus, his scilicet notis inserendam. Quoniam autem Apocaucoproximus in Codice Regio assidet et eum prior compellat Hippocrates, ideo huius quoque imaginem, Chalcographi manu delineatam, in lucem edimus. Iambos ipsos aeri insculpi non necesse esse duximus, quos typis exprimi facilius foret. Ex iis porro Iambis apparet Apocaucum, quantumvis publicis negotiis districtum, studuisse Medicinae; immo et eiusce artis peritissimum fuisse. Ita quippe Hippocrates pictum in adversa pagina Apocaucum alloquitur

Ἱατρικῆς μὲν τῆς κρατίστης ἐν τέχναις
 Δεινός τις εἶλε τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἕρωος,
 Ἐκ παιδὸς εὐθύς ἐντακεῖς εὐμηγάνως,
 Καὶ προσπαθῶς ἔχουσαν ἔλκων τὴν φύσιν

Πρὸς συμπαθῆ καίδενσιν ὀλκαῖς ἐμφύτοις.
 Καὶ δὴ συνάψας καὶ πυκνοὺς ταύτη πόνοις,
 Ἐπερφυοῦς ἔδοξα τυγχάνειν κλέους,
 Καινόν τι θαῦμα χρηματίζων τῷ βίῳ.
 Σοφῶς δὲ πᾶσιν ἐκκαλύψας τὴν τέχνην,
 Ἰπποκράτεις ἔδειξα συχνοὺς τῷ χρόνῳ,
 Δεινὰς ὅτι μάλιστα πρὸς ταύτην φύσεις·
 Νόει Γαληνόν, Ἀέτιον, τοὺς πάνυ,
 Τὴν Ἀρεταίου καὶ σοφοῦ Παύλου χάριν·
 Μεθ' ὧν Ὀριβάσιος ἡ κλεινὴ φύσις·
 Ἄλλοι τε συχνοὶ σύνδρομοι τὴν ἀξίαν,
 Ὡν λαμπρὸν ἐμπέφηνε τῷ βίῳ κλέος.
 Ἄλλὰ παραιρεῖται τι τῆς εὐδοξίας
 Τὸ τῶν πόνων ἄπληστον, οἷς ὁ πᾶς βίος
 Ἄληκτον ἦν σπούδασμα πρὸς τοῦτο βλέπον.
 Σὺ δὲ στρατηγὲ τῶν ἀρίστων Ἀύσονων,
 Κοινὲ στρατάρχα τῶν διπλῶν στρατευμάτων,
 Ὁ γῆν τε καὶ θάλατταν ἀσχέτως τρέχων,
 Λιξεαγωγεῦ τῶν κατ' αὐτοὺς πραγμάτων,
 Ἐπήβολος φρὴν τῶν σοφῶν βουλευμάτων,
 Ὁ τῆς δίχης πρῦτανις εὐστάθμοις μέτροις,
 Ἡ πρὸς λόγους ἄπληστος ἐξόχως φύσις,
 Ὁ τεχνικὸς νοῦς πρὸς κτίσεις εὐμηγάνους,
 Πῶς εἰς τοσαῦτα κερματίζων τὰς φρένας,
 Ὡν εἰς ἕκαστον ἀρκέσαι τις ἂν μόλις,
 Καὶ λαμπρὸς οὕτω τοῖς πᾶσιν δεδειγμένος,
 Ἐπειτα βλέψας πρὸς μακρὰν οὕτω τέχνην,
 Πρὸς ἣν βραχὺς πᾶς ἐστὶν ἀνθρώπου βίος,
 Οὕτως ἀνείλου θᾶττον αὐτὴν ἢ λόγος;
 Καὶ πᾶσαν ἐξέπληξας ἐν τούτῳ φύσιν,
 Ὡστε χρόνον τε καὶ λόγους καὶ τὴν φύσιν,
 Σπουδὴν τε πᾶσαν τὴν ἐμὴν οὐ μετρίαν,
 Ὁδοῦ πάρεργον, τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου,
 Καὶ παιδιὰν ἤλεγξας ὄντα σοῦ σθένους.
 Ὅντως ξένην ἄριστε πλουτήσας φύσιν,
 Ξένως ἐχρήσω πᾶσι τοῖς κοινοῖς τρόποις·
 Καὶ σφόδρα θαυμάζειν με φιλῶν τοῖς λόγοις,
 Ἐδειξας ἔργοις ὡς βραχὺς τίς μου λόγος.
 Τὰς ψυχικὰς γὰρ οὐ νοσήσας δυνάμεις
 Ἐκ τῆς ἐνύλου συμφυοῦς διαρτίας,
 Εὐθρόστος οὕτω ταῖς ἐνεργείαις ἔφυς,
 Τοὺς γνωστικὸς εἰς ἄκρον εὐεκτῶν τόνους.
 Ἄλλ' εὐχαρίστως οἷς φιλεῖς ἡμᾶς ἔχων,
 Ὁ πάντα χρηστὸς, ἡ τρισολβία φύσις,
 Χάριν θεῶν σὺ τῶν καλῶν εἰδὼς ἔχε,
 Παρ' οὗ καλὸν πέφυκεν ἀνθρώποις ἅπαν.

Ita quidem Hippocrates; quem sic contra Apocaucus:

Ἐγὼ σοφῶν κράτιστε τῶν ὑμνουμένων,
 Ἄει διαρθρῶν τοῖς λογισμοῖς τὴν*)
 Καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς ἔξερεν**)
 Ἐξ ἧς μαθεῖν πάρεστιν ἐνθέους λόγους,
 Πολλοῖς μὲν ἔσχον ἐντυχεῖν σοφῶν λόγοις,
 Σοφῶς ἀναπτύσσουσι τὴν***).
 Παρ' ὧν ἀφορμὰς δαφιλεῖς ἦν λαμβάνειν,
 Πρὸς θαῦμα τοῦ κτίσαντος ἀρρήτοις τρόποις.
 Ἐπεὶ δὲ τῶν σῶν εὐκλεῶν σπουδασμάτων
 Πολὺς τις ἔρῃει θαύματος γέμων λόγος,
 Ὡς τῆς ἐν ἡμῖν τοῦ θεοῦ τεχνουργίας
 Τοὺς μυστικοὺς τρανοῦντος ἐμφύτους λόγους,
 Πολὺν μὲν ἔσχον ἐντυχεῖν τούτοις πόθον,
 Λαμπραῖς ἐπ' αὐτοῖς ἐντροφῶν ταῖς ἐλπίσι.

Tum idem interiectis aliquot versibus,

Ἐπεὶ δὲ καὶ νένευκα λοιπὸν πρὸς πόρους,
 Ὁρμημένος τάχιστα πληροῦν τὸν πόθον,
 Καὶ δὴ προσέσχον ἐμμελῶς τοῖς βιβλίοις,
 Καὶ τὴν ὅλην δέδωκα τῇ τέχνῃ σχέσιν.
 Ἄλλὰ τὸ λοιπὸν τίς παραστήσει λόγος;

Reliqua omitto, quae et nimis multa sunt, et ad institutum minus pertinent. Porro Apocaucum legendis Medicorum scriptis deditum fuisse, discimus etiam ex Actuario, qui suos de Methodo medendi libros ei, ad Hyperboreos Scythas legato eunti, nuncupavit. Vide Lambecium de Bibliotheca Caesar. lib. VI. pag. 113. BOIVIN.

Pag. 577, 6. Καὶ τὴν προσήμουσαν περὶ αὐτὸν δορυφορίαν] Id ipsum tradit Cantac. lib. I. cap. I. DUCANG.

Pag. 577, 7. Φονεύσας τὸν βασιλέα] Cantacuz. lib. III. cap. 13. DUCANG.

Pag. 577, 9. Ἡ τῷ θεῷ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνῳ] Filio secundo genito Andronici senioris imp. de quo in Famil. Byzant. DUCANG.

Pag. 577, 10. Ἡ Συργιάννη] Cuius ille studiosissimus erat. DUCANG.

Pag. 578, 6. Καντακουζηνὸν, συνωθῶν τὰ ξρυθρά] Idem narrat Cantacuz. lib. II. cap. 40. pag. 337. DUCANG.

Pag. 578, 7. Ἀνάγκην πολλὰκις ἐπενεγκόντος τοῦ βασιλέως] Cantacuz. Hist. lib. II. cap. IX. et XIV. BOIVIN.

Pag. 578, 23. Τὰς ἐννέα πενθίμους ἡμέρας] Cantacuzen. μετὰ δὲ τὴν ἐννάτην τῶν ἐπὶ τοῖς τετελευτηκόσι συνήθως γενομένων ἰλα-

*) κτίσιν, opinor. BOIVIN.

**) Fort. ἔξερενῶν σύνθεσιν. BOIVIN.

***) Fort. ἡμῶν φύσιν. BOIVIN.

σμων: quibus quidem novem diebus ex coniugibus superstes domi se continebat, ut est apud Codinum de Offic. cap. 21. n. 4. Vide Gloss. med. Graecit. in *Ἐννατα*. DUCANG.

Pag. 579, 3. Ὁ πατριάρχης] Cantacuzen. lib. III. cap. 2. ut patriarcha rerum administrationem ambiverit multis enarrat. DUCANG.

Pag. 579, 24. Ἐμοὶ δ' οὐ τοιούτων] Conferendus ipse Cantacuzenus lib. III. cap. 4. 5. 6. DUCANG.

Pag. 581, 2. Τῶν περὶ βασιλείας προτιθ.] Lib. VIII. c. III. sect. 4. BOIVIN.

Pag. 581, 9. Φυγὰς ἐς τὴν Θράκην κ. τ. λ.] Lib. VIII. cap. VI. sect. 4. BOIVIN.

Pag. 581, 22. Κατὰ τὴν ἑπταετῆ περίοδον ἐκείνην] *Bellum scilicet avi et nepotis*. Vide quae annotavimus supra ad pag. 262. B. BOIVIN.

Pag. 583, 17. Τὸν δρόμον τετέλεκα κ. τ. λ.] Paulus ad Timoth. Ep. II. cap. 4. v. 7. BOIVIN.

Pag. 584, 3. Ἀπόκαυκος] Quem Ἀπόκαυχον cum χ vocat Cantacuzenus. DUCANG.

Pag. 585, 5. Ἐξ ἀσήμου γένους] Infra cap. 9. εἰς γὰρ ὕψος ἐξ ἀσήμου τύχης ἀρθεῖς etc. lib. XIII. cap. 8. ἐξ ἀλῶν εἰς τὸ στρατήγιον παρεληλυθώς. Cantacuz. lib. I. cap. 4. ἄνδρα γένους μὲν ἀφανοῦς ὄντα, καὶ ταῖς τῶν δημοσίων πράξεσιν ἡσχολημένον. τὴν δημοσίαν γὰρ ἀλῶν τότε τὴν διάθεσιν ἐποιεῖτο. cap. 23. τὸν δὲ Ἀπόκαυχον, ἄσημον μὲν ὄντα, καὶ ἐξ ἀσήμων, καὶ οὐπω χθὲς καὶ πρώην τοῖς τῶν δημοσίων φόρων πράκταις ὑπογραμματεύοντα. Idem lib. III. cap. 14. οὗτος . . . ἐν Βιθυνίας ὠρμημένος, καὶ ἄσημος ἐκ φαύλων φύς, τὰ πρώτα μὲν ὑπεγραμματεύσε πολλοῖς τῶν τὰ δημόσια χρήματα εἰσπραττόντων ὀλίγου ἔνεκα μισθοῦ. Adde cap. 44. DUCANG.

Pag. 585, 13. Τῶν Ἐπιβατῶν φρουρίον] Castellum munitissimum, haud procul a Selybria. Cantacuz. lib. I. cap. 24. lib. III. cap. 10. lib. IV. cap. 47. Gregoras ipse infra cap. 9. DUCANG.

Pag. 585, 20. Τῆς νήσου Πριγκίπου] Vide Gloss. med. Graecit. in Πριγκίψ. DUCANG.

Pag. 586, 7. Καὶ εἴ τινές που τῶν ἐν τέλει] Verti, et si qui ex ducibus. Malim, ex proceribus, vel ex magistratibus. BOIVIN.

Pag. 586, 20. Αἰψά τοι αἶμα κελαινὸν κ. τ. λ.] Homer. Iliad. I, 303. BOIVIN.

Pag. 590, 14. Εἰ μὴ γὰρ ταῖς τῶν ἐμῶν διωκτῶν καινοφωνίας] Gregoras hunc librum, et quinque deinceps continuos, saeviente in Acindynianos persecutione scripsit, nondum tamen domo inclusus; immo, ut opinor, ante habitam Synodum Palamiticam. Decimum octavum et novem sequentes testatur ipse scripsisse se habita iam Synodo, domi manere iussum et ab monachis custodibus obsessum. Vigessimum octavum, et reliquos usque ad tri-

gesimum octavum, recepta iam libertate, variis temporibus videtur condidisse. BOIVIN.

Pag. 591, 11. Περσῶν] Xenoph. lib. I. de Cyri inst. BOIVIN.

Pag. 591, 25. Τῶν ἕξω σοφῶν] Cantacuz. lib. III. cap. 5.

DUCANG.

Pag. 596, 4. Καὶ Πελοποννησίων Λατίνων] Quibus tum praerat. DUCANG.

Pag. 596, 13. Μετὰ μέντοι τὰς τοῦ Ἀρκτούρου ἐπιτολὰς] Anno Christi MCCCXLI. quo anno oriebatur Arcturus die XXVI. vel XXVII. mensis Augusti. Vide Michaëlis Angeli Blondi tabulas annuas. BOIVIN.

Pag. 596, 16. Ἀλεξάνδρου τοῦ τῶν Μυσῶν βασιλέως] Is Sismanum Michaëlis decessoris filium, qui post patris caedem Constantinopoli se receperat, sibi in manus tradi tum contendebat, ac renuenti Augustae bellum minabatur. Cantacuzen. lib. III. cap. 7. DUCANG.

Pag. 597, 4. Ἀμοῦρ] Cantacuzen. d. cap. Ἀμοῦρ ὁ τοῦ Αἰτίνης, τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν δυνατώτατος. Agit de hoc Satrapa Turcico alibi non semel Laonicus lib. I. pag. 7. 12. Edit. Reg. Ὀμοῦρ appellat. Vide Leunclav. in Pandecte Turcico n. 13. Alterius Turcici pariter Satrapae eiusdem nominis meminit Pachymeres lib. X. cap. 25. sub Andronico seniore. DUCANG.

Pag. 597, 5. Ἀνωτέρω] Lib. VII. cap. I. sect. 1. BOIVIN.

Pag. 597, 12. Ἀυδίας γὰρ καὶ Ἰωνίας οὗτος ὢν ἡγεμῶν] Illis temporibus Sarchanem Lydiae praefuisse tradit Cantacuzenus Hist. lib. III. cap. IX. Eundem lib. II. cap. XIII. Ioniae Satrapam facit. Itaque Amurius divisum cum Sarchane earum provinciarum imperium habuit. BOIVIN.

Pag. 599, 13. Ἀπέδρα κ. τ. λ.] De ea re fusius infra cap. 9. BOIVIN.

Pag. 600, 6. Ὁμώμοκεν ὄρκον] Cuiusmodi fuerit istud patriarchae sacramentum, pluribus docet idem Cantacuzen. cap. VI. extremo, ubi de utriusque reconciliatione. DUCANG.

Pag. 600, 10. Τὴν ταχίστην αὐθις ἐξῆει] Septemb. die 28. cf. Cantac. lib. III. cap. 16. BOIVIN.

Pag. 601, 7. Μεθ' ἡλίον περιμένον] Legendum μήθ' ἡλίον etc. Quanquam ne sic quidem satis liquet, quaenam sit mens auctoris. Puto ἡλίον hoc loco esse ipsum tempus, cuius beneficio discimus quaenam consilia optima sint. BOIVIN.

Pag. 602, 6. Ἀπόκαυκος γὰρ ἐκείνος] Ut Apocaucus, dum capere imperatorem adolescentem et regnare meditatur, deprehensus in arcem suam Epibatensem fugerit, narrat idem Cantacuzen. cap. 10. DUCANG.

Pag. 603, 15. Ἐπὶ δυσίῃν ἐμακάριζε τούτοις] An intelligit duas partes consilii ab imperatore dati, ut arcem everteret, et Apocaucum in custodiam daret? BOIVIN.

Pag. 604, 11. Ὑπήντησεν ἐξιῶν ὁ Ἀπόκαυκος] Rem narrat Cantacuz. cap. 16. DUCANG.

Pag. 607, 20. Ἐν Καρὸς ἐτίθετο μοίρα] Proverbium, de quo Zenobius, Suidas, Michaël Apostolius, et alii Paroemiographi. DUCANG.

Pag. 608, 8. Τῶν φημιζομένων δεινῶν] Eorum malorum, quae fama iam nuntiaverit. Dubito utrum sic vertendum, an eorum quae gravia et acerba reputantur. BOIVIN.

Pag. 608, 17. Μίαν τῶν κεκλεισμένων τοῦ τείχους πυλῶν] Cantacuzen. lib. III. cap. 22. τὴν τοῦ Πορφυρογεννήτου προσαγορευομένην πυλίδα διατεμόντες. DUCANG.

Pag. 608, 19. Ὑπὲρ ἐξήκοντα] Duo et quadraginta, duce Apelmene. Cantacuz. lib. III. cap. XXII. BOIVIN.

Pag. 609, 2. Ἄρα ντες ἐκέϊθεν] Cantacuz. lib. III. cap. 22. 23. pag. 420. DUCANG.

Pag. 609, 9. Τὴν τε τῆς μητρὸς ἄτιμον κάθειρξιν] Cantacuz. lib. III. cap. 22. p. 419. DUCANG.

Pag. 609, 20. Φέρων αὐτῷ βασιλικῶς ἐνσεσημασμένα γράμματα] Cantacuz. lib. III. cap. 24. pag. 424. DUCANG.

Pag. 610, 17. Προφανῆ τὴν σφαγὴν ἐπέσειον αὐτῷ] Id tacet Cantacuzenus cap. 25. DUCANG.

Pag. 611, 7. Ταῦτ' ἄρα καὶ βιασθεῖς] Cantacuz. lib. III. cap. 26. pag. 433. DUCANG.

Pag. 611, 17. Προῶτον μὲν ἦν] Quae hoc loco desunt, eadem in Codice Vaticano No. CLXIV. desiderari, didici ex doctiss. Viro eodemque amico carissimo Lud. Targnio, qui selectas e multis lectiones dubias rogatu meo cum illo ipso Codice contulit. BOIVIN.

Pag. 611, 18. Ἡμέρα δ' ἦν, καθ' ἣν τὰ τῆς βασιλείας] VIII. Octobr. qua S. Demetrii festum celebrant Graeci et Latini, anno Chr. 1341. Nescio, cur suae inaugurationis diem siluerit ipse Cantacuz. cap. 27. quam pluribus hic refert. DUCANG.

Pag. 611, 20. Τελευταῖον τοῦτον] Primum enim Annae Augustae acclamatum, tum Ioanni filio imperatori, tertio loco Ioanni Cantacuzeno imperatori cum Irene imperatrice, narrat idem Cantacuz. lib. III. cap. 26. Vide eundem Gregoram lib. XIII. cap. 3. DUCANG.

Pag. 612, 6. Ἡμεψε τὴν ἐσθῆτα] Id ipsum ibidem habet Cantacuzenus: de quo more consulendus Codinus de Offic. Palat. cap. 21. DUCANG.

Pag. 612, 11. Κάμοι τὴν αἰτίαν διαποροῦντι] Hinc apparet quam familiariter Gregoras cum Cantacuzeno, non solum privato, sed etiam imperatore vixerit: qua de re plura diximus in vita ipsius Gregorae. BOIVIN.

Pag. 616, 2. Πρὸς τε τὸν Κράλην Σερβίας] Stephanum

Duscianum: de quo pluribus egimus in Familiis Dalmaticis pag. 291. DUCANG.

Pag. 616, 3. Καὶ Ἀλέξανδρον τὸν τῶν Μυσῶν ἀρχηγόν] De quo in regum Bulgaricorum serie historica pariter egimus. DUCANG.

Pag. 616, 8. Ἔστεψε διὰ πάσης σπουδῆς Ἰωάννην] Ioannis coronatio prius a Cantacuzeno proposita, eo dilata fuerat, quod quidam dicerent haud aequum esse, patre imperatore paulo ante mortuo, filium agitare panegyrim, uti narrat idem Cantacuz. lib. III. cap. 9., quam tandem peractam a Ioanne patriarcha hacce tempestate refert cap. 36. non indicato eiusce coronationis die, quem hic indicat Gregoras, IX. scilicet Novembris, qui, inquit, ἀνέορτος fuit, cum ad eiusmodi ceremonias festi ex praecipuis dies deligi so-lerent. DUCANG.

Pag. 616, 20. Εἰώθεισαν τὴν τοιαύτην ἡμέραν προκύπτειν] De ista in pervigilio Natalis Christi προκύπτει silet Codinus de Offic. Palat. cap. VI. n. I. ubi de eo agit. DUCANG. Vide Ducangii Gloss. med. Graecit. in v. Πρόκυψις. BOIVIN.

Pag. 617, 7. Δεσμωτήριον] Quo nempe translata fuerat, ut ait Cantacuz. lib. III. cap. XXXVI. pag. 468., cum antea domi custodia adhibita observaretur, ut idem narrat cap. XXII. DUCANG.

Pag. 617, 22. Τῆς τῶν φώτων παν.] Epiphania an. Chr. 1342. Ianuar. dies 6. Eo die Cantacuzenus ipse matrem suam obiisse testatur Hist. lib. III. cap. 36. Is est dies τῶν φώτων seu Epiphaniae. BOIVIN.

Pag. 618, 1. Ἐκειτο ἡ Καντακουζηνὴ νεκρὰ] Cuius obitum accidisse scribit Cantacuzenus filius lib. III. cap. XXXVI. pag. 469. VI. Ianuarii, Indict. X. anno ab orbe condito VI. MDCCL. scilicet Chr. MCCCXLII. DUCANG.

Pag. 618, 15. Αὐτὴ ἢ ἀλλοίωσις κ. τ. λ.] Psalm. 76. BOIVIN.

Pag. 619, 12. Τὸ γὰρ περιγίγειον ἐκ περιστροφῆς τοῦ οἴκ. ἐπαναλ. κύκλου] Nam cum circuli sui perigeum etc. Haec interpretatio partim mea est, partim virorum astronomiae peritorum, quos consului. BOIVIN.

Pag. 619, 15. Ἀκρονύκτ. οὐ μάλα ἐβούλ. παρ. τῇ γῆ τὰς αὐγὰς, πρὶν ἐς μέσ. ἀφικ. τὴν νύκτα τηρικ. τὸν χρόνον] Verti, acronycham lucem non prius terrae praebebat illo tempore, quam ad mediam noctem perventum esset. Malim, acronycham lucem non prius terrae praebebat, quam mediae noctis tempus advenisset. BOIVIN.

Pag. 620, 13. Ἀγγέλους σὺν ἀτιμίᾳ καὶ κουρᾷ πομπευόντων] Rem narrat Cantacuzenus lib. III. cap. XXXIII. pag. 456. DUCANG.

Pag. 620, 21. Συγκοὶ τῶν τῆς Ὁρεστιάδος προύχόντων] Cantacuz. lib. III. cap. XXVIII. pag. 441. DUCANG. Συγκοὶ τῶν τῆς Ὁρεστιάδος προύχόντων] Ea est Adrianopolis. Codex Reg. 2784. fol. 327. v. ubi de Urbium nominibus mutatis, Ὁδρουσὸς καὶ Ὁρε-

στιάς, ἢ νῦν Ἀδριανούπολις. Vide et Leonis Allatii notas ad Georg. Acropol. Histor. cap. XIII. Edit. Reg. pag. 231. BOIVIN.

Pag. 621, 3. Τὸν Ἄγγελον Ἰωάννην] De quo in Famil. Byzant. egimus pag. 259. DUCANG.

Ibidem. Παμφίλου] Cuius urbis meminit Cantacuzenus lib. III. cap. XXX. Vide notata ad Villharduinum. DUCANG.

Pag. 621, 6. Τοῦ παραρρέοντος τῆ Ὀρεστιάδι ποταμοῦ] Hebr. Vide Cantacuz. lib. III. cap. XXX. pag. 448. 449. DUCANG.

Pag. 622, 23. Ὡς γὰρ ἐπὶ μανδραβόλου] Proverbium, de quo Zenobius, Diogenianus, Suidas, Michaël Apostolius, et alii. DUCANG.

Pag. 623, 3. Πρωτοστράτωρ Θεόδωρος ὁ Συναδηνός] Cantacuzen. lib. III. cap. XXXI. cuius alibi non semel meminit. DUCANG.

Pag. 623, 4. Σεβρῶν] Cantacuzenus Φερῶν legit, quam urbem in Thraciae Thessaliaeque sinibus *Fere* hodie vocant Turci, ut scribit Leunclavius in priore Onomastico Turcico. DUCANG. *Pheras* vocat Cantacuzenus; atque illud eius urbis nomen primitus fuisse, indicat breve Urbium Onomasticon, quod exstat in Cod. Reg. 2990. fol. 70. v. ubi inter alia legitur Φεραὶ, πληθυντικῶς, αἱ Σέβρα, καὶ Φεραῖοι οἱ ἀπὸ ταύτης. BOIVIN.

Pag. 623, 5. Ὁ τοῦ θανόντος βασιλέως ἐξάδελφος, Γῆμ ὁ Ἀρμένιος] Guido Armenius: Cantacuzeno (lib. I. cap. LVI.) Συρ-γηντελεξιάνο: eidem (lib. III. cap. XXXI.) Συργῆ ντελενουζιάο: Gallice, *Sire Gui de Lusignam*, seu *de Lesignem*. Erat hic Andronici iunioris ἐξάδελφος. Scilicet Andronicus iunior matrem habuit *Mariam Armenam*, quae et *Ricta* et *Xene* dicta est. *Mariae* autem nepos fuit ex fratre *Guido* iste, qui postea Armeniae rex fuit, ἐκ πατρώου προσηκούσης αὐτῷ κλήρου τῆς ἀρχῆς, inquit Cantacuzenus Histor. lib. III. cap. XLIX. BOIVIN.

Pag. 624, 20. Τῶν δυοῖν αὐτῆς ἀδελφῶν] De quibus egimus in Famil. Byzantin. pag. 325. ubi *Asaninam* perstrinximus. DUCANG.

Pag. 624, 23. Εἶχε γὰρ δεσμίους αὐτούς] De Manuele id testatur Cantacuzenus lib. III. cap. XLI. quem ait ἐν Βήρα φρουρούμενον ὑπὸ κλοιοῖς fuisse: ex quo emendandus hoc loco Gregoras, qui locum vocat φρούριον τῆς Ἀυδήρων μονῆς, et lib. XVI. cap. I. τῶν Ἀδήλων μονῆν, cum legendum sit Βήρας μονῆς. Est enim Βήρα, seu *Vera*, castrum in Thracia ad Hebrī seu Marizae ostium, haud procul ab Oeno, ubi monasterium virorum exstitit, ab Isaacio Comneno Andronici Tyranni patre olim exstructum, uti auctor est Nicetas in Andronico lib. I. cap. II. et in Isaacio Angelo lib. IV. cap. VIII. ut et Cantacuzenus lib. III. cap. XXVI. XXXI. XXXIV. LIV. et lib. IV. cap. XLII. quemadmodum a nobis observatum ad Villharduinum n. CCI. a quo *l'Abbeie de Veroisine* appellatur. DUCANG. Τῆς τῶν Ἀυδήρων μονῆς] Graeci recentiores Ἀυδηρα et Ἀυδειρα scripserunt, pro Ἀβδηρα. Est autem *Abdera* oppidulum

Thraciae maritimum, Democriti patria. Cantacuzenus lib. III. cap. XVII. et cap. XXVI. uxoris suae fratres, non in monasterio *Αὐδήρων*, sed in Castello Bera seu Vera inclusos ait: unde Ducangius Gregoram reprehendit; quem et libro XVI. cap. I. *Ἀθῆλων μονήν* pro *Βήρας μονήν* dixisse observat. Ego Gregoram lib. XVI. cap. I. locum indicasse existimo plane diversum a Bera Castello. **BOIVIN.**

Pag. 625, 2. *Ἐπ' ἐγυλήματι καθοσιώσεως*] Vide supra lib. XI. cap. II. sect. 5. **BOIVIN.**

Pag. 625, 10. *Ἡ βασιλις Εἰρήνη, πολλήν πλουτοῦσα τὴν σῦνεσιν καὶ ἀγχίνοιαν etc.*] Cantacuz. lib. III. cap. LVI. *καὶ μείζον ἐπιδειξαμένη ἢ κατὰ γυναικίον φρόνημα.* **DUCANG.**

Pag. 626, 8. *Διδυμοτείχον ἐπιτροπήν παραδοῦς ἀφίκετ' εὐθύς*] *Didymotichus*, hodie *Dimotuc*, oppidulum est in ripa Hebri fluminis, inter Adrianopolin et Traianopolin situm. Vide Brietii Thraciam cum veterem tum novam. Cantacuzenus *Didymoticho* egressus est Martii die V. Indict. X. ut ipse testatur Hist. lib. III. cap. XXXII. **BOIVIN.**

Pag. 626, 10. *Καὶ ὠχύρου τὸ φρούριον, ὃ Πολύστυλον ὀνομαζόμενον etc.*] Cantacuz. lib. III. cap. XXXVII. auctor est eam esse urbem, quam Graeci *Ἀβδηρα* vocabant, Democriti philosophi patriam, de qua rursum agit cap. LXIV. **DUCANG.** *Καὶ ὠχύρου τὸ φρούριον, ὃ Πολύστυλον ὀνομαζόμενον πάλαι*] Ita etiam Codex Vaticanus. Tamen deesse aliquid suspicor. Certe Cantacuzenus, quod oppidum suo tempore *Polystylum* dicebatur, illud ipsum ait *Abderam* dictum ab antiquis lib. III. cap. XXXVII. Cum Cantacuzeno consentit Onomasticon Urbium, quod exstat in Cod. Reg. 2784. fol. 327. v. ubi legitur *Ἀῦδειρα, τὸ νῦν Πολύστυλον.* Pro *Ἀῦδειρα* legendum *Ἀβδηρα.* Vide quae annotavimus paulo supra ad pag. 389. E. **BOIVIN.**

Pag. 626, 12. *Παρά τὰς τοῦ Νέστου ἐκβολὰς*] Ita rursum lib. XIII. cap. I. fluvius, quem alii *Νέσσον* vocant. Vide observata a viro doctissimo Ioanne Harduino ad lib. IV. Plinii sect. XVIII. Nota LIV. **DUCANG.** *Παρά τὰς τοῦ Νέστου ἐκβολὰς· ὃς ποταμῶν τῶν ἐν Θράκη μέγιστος*] Hodiernis Geographis neque maximum Thraciae flumen est, neque ex Haemo monte oritur. **BOIVIN.**

Pag. 626, 15. *Χρέλης ὁ Τριβαλλός*] De quo Cantacuzenus lib. I. cap. LII. lib. III. cap. XXXI. XXXIII. XXXVIII. etc. **DUCANG.**

Pag. 626, 18. *Στρουμιτίξαν*] Urbem Macedoniae, quam *Στρομβίτζαν* et *Στρουμπίτζαν* promiscue vocat Cantacuzenus, de qua quaedam attigimus ad Annaeam Alexiadem pag. 382. **DUCANG.**

Pag. 627, 2. *Τὴν εἰς τοῦμπροσθεν βασιλικὴν εὐκλειαν*] Verti, cum imperandi gloriam, qua Cantacuzenus antehac floruerat, agnosceret etiamnum etc. Malim nunc, cum imperandi gloriam, quae Cantacuzeno posthac futura esset, cogitaret etiamnum etc. eo praesertim quod apud Gregoram adverbium *ἔμπροσθεν* solet referri ad futurum tempus, non autem ad praeteritum. **BOIVIN.**

Pag. 627, 4. Φίλος εἶναι καὶ σύμμαχος αὐτῷ διετείνεται] Cantacuz. lib. III. cap. XXXII. et XXXIII. DUCANG.

Pag. 627, 14. Τούτων δ' οὕτως ἔχόντων] Cantacuz. lib. III. cap. XXXII. DUCANG.

Pag. 627, 17. Πλέον ἢ πεντακόσιοι] Cantacuzeno χίλιοι πρὸς τοῖς ἐπιγενομένοις. Idem praeterea ἐπὶ τῆς ἔξω Διδυμοτείχου συνοικίας, hoc: est in suburbis relictos ait octo duces, singulos sagittariis mille praefectos. Hist. lib. III. cap. XXXII. BOIVIN.

Pag. 628, 7. Τῆς βασιλίδος Εἰρήνης ἀδελφὸς Ἰωάννης ὁ Ἄγγελος] Vel legendum Ἰωάννης Ἀσάνης, vel post Ἰωάννης addendum, ut apud Cantacuz. lib. III. cap. XXXII. καὶ ὁ Ἄγγελος. Neque enim Ioannes Angelus frater fuit Irenes. Vide quae de eo supra annotamus. DUCANG. Codex Vaticanus plane habet, ut legendum esse admonuimus. Ita accepi ex doctiss. V. Lud. Targnio. BOIVIN.

Pag. 632, 3. Προσῆλθεν αὐτῷ καὶ ὁ Χρῆλης] Cantacuz. lib. III. cap. XXXVIII. DUCANG.

Pag. 632, 14. Φρούριον Ἰεντίναν καλούμενον] Oppidulum Thessalonica unius diei itinere distans. Cantacuz. ibid. et cap. XXXIX. XLV. DUCANG.

Pag. 633, 2. Καὶ τὸ Μελενίκον . . . φρούριον] Cantacuz. lib. III. cap. XXXVII. XXXVIII. cuius alibi non semel meminit. DUCANG.

Pag. 633, 7. Ἐμοὶ γὰρ τῶν ζωγράφων ἐκείνους etc.] Eadem haec infra repetet lib. XXII. Est etiam initium Panegyrici sacri εἰς τὸν εὐαγγελισμόν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. Vide Indicem Operum Gregorae Rhetoricorum. BOIVIN.

Pag. 633, 21. Ἐπωπτεύθη μὲν ὁ Συναδηνὸς τὰ βασιλέως φρουρῶν] Id ipsum notat Cantacuz. cap. XXXVIII. pag. 475. DUCANG.

Pag. 634, 1. Καὶ κινεῖται κατ' αὐτῶν ὁ δῆμος σαγαδαῖως] Illi nempe, quos loco laudato Ζηλωτὰς vocat Cantacuzenus, seu potius ita sese appellasse indicat, qui scilicet reipublicae causam tuebantur, ὀνόμασι χρηστοῖς τὴν τῆς κακίας ὑπόθεσιν περιπέττοντες, inquit Gregoras huius lib. cap. X. DUCANG.

Pag. 634, 2. Ἐν εὐανδρούσῃ καὶ πολυανθρώπῳ πόλει] Vide Glossar. med. Graecit. in v. Μεγαλόπολις, ubi quaedam de Thessalonicae amplitudine attigimus. DUCANG.

Pag. 634, 6. Γυναικόκαστρον] Munitio iuxta Thessalonicam exstructa ab Andronico iuniore, atque ita appellata, ὡς καὶ γυναικείας οὔσης φρουρᾶς, κρείττων ἔσομένη παντοίας πολεμίων προσβολῆς, inquit Cantacuz. II. 38. DUCANG.

Pag. 634, 9. Καὶ ὁ Ἀρμένιος Γῆμ] Cantacuz. lib. III. cap. 38. pag. 477. DUCANG.

Pag. 634, 14. Ἀλέξιον τὸν Ἀπόκαυκον] De Apocauco hic silet Cantacuzenus. DUCANG.

Pag. 635, 1. Καὶ τὴν γνώμην εὐθύς μετέθετο] Cantacuz. lib. III. cap. 40. DUCANG.

Pag. 635, 8. Θέρους μὲν οὖν ἐνειστήκει καιρὸς] Cantacuz. lib. III. cap. 39. 40. DUCANG.

Pag. 636, 8. Ἀπήει συντεταγμένος τὴν ἐπὶ Τριβαλλοῦς ὁ βασιλεὺς] Cantacuz. lib. III. cap. 41. DUCANG.

Pag. 636, 23. Δεῦτε δειπνήσωμεν etc.] *Pergite animo forti, Lacedaemonii. Hodie apud inferos fortasse coenabimus.* Cic. Tuscul. Quaest. lib. I. sect. 101. Vide et huius Historiae lib. XVIII. infra cap. V. sect. 9. BOIVIN.

Pag. 637, 1. Πέμπει τὸν Κράλην] Istius legationis ad regem Serviae meminit Cantacuzenus cap. 43. pag. 488. DUCANG.

Pag. 637, 19. Λίβερτος ὄνομα] Cantacuzeno Λίβερτος, lib. III. cap. 42. DUCANG.

Pag. 637, 22. Καὶ ἅμα συνταξάμενος] *Simulque eo valere iusso* etc. Id hoc loco significat verbum *συντάξασθαι*. Alio sensu supra, ἀπήει συντεταγμένος τὴν ἐπὶ Τριβαλλοῦς. pag. 395. D. BOIVIN.

Pag. 638, 7. Ὅταν δι' ἐχθρῶς] Euripid. in Phoeniss. BOIVIN.

Pag. 638, 16. Ἐπὶ θυγατρὶ γαμβρὸν] Tres fuere Cantacuzeno filiae, Maria, Theodora et Helena. DUCANG.

Pag. 639, 5. Σκοπίων . . . πολίχνιον] Cantacuz. eodem cap. pag. 490. DUCANG.

Pag. 639, 6. Ὁ ποταμὸς Ἀξιὸς] Vide lib. VIII. cap. XIV. sect. 7. BOIVIN.

Pag. 639, 9. Βαρδάριον] Vide notas ad Alexiadem p. 229. et Gloss. med. Graecit. in Βαρδαριῶται. DUCANG.

Pag. 640, 15. Περὶ τὰς τοῦ Ὀρίωνος ἐπιτολάς] Ab incepto civili bello novem iam menses effluxerant, ut diserte ait Cantacuzenus Hist. lib. III. cap. XLIII. p. 492. Porro bellum ineunte Octobri, an. Chr. MCCCXLI. coeptum fuerat; ut idem Cantacuzenus tradit eiusd. lib. cap. XXII. Itaque et Orionis ortus, et Cantacuzeni cum Graele congressus, referri debent ad ultimos Iunii, vel ad primos Iulii dies, seu ad initium aestatis anni MCCCXLII. BOIVIN.

Pag. 642, 11. Καὶ ἅμα τὴν τῶν μέγροι Χριστουπόλεως] Quod quidem a Byzantiis et ab Apocaucis oblatum Serviae principi, in causa forte fuit, cur a Cantacuzeno, a quo in foederis societatem sollicitabatur, expetierit, quod se denegasse testatur idem Cantacuzen. lib. III. cap. 43. et 44. Sed et de occidendo Cantacuzeno agitata esse consilia a Servianis optimatibus, indicio esse potest Helenae Serviae Cralis uxoris ad eos habita oratio in eod. cap. 44. DUCANG.

Pag. 642, 13. Καὶ ὅσα μεταξὺ τῶν πρὸς ἕω τοῦ Ἰονίου κόλπου ψαύει πλευρῶν] Verba auctoris ita construxi, καὶ ὅσα μεταξὺ (supple τῆς Ἰλλυριδος κείμενα) ψαύει πλευρῶν τοῦ Ἰονίου κόλπου τῶν πρὸς ἕω, id est, et quidquid citra Illyricum, attingit latera orientalia Ionici maris. Quodsi ita construantur, καὶ ὅσα μεταξὺ τῶν πρὸς ἕω (supple κείμενα) ψαύει πλευρῶν Ἰονίου κόλπου, ver-

tendum erit, *et quidquid loci citra* *) *orientales provincias positum, Ionici maris latera attingit: quam interpretationem praeferendam puto.* BOIVIN.

Pag. 643, 16. *Κότον ἴσως ἔχων κ. τ. λ.]* Vide Homer. *Iliad.* I. 82. BOIVIN.

Pag. 643, 18. *Καθόσα φιλία δίδωσιν ἀκραιφνής]* Obscure dictum; atque, ut apparet, scriptum mendose. Tamen ita etiam in Codice Vaticano scriptum reperit Vir doctissimus. BOIVIN.

Pag. 646, 15. *Συμπέπτωκε τούτω πάντα τὰναντιώτατα]* *Huius Histor. lib. XVI. cap. I. sect. ult. cap. V. sect. 7. lib. XVII. capp. VI. et VII. lib. XXI. cap. VI. etc.* BOIVIN.

Pag. 647, 4. *Τριάκοντά που μόνας ἡμέρας ὠμίληκώς τῷ Κράλῃ]* Cantacuzenus Cralem convenit circiter illud tempus, quo Orionis sidus oritur, hoc est aestate ineunte, sub exitum mensis Iunii: ut annotatum supra ad pag. 398. E. Idem nunc diebus triginta apud Cralem commoratus esse dicitur; iisque elapsis, venisse obsessum Serrhas, exeunte aestate, immo auctumno ineunte, et instante iam vindemia. Ita diebus triginta totam aestatem videtur conclusisse noster hic Chronologus. Sed fortasse ad illos triginta dies, apud Cralem consumptos, addi etiam debet illud tempus, quod antequam ad urbem Serrhas perventum esset, exercitui cogendo et instruendo, atque ipsi itineri conficiendo impensum fuerit: ut tum demum castra prope eam ipsam urbem posita sint, cum iam aestas tota exiisset. Cantacuzenus *Histor. lib. III. cap. XLIX.* ait se *στρατιὰν παραλαβεῖν ἤδη παρεσκευασμένην περὶ θέρους ἐκβολάς.* Idem addit, Cralem cum uxore prosecutum esse se usque ad confinia imperii Romani: id quod non satis congruit cum rationibus nostris chronologicis. BOIVIN.

Pag. 647, 9. *Ἐπὶ τὴν πόλιν Σεβδόων]* Atque hoc loco etiam Gregoras *Serrhas* pro *Pheris* praefert, cuius praefecturam habebat Guido Lusinianus, qui ad Armeniae regnum capessendum evocatus, eam nuper dimiserat, uti narrat Cantacuz. *lib. III. cap. 49.* DUCANG.

Pag. 648, 7. *Ἄμουν ὁ Πέρσης]* Cantacuz. *lib. III. cap. 56.* pag. 540. DUCANG.

Pag. 652, 13. *Μανουὴλ ὁ Ταρχανειώτης]* Cognomento *Κουρτίκης.* Cantacuz. *lib. III. cap. 10. 32. 70.* DUCANG.

Pag. 653, 12. *Ἐπὶ τὴν πόλιν Σεβδόων]* De hac altera *Serrharum* vel *Pherarum* tentata obsidione silet, opinor, Cantacuzenus. DUCANG.

Pag. 653, 16. *Ὀψόμενός τε καὶ ὀφθησόμενος]* Legendum *ὀψομένῳ τε καὶ ὀφθησομένῳ.* Alioquin esset Soloecismus. BOIVIN.

Pag. 654, 2. *Μέχρι καὶ ἐς πόλιν Στρουμμίτζαν]* Quae urbs,

*) Nota dici id apud Triballos. BOIVIN.

mortuo iam tum Chrele Triballo, in Cralis potestate erat. Vide Cantacuz. lib. III. cap. LIV. pag. 530. BOIVIN.

Pag. 654, 6. Ὁ γὰρ πρὸ βραχέος ἐπιτροπεύων ἦν Μελενίου] Cantacuz. lib. III. cap. XLV. pag. 499. DUCANG.

Ibidem. Μελενίου φρούριον] Vide supra huius libri cap. I. sect. 3. BOIVIN.

Pag. 655, 4. Βραχεῖαι μετὰ τοῦτο κ. τ. λ.] Vide Cantacuzen. lib. III. cap. 57. BOIVIN.

Pag. 655, 8. Τὴν εἰς Βέρροϊαν εἴσοδον] Cantacuz. lib. III. cap. 58. DUCANG.

Pag. 655, 19. Τοῦ ἐπιόντος χρόνου πρὸς ἀμοιβὴν δι' αὐτὸν ἀγαθῶν] Ita etiam legitur in Codice Vaticano, unde haec valde obscura illustraturum me speraveram. BOIVIN.

Pag. 656, 4. Τῶ δὲ τῶν Τριβαλλῶν ἀρχηγῶ] Cantacuz. ibid. DUCANG.

Pag. 656, 23. Βασιλέως πρωτεξάδελφος] Ioannes Angelus, quem ἀνεψιὸν vocat idem Cantacuzenus eod. cap. id est *patruelem*. Erat enim filius sororis patris sui: proinde πρωτεξάδελφον improprie appellat, quae vox *patruelis filium* sonat. Vide Gloss. med. Graecit. in Ἐξάδελφος, et Famil. Byzant. pag. 249. DUCANG.

Ibidem. Ὁ τοῦ βασιλέως πρωτεξάδελφος] Imperatoris consobrinus; non primus consobrinus. πρωτεξάδελφος idem est atque ἔξάδελφος. Quem Gregoras hoc loco πρωτεξάδελφον vocat imperatoris Cantacuzeni, eum Cantacuzenus ipse ἔξάδελφον vocat Hist. lib. II. cap. 6. et ἀνεψιὸν Hist. lib. III. cap. 32. Ducangius, in Glossario mediae et infimae Graecitatis in v. ἔξάδελφος, πρωτεξάδελφον interpretatur ἔξανέψιον, seu *patruelis filium*, et Harmenopuli testimonio utitur, cui tamen πρωτεξάδελφοι proximi post ἀταδέλφους numerantur, ac βαθμοῦ τετάρτου statuuntur; id quod fratribus patruelibus plane convenit. Nec magis favet viro doctissimo Eustathius a Ducangio laudatus in v. πρωτεξάδελφος, qui Iliad. β. pag. 307. ἀνεψιούς, ἢ αὐτανεψιούς, interpretatur ἔξαδέλφους πρώτους. BOIVIN.

Pag. 657, 6. Ἀνωτέρω] Huius libri cap. III. sect. 6. BOIVIN.

Pag. 657, 20. Ἀνωτέρω] Vide lib. XI. cap. III. sect. 3. BOIVIN.

Pag. 658, 10. Φυγοῦσα] Vide notas ad lib. XI. cap. VI. sect. 3. BOIVIN.

Pag. 658, 11. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν τοῖς ἐξῆς διαρκέστερον ἀφηγησόμεθα] Gregoras id quod hoc loco promittit, nusquam praestabit; quanquam de Nicephoro Annae filio, et de rebus Actolorum, semel credo circa Historiae finem acturus est. BOIVIN.

Pag. 658, 24. Ναύαρχον ἔχων Ἀλέξιον τὸν Ἀπόκαυκον] Cantacuz. lib. III. cap. 58. DUCANG.

Pag. 659, 9. Ποταμοῦ διάβασιν] Axi. Cantacuz. lib. III. cap. 58. 59. DUCANG.

Pag. 660, 13. Ἀνὴρ δὲ τις τῶν ἐγγχωρίων] Cantacuz. lib. III. cap. 59. DUCANG.

Pag. 661, 11. Ὁ δ' ἀπεκρίνατο· σύνηθες οὐκ εἶναι] Cantacuz. Hist. lib. III. cap. 59. BOIVIN.

Pag. 661, 13. Σοὶ ἐξ ἀλῶν εἰς τὸ στατήγιον παρεληλυθότι] Fuerat nempe Apocaucus primitus salinario vectigali praepositus. Vide notata ad lib. I. cap. 6. DUCANG.

Pag. 663, 1. Καὶ χρήμασι περιέρχεσθαι τοῖς ἐκάστῳ προσήκουσι τῶν τοῖς ἡγ.] Ita etiam Codex Vaticanus: nec mirum, cum ex eo Regius descriptus sit. BOIVIN.

Pag. 663, 3. Ἀπαντά σε] Ἄ πάντα σε etc. Cod. Vatican. BOIVIN.

Pag. 663, 18. Χεῖλεα μὲν τ' ἐδίην' κ. τ. λ.] Homer. Iliad. XXII. 495. BOIVIN.

Pag. 664, 11. Ἀηρόν τε μένειν κ. τ. λ.] Homer. Iliad. II. BOIVIN.

Pag. 667, 1. Ἐν ἐξ ἀμφοτέρων πορίζεται κέρδος ὁ στρατηγός] Τοῦ γὰρ αὐτοῦ γλιχόμεθα οἱ τε ψευδόμενοι καὶ οἱ τῇ ἀληθείῃ διαχρωώμενοι. οἱ μὲν γε ψεύδονται τότε, ἐπὶν τι μέλλωσι τοῖσι ψεύδεσι πείσαντες κερδήσεσθαι· οἱ δ' ἀληθίζονται τι, ἵνα τῇ ἀληθείῃ ἐπισπάσωνται κέρδος etc. Darius apud Herodotum in Thalia. BOIVIN.

Pag. 667, 18. Ἀνακαλυπτῆρια θύειν] Scitum quid Graecis sit ἀνακαλυπτῆριον, dies scilicet, quo sponsa sive nova nupta facie relecta prodit. Vide Hesych., Pollucem, et alios. DUCANG. Νῦν δ' ὥσπερ ἀνακαλυπτῆρια θύειν etc.] Sensum expressi; verba non reddidi. ἀνακαλυπτῆρια θύειν hoc loco idem est atque ἀνακαλύπτεσθαι. Proprie dicitur de novis nuptis, quae quo die flammeolum ponebant, dona a marito et ab amicis mariti accipiebant, dicta idcirco ἀνακαλυπτῆρια. BOIVIN.

Pag. 669, 21. Πολλοῦ τινος ἐπρίατο μισθοῦ] Rem narrat Cantacuzen. lib. III. cap. 61. a quo is Alusianus appellatur. DUCANG.

Pag. 671, 16. Ὅσαι μὲν οὖν ἀρπαγαί τε] Cantacuz. lib. III. cap. 62. DUCANG.

Pag. 671, 23. Καὶ ἡ ναυτικὴ τῶν Περσῶν κατέπλευσε] Cantacuz. lib. III. cap. 63. DUCANG.

Pag. 672, 4. Ἐποίησατο ναύσταθμον] Ad Cloram, haud procul a Thessalonica. Cantacuzen. cap. 63. extremo. DUCANG.

Pag. 672, 7. Κατὰ τὸν ἀνάπλου] Ventis ad Euboeam reitentis, ut ait Cantacuzen. cap. 63. DUCANG.

Pag. 672, 20. Καὶ τὰ πλείω τῶν Τριβαλλοῖς ὑπεικ. χωρ. ἐκάνωσαν] Tamen Cantacuzenus ait se operam tum dedisse, ne quid Cralis provincia detrimenti acciperet. lib. III. cap. 64. BOIVIN.

Pag. 673, 1. Τῶν ἐκεῖ πραγμάτων ἐπίτροπον] Cantacuzen. cap. 64. p. 568. DUCANG.

Pag. 673, 12. Περσικῆς δυνάμεως ἐντετυχηκῶς ἡγεμόνι] Hunc congressum narrat ibid. Cantacuz. DUCANG.

Pag. 673, 19. Οἷς μὲν γὰρ κτήσεις] Cantacuzen. cap. 64. DUCANG.

Pag. 674, 2. Καὶ κατὰ τῶν πλουσίων ἢ βασκανία] Ut in divites ac Urbis primores grassati fuerint Zelotae, pluribus narrat Cantacuz. lib. III. cap. 64. DUCANG.

Pag. 674, 24. Ζηλωτὰς σφᾶς αὐτοῦς ἐπωνόμαζον] Vide Gloss. med. Graecit. in hac voce. DUCANG.

Pag. 678, 1. Ἡ γὰρ τοι βασιλεύουσα πόλις] Atque hic quidem Gregorae locus addendus illis, quos in Constantinopoli Christiana protulimus de eius commodo situ, lib. I. sect. 1. et aliis duobus in hanc sententiam, in notis ad Zonarae Annales p. 149. 162. DUCANG.

Pag. 678, 20. Μετὰ γὰρ τὸν Κομνηνὸν Ἀλέξιον] Hunc locum illustravimus tum in Famil. Byzant. pag. 193. tum in notis ad Zonarae Annales p. 146. DUCANG.

Pag. 678, 23. Ἐγημε νόθον κ. τ. λ.] Vide supra lib. XI. cap. 8. BOIVIN.

Pag. 678, 24. Εἰρήνη] Alibi nominatur *Eudocia*. BOIVIN.

Pag. 680, 13. Τῶν δ' αὐτῶ προσκειμένων ὄχλων] Ducangius in additamentis ad Constantinop. Christ. pag. 146. quae edita sunt post notas in Zonaram, vertebat, *Cum vero plebs ei faveret. Malim, Ex turba vero plebeia, quae ei favebat.* BOIVIN.

Pag. 682, 12. Ad Alexium fratrem] *Michaëlis* scilicet. BOIVIN.

Pag. 682, 13. Μεταξὺ δυοῖν μειρακίων] *Duobus iuvenulis interiectis; nempe Basilio Alexii filio, et anonymo filio Michaëlis.* BOIVIN.

Pag. 683, 17. Καφᾶς] Theodosiam olim appellatam scribit Bizarus lib. VI. Genuensis historiae, ubi istam Caphae obsidionem narrat: ut et Cantacuzen. lib. IV. cap. 26. DUCANG.

Pag. 683, 22. Εἰλωθὸς γὰρ τοῖς Λατίνοις, καὶ μάλιστα τοῖς ἐκ Γενούας] Froissartus tertio volum. cap. XX. Car par tout vont Genevois, et viennent marchander parmi les treuz qu'ils payent jusqu'a la grant Inde, la terre du Preste Jean, et par tout ils sont bienvenus, pour l'or et l'argent, qu'ils portent les marchandises qu'ils échangent en Alexandrie, au Caire, a Damas, et ailleurs, comme ils besongnent aux Sarrazins. Car ainsy faut il que le monde se gouverne, cequi point n'est en un pais est en l'autre: et pourtant sont cogneues toutes choses, et ceux qui vont le plus loing, et qui plus se aventurent, sont Genevois, et vous dis qu'ils sont par dessus les Venitiens seigneurs des Ports de mer, et les craignent plus et doubtent les Sarrazins qui nulle autre gent par mer, et sont vaillans hommes et de grand fait. Mitto reliqua. DUCANG.

Pag. 684, 17. *Σκυθῶν ἡγεμόνι*] De quibus quidem Scythis, pluribus egit parte I. lib. II. cap. 4. DUCANG.

Pag. 685, 13. *Ἄρτι τοίνυν θρασύτερον etc.*] Cantacuz. ibid. pag. 812. DUCANG.

Pag. 686, 17. *Μακροῦ μεταξύ τριβομένου*] Biennio continenter obsessam Capham scribit Cantacuz. DUCANG.

Pag. 688, 1. *Τουζον*] Ita rursum appellatur lib. XV. cap. 6. At quis hic Tuzus? Neque enim hac tempestate Genuae Dux fuit hac nomenclatura, sed Simon Bocanegra, qui primus ad hanc dignitatem eductus fuit, pulsus nobilibus, quem *Σίμωνα Μπονικανήγρον* vocat loco laudato Cantacuzenus, quomodo etiam Ioannes Villaneus lib. XI. cap. 101. Bizarus, et caeteri Genuensium rerum scriptores. DUCANG. Gregoras proprium viri nomen esse credidit, quod erat dignitatis. Ex Italico *Doge* factum est a Graecis *Τουζος*. Nam Graeci mutant aliquando d in τ et g in ζ. BOIVIN.

Pag. 688, 2. *Ἐκ μακέλλης*] *Di mediani de popolo*, inquit Villaneus. DUCANG.

Ibidem. *Πρό γε δυοῖν τοῖν ἐνιαυτοῖν*] Anno MCCCXXXIX. ut aiunt iidem Villaneus et Bizarus. DUCANG. *Πρό γε δυοῖν τοῖν ἐνιαυτοῖν*] An. Chr. MCCCXXXIX. mense Septembri exeunte. Ioan. Villan. lib. XI. cap. 101. BOIVIN.

Pag. 688, 4. *Σπινούλαν*] Is est Galeotus Spinola. Bizar. DUCANG.

Ibidem. *Σερτώριον*] Auriam hic male designat, quem Doriam vulgo vocant. Cantacuzenus loco laudato de Pagano Auria, *ἐκ τοῦ τῶν Ὀρίων γένους*. Is Antonius Auria dicitur Bizaro. DUCANG. Gregoras, ut ex Italico seu Gallico *Doge*, *Τουζον*, ita ex Gallico *Sire Dorie*, vel ex Italico *Messer Doria*, *Σερτώριον* fecit. BOIVIN.

Pag. 688, 12. *Καὶ γίνεται δουξ ἔτερος*] Ioannes Morta, Bizaro; Gio. de Monterena, Villaneo lib. XII. cap. 36. DUCANG.

Pag. 688, 13. *Ἐξ εὐτελῶν*] Immo, si Bizaro fides, patricii ordinis vir. DUCANG.

Pag. 688, 17. *Αἰγυπτίων . . . ἡγεμόνος*] An is Sultanus Aegyptius, cuius epistola ad Cantacuzenum imperatorem scripta legitur apud eundem lib. XIV. an filius illius, cuius hic apud Gregoram mentio, incertum. Certe haec epistola scripta dicitur DCCL. anno Mahometi, qui est Christi MCCCXLIX. proinde paulo post haecce tempora, in quae ea quae hic narrantur incidunt. DUCANG.

Pag. 688, 21. *Καὶ οἱ περὶ τὸν Ἄτλαντα etc.*] De Maurorum hac tempestate in Hispaniam expeditione copiose egit Ioan. Mariana lib. XVI. cap. 6. et seqq. Quaedam etiam attigit Bizarus sub an. MCCCXLVI. DUCANG.

Pag. 689, 2. *Καὶ Βρεττανοὶ δ' ὁμοίως*] Quo loco Gregoras tangit Anglorum in Galliam ingressum sub annum MCCCXLVI. ac praelium Creciacum. DUCANG.

Pag. 689, 17. *Σαλαμίνιοι*] Atqui iidem sunt cum Cypriis. Est enim Salamis *) urbs Cypri. DUCANG.

Pag. 689, 18. *Παρά τὸν τῆς Σμύρνης*] Smyrnae a Latinis sub haec tempora expugnatae meminit Cantacuzenus lib. III. cap. 68. Praeterea Ioan. Villaneus lib. XII. cap. 38. Bizarus sub an. MCCCXLIV. DUCANG.

Pag. 692, 9. *Μεθ' ἡμέρας*] Supple *τινάς*. Sic Ephraemius *περὶ ἀρετῆς* cap. VI. *Καὶ μεθ' ἡμέρας προσελθὼν τὸ μειράκιον τῷ ἑαυτοῦ πατρὶ* etc. Cod. Reg. 1905². fol. 26. v. col. 2. l. 9. BOIVIN.

Pag. 692, 10. *Περιθόριον*] Ita rursum cap. IX. Aliis rectius *Περιθειώριον* dicitur urbs Thraciae maritima, ab Anastasio imperatore olim condita, indeque Anastasiopolis dicta, quam destructam instauravit Andronicus Palaeologus senior, et *Περιθειώριον* appellavit, ut scribit Cantacuzen. lib. II. cap. 38. et lib. III. cap. 32. De hac porro obsidione agit idem scriptor lib. III. cap. 64. 65. et 66. DUCANG.

Pag. 692, 14. *Ὅτι προσάγειν*] *Ἔτι προσάγειν* Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 692, 15. *Ἐπὶ Διδυμότειχον*] Idem Cantacuzen. d. cap. LXVI. DUCANG.

Pag. 693, 8. *Ταῖς ἐκ Βυζαντίου λάθρα* etc.] Syntaxis, *ὑποσχέσεσι ταῖς προσιούσαις λάθρα καὶ συχνὰ ἐν Βυζαντίου ἄλλοι ἄλλοις στρατιωτῶν τῶν ἐς Διδυμότειχον, pro ἐν Διδυμοτείχῳ*. Sic infra lib. XV. cap. V. sect. 7. *ἐς Διδυμότειχον ὄντι αὐτῶ, pro ἐν Διδυμοτείχῳ* etc. BOIVIN.

Pag. 693, 18. *Ἦρος δ' ἀρχομένου*] Anno scilicet Christi MCCCXL. DUCANG.

Pag. 693, 24. *Τὰς δὲ τοιαύτας ὑποσχέσεις*] Cantacuz. lib. III. cap. 67. DUCANG.

Pag. 694, 17. *Τῆς γραφῆς*] Habacuc. BOIVIN.

Pag. 694, 20. *Ἀρξασθαι μέντοι συνέβη* etc.] De hoc terrae motu videtur egisse Cantacuzen. lib. III. cap. LXXVI. pag. 618. DUCANG.

Pag. 694, 24. *Οικίας τε καταπεσεῖν ἐγεγόνει*] In Codice Colbertino (cuius numerus est 6044.) circa finem legitur, *ἔτος 5ωνβ', Ἰνδικτ. β'. κύκλ. ἡλ. κ'.* (immo θ') *σελήνης κύκλ. β'.* (immo ιε') *ἐγένετο πτώσις ἐν πόλει*. Itaque haec ruina accidit anno mundi VI. MDCCCLII. Christi MCCCXLIV. Indict. XII. BOIVIN.

Pag. 696, 1. *Κιόνος ἐν ἀγγελικῷ σχήματι* etc.] Istius staturae nescio an alius scriptor meminerit. DUCANG.

Pag. 696, 8. *Τῆς ἐφ' ἑσπέρου ἀψίδος*] Vide Constantinopolin Christianam lib. III. et notas nostras ad Zonarae Annales pag. 154. DUCANG.

Pag. 696, 11. *Λελέξεται*] Lib. XV. cap. 2. BOIVIN.

*) Est etiam insula in sinu Saronico. BOIVIN.

Pag. 697, 20. Καὶ διαδόχοις ἐνθάδε τῶν θρόνων] Θρόνους vocat *sedem pontificiam* seu *patriarchalem*. Sic infra lib. XV. cap. III. pag. 473. E. BOIVIN.

Pag. 702, 9. Τῷ βασιλεῖ τὴν θυγατέρα δοῦναι γάμου etc.] De hoc consilio Apocauchi silet, ni fallor, Cantacuzenus. DUCANG.

Pag. 702, 11. Λέσβον καὶ Χιον ἀλλαξαμένων σφῶν] Ita etiam Codex Vaticanus. Sed legendum videtur ἀλλαξάμενος σφῶν. BOIVIN.

Pag. 702, 14. Πῶς τῷ μανιῶδει τῆς γνώμης προδεδωκυῖα] In Codice Vaticano fol. 75. v., inter vocem γνώμης et vocem προδεδωκυῖα, vacuum est spatium quinque litterarum. Legendum procul dubio ἢ Ἄννα προδεδωκυῖα. Omissum nomen formidine fustis, aut etiam maioris poenae. BOIVIN.

Pag. 702, 16. Ἐπὶ ζηλοτυπίας] Sic infra lib. XV. cap. IV. sect. 4. omnium malorum caput et causa statuitur ἢ τῆς βασιλίδος Ἄννης ζηλότυπος καὶ χαιρέκακος γνώμη. Item ibidem sect. 5. eadem Anna notatur, ut μὴ δυναμένη παντάπασιν ἀνανῆσαι τοῦ τῆς ζηλοτυπίας πάθους. BOIVIN.

Pag. 702, 19. Τοῦ ἔρωτος πείθοντος . . . σα βίον etc.] Paulo plus spatii vacat in Codice Vaticano. Hoc loco Gregoras nescio quem Augustae amorem obscure indicat. BOIVIN.

Pag. 702, 21. Ψυχὴ γὰρ ἀπαιδαγώγητον ἄγουσα βίον etc.] Complicatam et perplexis verborum ambagibus involutam auctoris mentem non potui omnino evolvere. BOIVIN.

Pag. 703, 11. Τὴν τε Κομοτηνὴν] Κομμούτζηνον dicitur Cantacuzeno lib. III. cap. 67. 71. et alibi. DUCANG.

Ibidem. Καὶ τὴν Γρατιανοῦ] Meminit Cantacuzenus lib. III. cap. 69. captae Gratianopoleos. DUCANG.

Pag. 703, 12. Μομιτίλου] Qui mox Μομιτίλας. Μομιτζίλος vero dicitur Cantacuzeno lib. III. cap. 70. ubi rem narrat. DUCANG.

Pag. 704, 20. Σύμβολα τῆς δεσποτικῆς ἀξίας οἱ Βυζάντιοι πέμπουσιν] Atqui despoticae dignitatis insignia demum missa post adeptam ex Cantacuzeno victoriam scribit idem Cantacuzenus. Cuiusmodi vero fuerint despotatus insignia docet Codinus de Offic. Palatii cap. III. DUCANG.

Pag. 705, 6. Μοσινούπολιν] De qua egimus ad Villharduinum. DUCANG.

Pag. 705, 17. Δοκεῖν εἶναι φύεσθαι] Verbum εἶναι videtur suo loco motum fuisse. Legendum fortasse, αὐτὴν καθ' αὐτὴν εἶναι τὴν ὑπογραφὴν, καὶ δύο μιᾶς τινος ῥίξης δοκεῖν φύεσθαι δένδρα etc. BOIVIN.

Pag. 705, 21. Ἐγείραι] Paul. Ep. ad Ephes. cap. 5. BOIVIN. Ibidem. Ὁ καθεύδων, καὶ ἀνάστα] Iisdem verbis haec refert Cantacuzen. lib. III. cap. 70. DUCANG.

Pag. 705, 22. Ἐνθὺς τε διαγορηγόρησαντα . . . ἀναστῆναι] Cantacuzenus Hist. lib. III. cap. 70. ait se, audita in somnis voce Nicephorus Gregor. Vol. II.

turbatum, statim surrexisse. De citharoedo et de cantilena tacet omnino. BOIVIN.

Pag. 707, 12. Ἔως τῶν ὑπασπιστῶν εἰς] Quem Lantzaretum vocat Cantacuzenus lib. III. cap. 70. qui ἐκ τῶν οἰκετῶν Cantacuzeni fuisse ait. DUCANG.

Pag. 708, 6. Τόν τε σατράπην Ἀμούρ] Atqui inde et ex Cantacuzeno lib. III. cap. 86. docemur quis *Marbascianus* Sultanus ille sit apud Ioan. Villaneum lib. XII. cap. 28. quo loco narrat quomodo Smyrnae a Latinis expugnatae sint, qui non alius est ab isto *Amur*, quem Froissartus III. Vol. cap. 22. et 23. *Amourabaquin*, seu distinctis vocibus *Amour Abakin* vocat, seu Ἀμούρ πέριν. DUCANG.

Pag. 708, 7. Κατὰ Σμύρνης ἐπίπλους] Vide supra lib. XIII. cap. ult. sect. 7. BOIVIN.

Pag. 708, 11. Τὸ τοῦ Πυθίου φρούριον] Ἐμπύθιον vocat Cantacuzenus lib. III. cap. 71. DUCANG.

Pag. 710, 9. Ἀνδρονίκῳ τῷ Παλαιολόγῳ] Is dignitate Protoprator et Stratopedarcha, cuius non semel meminit Cantacuzenus locis indicatis in Famil. Byzant. pag. 254. Cuius mortem recitat lib. III. cap. 71. et rursum Gregoras lib. XVI. cap. 1. DUCANG.

Pag. 710, 18. Ὁ Γαβαλᾶς Ἰωάννης] Tum Magnus Logotheta, postea variis auctus dignitatibus. Cantacuzen. lib. III. cap. 72. Illius non semel alibi meminit. DUCANG.

Pag. 710, 23. Συξεῦσαι τῇ ἑαυτοῦ θυγατρὶ] Cantacuz. lib. III. cap. 87. DUCANG.

Pag. 714, 11. Καὶ δημῆλικον κηλίδων ἱατρείαν τινα] Verti, eam esse divinam castigationem. Vertendum videtur, aliquam esse divinam castigationem etc. BOIVIN.

Pag. 714, 20. Μασσαλιανῶν καὶ Βογομίλων] Consulendus hic in primis Cantacuz. lib. II. cap. 39. DUCANG. Καὶ Βογομίλων] De quibus Anna Comnena, Euthymius Zigabenus, Tollii iter Italicum etc. Vide et lib. XXIX. infra, ubi de Synodo habita in monte Atho. BOIVIN.

Ibidem. Τὰ τε γὰρ ἄλλα τὸ ὄρος ὃ Ἄθως etc.] De laudibus montis Atho multa etiam patriarcha Philotheus Antirrhetic. lib. XII. (Cod. Reg. 1996. fol. 283. v.) ubi Gregoram acriter insectatur, quod et sanctam solitudinis monasticae tranquillitatem, et montem ipsum Atho calumniari ausus sit. Ἵβρίζει δ' ἀκρατῶς, inquit, εἰς τὴν ἱερὰν ἡσυχίαν διὰ τῶν αὐτῆς ἀθλητῶν τε καὶ ἀσκητῶν· μάλλον δὲ οὐκ εἰς τὴν ἡσυχίαν μόνην, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀρετὴν ὁμοῦ πάσαν, ὅση τε τῆς θεωρίας καὶ ὅση τῆς πράξεως, τὸν ἱερὸν Ἄθω τῷ λόγῳ προθεῖς, τὸ μόνον ὡς ἀληθῶς ἀπάσης τῆς ἀρετῆς κοινὸν ἐργαστήριον, τῶν καθ' ἡμᾶς τις ἔφη σοφῶν· τὸν τῶν ἐκασταχοῦ τῆς οἰκουμένης, πῶς ἂν εἴποιμι, ὁμολογουμένως ἐξελεγεμένον μάλιστα χῶρον· τὸν ἱερὸν χηραμόν· τὸ μέγα καὶ θαυμαστὸν ὄντως τῆς ἀρετῆς παγκράτιον· τῶν Ὀλύμπου πραγμάτων

τὸν διαφερόντως νομέα· μᾶλλον δὲ οὐκ οἶδ' ὅ, τι τις ἂν εἰρηκῶς, ἔπειτ' ἀρκέσαι. ἢ γὰρ τῶν ἐποικούντων ἀρετὴ πᾶσαν ὑπερβολὴν ἀμβλύνει. ὃν δὴπου καὶ βασιλεὺς ὁ σοφὸς (Cantacuzenus), οὕτω τότε τοῦ σκῆπτρου καὶ τοῦ κράτους ἐπειλημμένος, ἄρτι πρώτως ἐπιδεδημηκῶς τοῖς ἐκεῖ, καὶ τὴν ἀρετὴν μεθ' ὑπερβολῆς ἀποθαυμάζων τῶν ἐνοικούντων, „Ἕλληνες μὲν (ἔλεγεν) ἐν μύθοις φασίν, Ἄτλαντά τινα τῶν μετὰ Κρόνου θεῶν καθηρημένων, ταύτην ὑπὸ τῶν ἀρξάντων τὴν δίκην κατεψηφίσθαι, τοὺς τῆς γῆς ἀνέχειν κίονας, ὡς ἂν πιέζοιτο τῷ τοσοῦτῳ βάρει. ἐγὼ δὲ τούτους φαίην ἂν, καὶ τῆς ἀληθείας ἐμοὶ συμμαρτυρούσης, ταύτην τὴν τιμὴν λαχεῖν, τοῦ βίου τῆς πολλῆς φιλοσοφίας ἕνεκα παρὰ θεοῦ, τὸ τὴν γῆν ἀνέχειν, εὐχαῖς ἰλεομένους αὐτῇ τὸ θεῖον.“ τὸν γοῦν οὕτως ὑπὸ μεγάλων τε καὶ σοφῶν ἀνδρῶν καὶ θαυμαστῶν ὁμοῦ βασιλέων μεθ' ὑπερβολῆς θαυμαζόμενον θαυμαστὸν Ἄθω, διὰ τὸ περιὸν τῆς ἀρετῆς φημι καὶ τῆς ἀγιότητος τῶν προσοίκων (ἐῷ γὰρ νῦν τοὺς πρὸ ἡμῶν συγγραφέας τε καὶ σοφοὺς λέγειν, οὐδὲν ἤττον, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον, τῶν νῦν τούτων τεθαυμακότας) ὁ Γρηγορᾶς εἰς μέσους παρηγῶς, ὅπερ ἔφη, οὐδὲν φησιν ἀρετῆς ἕκνος διὰ τοῦ οἰκείου Ἀγαθαγγέλου, οὐδὲ μόριον γοῦν ἀγαθοῦ τι καὶ λείψανον παρὰ τοῖς ὁσίοις ἐκείνοις καὶ ὅπη οὖν εὐρεῖν, εἰ μὴ καὶ πᾶν φησι τούναντιον. Reliqua omitto, quae nimis multa sunt. Porro hinc apparet Gregoram in libris Antirrheticis, quibus Philotheus suos opposuit, aliter prorsus atque in hac Historiae parte de Atho monte locutum fuisse. Cantacuzenus eum montem a Gregora in libris quoque historicis infamatum significat lib. IV. cap. XXIV. p. 802. qua de re in ipsius Gregorae Vita diximus. BOIVIN.

Pag. 721, 19. Δίκην ὀκιάδων δυοῖν] *Duas veluti naves, ecclesiam scilicet et imperium.* BOIVIN.

Pag. 722, 15. Τῶν παλαμναίων] *Palamitae ab adversariis παλαμναῖοι per ridiculum vocabantur.* BOIVIN.

Pag. 722, 18. Καὶ ὅσοι διὰ τὸν χρόνον ἦσαν ἐφευκτικοί] *II scilicet qui nolebant de rebus divinis quicquam affirmari temere et indubitanter: quos Palamas in epistola ad Ioannem Gabram, Cod. Reg. 2409. fol. 244. v., his verbis notat: καὶ πρὶν ἢ καθίσει, διὰ στόματος ἔρῳει τὰ τῆς πονηρᾶς ἐνστάσεως ῥήματα, ἢ ἀπὸ τῆς Πύρρωνος ἐφευκτικῆς οὗτοι κακῶς ἐπὶ τὰ θεῖα μετήνεγκαν.* BOIVIN.

Pag. 724, 6. Τούτοις δὴ καὶ τὰ Χαλδαίων ἀντικρὺς συνάδει] *Chaldaicorum Oraculorum meminerunt Synesius et Plotinus. Fragmenta, a Psello et Plethone collecta et explicata, edidit in lucem Ioannes Opsopoeus Parisiis, an. MDXCIX. ex Bibliotheca Regia. Vide epistolam illi editioni praefixam, ubi Gregoras dicitur Pselli commentarium legisse, indeque multa verbotenus descripta scholiis suis in Synesii librum περὶ ἐνυπνίων indidisse, auctoris mentione*

*) Ipsa sunt Cantacuzeni verba, Histor. lib. IV. cap. 24. Edit. Reg. pag. 803. BOIVIN.

suppressa. Ioannes Laurentius Philadelphiensis Lydus, quem Iustino et Iustiniano imperantibus floruisse constat ex Photio, laudavit non semel τὰ λόγια in iis scriptis, quorum fragmenta exstant in Codice Regio 3367. Versus ab eo prolatos, quoniam ii in editione Obsopoeana desiderantur, iuvat hoc loco exhibere. Sunt autem hi:

Χρὴ δὲ χαλινῶσαι ψυχὴν βροτῶν ὄντα νοητῶν,
Ὅφρα μὴ ἐγκύρῃσῃ χθονὶ δυσμάρῳ, ἀλλὰ σωθῆ.

Ψυχαῖον σπινθῆρα δυσὶ κεράσας ὁμονοίαις,
Νῶ καὶ πνεύματι θείῳ, ἐφ' οἷς τρίτον ἀγνὸν ἔρωτα,
Συνδετικὸν πάντων ἐπιβήτορα σεμνὸν ἔθημεν.

Τῆσδε γὰρ ἐν τριάδος κόλποις ἔσπαρται ἅπαντα.
Τῆσδε γὰρ ἐκ τριάδος πᾶν πνεῦμα πατήρ ἐκέρασσε.

Νύμφαι πηγαῖαι, καὶ ἐνύδρια πνεύματα πάντα,
Καὶ χθόνιοι κόλποι, καὶ ἥεριοι, καὶ ὕπανγοι
Μηναῖοι, πάσης ἐπιβήτορες ἢ δ' ἐπιβῆται
Ἕλης οὐρανίας τε καὶ ἀστερίας καὶ ἀβύσσων.

Haec porro Laurentius Philadelphiensis non Χαλδαϊκὰ λόγια, sed λόγια tantum vocat. Nec aliter Synesius in libro *de insomniis*. BOIVIN.

Pag. 724, 15. Οὐ θυσιῶν σπλάγγων τε τομαί] Apud Synesium legitur,

Οὐ θυσιῶν σπλάγγων τ' ὄτομαι etc.

quae lectio bona est, si ὄτομαι legas. Nam ὄτομαι non dicitur. Homer. II. α'.

σέθεν δ' ἐγὼ οὐκ ἀλεγίζω,

Οὐδ' ὄτομαι κοτέοντος.

BOIVIN.

Pag. 725, 7. Ἄλλ' οὐκ Ἀτρείδῃ κ. τ. λ.] Homer. Iliad. I. BOIVIN.

Pag. 726, 10. Ἐς τὸν μέγιστον τῆς τοῦ θεοῦ Σοφίας] Cantacuz. lib. III. cap. LXXX. DUCANG.

Pag. 726, 19. Καὶ περιαγωγὰς κακοδαίμονας] Hoc loco περιαγωγὰι videntur esse ignominiosae per compita et fora translationes, aut etiam exsilia et deportationes. BOIVIN.

Pag. 726, 23. Ἐαρος ἐπιστάντος] Cantacuzen. lib. III. cap. LXXXI. DUCANG.

Pag. 726, 24. Ὁ σατράπης Ἀμουρ] Hic errat Gregoras. Neque enim Amur is tum fuit, sed Orchanes orientalis Bithyniae Satrapa, quique a Paphlagonia usque in Phrygiam imperabat, ut testatur ipse Cantacuzenus non uno loco. Amur vero postmodum cum viginti millibus equitum venit, et Cantacuzeno affuit contra Momitzilam, ut scribit idem Cantacuzenus cap. LXXXVI. DUCANG.

Pag. 728, 3. Θέρους δὲ ἤδη μεσοῦντος] Cantacuz. lib. III.

cap. LXXXVI. DUCANG. Θέρους δ' ἤδη μεσοῦντος] Immo vere ex-
eunte. Nam Momtilas, cuius clades narratur, quadriduo ante
Apocauci caedem debellatus, Apocaucus vero Iunii die undecima
caesus est; ut constat ex cap. seq. sect. 1. et 5. Gregoras ver, ae-
statem, auctumnus et hiemem, non tam aequinoctiis et solstitiis,
quam calore, frigore, et propriis cuiusque tempestatis proventi-
bus definivit. BOIVIN.

Pag. 729, 15. Τοῦ παλαιοῦ παλατίου] Cantacuzen. lib. III.
cap. LXXXVIII. καὶ τὸ ἐν βασιλείοις τῆς Κωνσταντίνου δεσμοτήριον
κατασκευάζει etc. Idem τὰ Κωνσταντίνου μεγάλου βασίλεια vocat.
Rem etiam ibidem pluribus narrat. DUCANG.

Pag. 730, 13. Οὐργιᾶς] Barbare pro ὀργυιᾶς. Vide Glossar.
Ducang. BOIVIN.

Pag. 730, 21. Εἰς λήθης φρούριον] Vide Procop. de bello
Persico lib. I. cap. V. BOIVIN.

Pag. 731, 15. Ἦκε μεθ' ὕπνου, καὶ τράπεζαν ὀψόμενος,]
Verbum verbo reddidi, nec ausus sum aliter interpungere atque ut
in Codice Regio interpunctum erat. Quid sit τράπεζα hoc loco,
non satis assequor. Fortasse hic sensus est: *Apocaucum diri illius*
carceris aspectu oculos pavisse, ac vix somno excitatum eo tanquam
ad mensam opiparam cucurrisset. An bis venit; semel, post somnum:
iterum, post mensam? BOIVIN.

Pag. 732, 6. Οὕτως ὁ δρασόμενος] Ad Corinth. I. cap. III.
v. 19. BOIVIN.

Pag. 732, 10. Ὁ Ραοὺλ πρῶτος ἀρπάσας] Alexius forte ille
δουξ, Cantacuzeni causa et ipse carcere damnatus. Idem Cantacu-
zenus pag. 657. De Raüliorum familia Constantinopoli a Francis
orta pluribus egimus ad Alexiadem Annaeam pag. 239. Notarum.
DUCANG.

Pag. 735, 18. Παρὰ τὸν γείτονα συνιόντας ἐπὶ ὁδρόμον]
Quem *Ευλόκερον* vocant scriptores, de cuius situ agimus in Con-
stantinopoli Christ. lib. II. sect. I. n. 16. et lib. IV. sect. XIII. n. 25.
DUCANG.

Pag. 736, 7. Πᾶν τὸ Γασμουλικὸν] De Gasmulis diximus
supra ad lib. VI. DUCANG.

Pag. 737, 16. Ἐς τὴν ἐχομένην τῆς Νέας μονὴν] Monaste-
rium virorum fuisse indicat cap. seq. τὰς καλύβας τῶν ἐκεῖ μονα-
ζόντων ἠνδραποδίζοντό τε καὶ διήραζον. Cantacuz. lib. III. cap.
LXXXVIII. ἐπὶ τὸν ἐγγὺς κατέφυγον ναὸν τῶν ἐννέα ταγματῶν
προσαγορευόμενον. De hoc monasterio egimus in Constantinop. Chr.
lib. IV. sect. XV. n. 35. Corrupte igitur Νέα pro ἐννέα dicebant ea
aetate Constantinopolitani. Nam alia fuit aedes Νέα dicta S. Mi-
chaëlis in Magno Palatio sita, de qua pariter multa congressimus in
eadem lucubratione lib. II. pag. 127. et in Gloss. med. Latin. in
Aenea, et in Gloss. med. Graecit. in Νέα. DUCANG. Τῆς Νέας μο-

νήν] Cantacuzeno dicitur *ναὸς τῶν ἐννέα ταγμάτων*, Hist. lib. III. cap. LXXXVIII. pag. 658. **BOIVIN.**

Pag. 740, 10. Ὁ ἐν τῆς προτέρας συζύγου] Is Ioannes Apocaucus appellatur a Cantacuzeno lib. III. cap. XCIII. ubi rem eandem narrat. Sed et scribit lib. III. cap. LXXXVIII. duos Apocauci filios, stoliditatem moresque improbissimos patris detestantes, paulo ante ipsius caedem ad ipsum Cantacuzenum transiisse. **DUCANG.** Ἐπεὶ δ' ὁ ἐν τῆς προτέρας συζύγου πρώτος Ἀποκαύκου υἱός] In Codice Regio legitur quidem *πρώτος*, sed supra syllabam *πρῶ* eadem manu scriptum legitur *τρί*: unde dubium est utrum hic legendum sit *πρώτος* an *τρίτος*. Cantacuzenus meminit trium Alexii Apocauci filiorum, quorum duos vivo patre ait ad se transiisse, Hist. lib. III. cap. LXXXVIII. tertium, quem ambigimus utrum maximus an minimus natus fuerit, post patris mortem in suas partes transgressum, a Zelotis Thessalonicae praecipitatum et obtruncatum narrat, eiusdem lib. cap. XCIII. et XCIV. **BOIVIN.**

Pag. 740, 17. Θεσσαλονικέαν χειροῦται ἀκρόπολιν] Quae πόλει τινὶ ἔοικε μικρᾷ, καὶ οἰκήτορας ἰδίους habebat, inquit Cantacuz. cap. XCIV. **DUCANG.**

Pag. 741, 1. Καὶ τὸν τοῦ Ἀποκαύκου κ. τ. λ.] Cantacuzenus eam rem videtur conferre in annum Christi MCCCXLVI. Hist. lib. III. cap. XCIII. **BOIVIN.**

Pag. 741, 6. Τὸ τοῦ Βατάτζη Ἰωάννου] Illius meminit Cantacuzenus lib. III. cap. XXIX. Quo loco Ἀγγραῖτων προσαγορευμένῳ τάγματι praefectum fuisse tum ait; praeterea cap. XXII. XLVI. LXXVI. et XC. ubi quaedam ex iis quae a Gregora narrantur attigit. **DUCANG.**

Pag. 741, 7. Πλούσιος ἐξ ἀπογραφικῶν ἐμποριῶν] Qui vectigalia et alios principum redditus exigendis certo constituto pretio redimebant, ii a Latinis medii et infimi aevi scriptoribus *peraequatores*, *recuperatores*, atque etiam *descriptores*; a Graecis *ἐξισωταὶ*, *ἐπόπται*, et *ἀναγραφεῖς* dicti. Quodnam illorum munus fuerit, docet Ducangius in Glossariis mediae tum Latinitatis tum Graecitatis. Hoc genus negotiationis a Gregora vocatur *ἀπογραφικὴ ἐμπορία*, quae scilicet constabat redituum ac vectigalium descriptionibus. **BOIVIN.**

Pag. 741, 18. Περιστάσεως φρούριον] Illud forte quod *Τερίστασι* vocat Cantacuzenus lib. III. cap. LXXVI. Aliud memorat cap. LXVI. quod *Περιστίτζαν* appellat. **DUCANG.** Placet admodum Ducangii coniectura, qui legendum putat *Τεριστάσεως*. **BOIVIN.**

Pag. 741, 21. Ἦν ἐκ Τροίας ἐξητηκότι] Cantacuzenus, ἐκ Ἀνδίας περιμένων στρατόν. Cuius tractus Sarchanem Satrapam facit lib. III. cap. XCVI. **DUCANG.**

Pag. 741, 22. Ὁ Σατράπης Σουλμάν] Duos hoc nomine memorat Cantacuzenus, alterum Sarchanis filium, Cerasae Phrygiae Satrapam, qui sub haec tempora vel paulo ante in Thracia ex-

febre obiit, adeo ut vix is existimari possit Vatatzae gener, quandoquidem cum Vatatzes caesus interiit, adhuc superstes erat Sulymanus iste. Alter est Sulymanus Orchanis filius primogenitus, de quo idem Cantacuzenus lib. IV. cap. IV. XXXIV. et alibi, et Laonicus lib. I. pag. 12. Tertius filius Aitinis. Annales Turcici pag. 314. eius l. Edit. Reg. Carasen ab eo expugnatam scribunt, urbem forte illam cui alter Solymanus imperabat. DUCANG.

Pag. 746, 13. Μέχρι στενωῶν Χριστουπόλεως] Cantacuzen. lib. I. cap. IV. Χριστουπόλεως φρούριον, ἅμα μὲν ὄν καρτερόν ἔκ τε τῆς φύσεως τῆς κατασκευῆς τοῦ τόπου καὶ τῶν τειχῶν, ἅμα δ' ὅτι καὶ ὥσπερ εἶ τι κλειῖθρον κεῖται τῶν κλιμάτων ἐκατέρων μέσον. Meminit rursum Gregoras hoc cap. Χριστουπόλεως στενωῶν. DUCANG. Vide notam ad pag. 151. A. supra. BOIVIN.

Pag. 747, 1. Βασιλέα Ῥωμαίων ἑαυτὸν ἀνηγόρευσε] Cantacuzen. lib. III. cap. LXXXIX. extremo. DUCANG.

Pag. 747, 8. Τῶν Σκοπίων πόλεως] Quam quidem urbem in Regiam deinceps delegit. Cantacuz. lib. IV. cap. XIX. Vide Laonicum lib. I. pag. 14. et Leunclavium in Pand. Turc. DUCANG.

Pag. 747, 9. Ἀξιὸς] Vide lib. VIII. cap. IV. sect. 7. et lib. XIII. cap. II. sect. 7. BOIVIN.

Pag. 747, 13. Καὶ Δέρκου] Πόλις ἐν τῇ Δέρκη λίμνη Cantacuzeno lib. III. cap. 81. DUCANG.

Pag. 749, 15. Ἡ μία τῶν ἀλθερίων ἀψίδων] Cantacuzen. lib. IV. cap. 4. DUCANG.

Pag. 750, 10. Τίσι μὲν τὸν καὶ τ. λ.] Cant. cant. cap. I. v. 5. et cap. V. v. 7. et Psalm. LXXIII. v. 23. BOIVIN.

Pag. 750, 14. Βοή καὶ θρηνησις ἠγείροτο μελῶν] Videtur Gregoras respexisse ad illa Gregorii Nazianzeni de Anastasiae templo,

Οὐ τόσον, Ἀσσυρίοισιν ὅτ' ἤγετο τηλόδι πάτρης,
Λαὸς δουριαλῆς νηὸν ἔκλαυσε μέγαν. BOIVIN.

Pag. 751, 16. Καὶ τὰ ἐρείσματα ὁπόσα πρὸς Ἀνδρονίκου τοῦ βασιλέως] Atque hinc discimus a quo exstructi fuerint muri illi obnitentes quatuor maioribus pilis sustentibus Hemisphaerium, de quibus egimus in Constantinop. Christ. lib. III. sect. 36. DUCANG.

Pag. 753, 17. Τὸ δὲ κατ' ἀμφοτέρα τό, τ' ἀβούλητον καὶ ὁ πρὸς διόρθ.] Ita etiam Vaticanum exemplar; ex quo, quae in Regio apographo deessent, suppleturum me sperabam. BOIVIN.

Pag. 755, 6. Annum Christi MCCCXLVI. ascripsimus, quo ineunte datam putamus illam Cantacuzeni ad patriarcham Joannem epistolam. Huic coniecturae favet ordo ipse rerum narratarum. BOIVIN.

Pag. 756, 2. Καὶ μὴ πειθόμενον, ἂν τινα] Εἶχεν ἂν τινα Codex Vaticanus, ut accepi ex Cl. V. L. Targnio. BOIVIN.

Pag. 758, 2. Εἰς μῆκος ἐκτείνας γράμματα τὴν ἐπιστολήν]

More imperatorum Constantinopolitanorum, de quo diximus ad Alexiadem Ammaeam pag. 253. Notarum. DUCANG.

Pag. 758, 20. Τὴν τοῦ βασιλείου κ. τ. λ.] Vide supra lib. IV. cap. IV. BOIVIN.

Pag. 760, 11. Ἡ κάμηλος] Apostolius Centur. IX. Proverb. 70. BOIVIN.

Pag. 760, 19. Μετὰ τὸ πληγ.] Apostolius Centur. II. Proverb. 53. et Centur. XIII. Proverb. 98. BOIVIN.

Pag. 761, 17. Ἀνωτέρω] Lib. XIV. cap. III. sect. 9. BOIVIN.

Pag. 762, 13. Βασιλικὴν περιτίθησι τῇ κεφαλῇ ταυρίαν] Cantacuz. lib. III. cap. CXII. init. ubi diem notat festum SS. Constantini et Helenae matris, XII. Kal. Iunii. DUCANG. Βασιλικὴν περιτίθησι κ. τ. λ.] Mense Maio. Vide Cantacuz. lib. III. cap. XCV. BOIVIN.

Pag. 762, 15. Τῶν Ἱεροσολύμων πατριάρχου] Lazarum vocat ibid. Cantacuzenus. DUCANG.

Pag. 762, 18. Βιθυνίας σατράπην Ἰσκανόν] Qui Ὁρχάνης dicitur Cantacuzeno lib. III. cap. XCV. ubi has nuptias describit; Otomani primi Turcorum hodiernorum auctoris filius, ut scribit Laonicus lib. I. ubi et harum nuptiarum meminit pag. 12. DUCANG.

Pag. 762, 22. Καὶ τῇ δυνάμει τοὺς κατ' αὐτὸν ἤδη Περσικοὺς ὑπεραίρων σατρ.] Τοὺς κατ' αὐτὸν σατράπας interpretor *sui temporis Satrapas*. Erunt fortasse qui malint *sui generis Satrapas*, vel *vicinos Satrapas*. BOIVIN.

Pag. 762, 24. Τῇ θυγατρὶ Μαρίᾳ] Hic errat Gregoras. Nam Theodoram ipsemet vocat Cantacuzenus non semel, ut et alii. Mariam vero primogenitam duxerat Nicephorus Angelus Acarnaniae despota. Vide stemma Cantacuzenicum in Famil. Byzant. pag. 261. DUCANG.

Pag. 763, 18. Τοῖς περὶ Φιλαδελφίαν σατράπαις] Sarchanem Philadelphiae Satrapam ab Anna evocatum scribit Cantacuz. lib. III. cap. XCVI. DUCANG.

Pag. 763, 20. Καὶ τὸ ἔαρ ἐν τούτοις] Anno 1347. DUCANG. Immo anno 1346. BOIVIN.

Pag. 765, 11. Ὑπὸ Τούζου] De quo supra lib. XIII. cap. ult. sect. 2. BOIVIN.

Pag. 765, 16. Ἐς Χίον τὴν νῆσον] Ut Chius et utraque Phocaea in Genuensium potestatem venerint, narrat etiam Cantacuzen. lib. III. cap. 95. lib. IV. cap. 11. 12. Bizarus lib. VI. p. 130. sub an. 1346. DUCANG.

Pag. 766, 11. Ὁ Φακεωλάτος] Id ipsum refert Cantacuzen. lib. III. cap. 95. DUCANG.

Pag. 767, 5. Ἦν δ' ὅμως περιδεὴς ὁ Φακεωλάτος] Quippe proposuerant Genuenses Galataei praemium ac impunitatem ei qui illum morti traderet. Cantacuzen. loco laudato. DUCANG.

Pag. 767, 12. Τῆς ὀργῆς ἐκείνης] Causam, cur Anna impe-

ratrix a patriarcha alienata sit, pluribus exponit Cantacuz. lib. III. cap. 98. DUCANG.

Pag. 768, 3. Διὰ τὴν τοῦ τόμου κατάλυσιν] De quo quidem Tomo, et Synodo Constantinopolitana, et controversia inter Barlaamum et Gregorium Palamam, fuse egit Cantacuzen. lib. II. cap. 39. 40. ubi consulendus Gretserus. DUCANG.

Pag. 768, 4. Ἐπεὶ δ' ἔτυχεν δέσμιον ἐκ πολλοῦ κατέχουσα τὸν Παλαμᾶν] Exstant in Codice Regio 2409. cum alia multa Palamae scripta theologica, tum epistolae aliquot apologeticae, in quibus Palamas hanc vitae suae partem fuse enarrat. Inde nos, quae ad Chronologiam pertinebant, selecta quaedam excerpsumus. Sunt autem haec. Palamas coepit suspectus esse circa initia belli civilis A. C. MCCCXLII. Cod. Reg. fol. 296. v. Περί ποντὰ μέσα τῶν πρὸ τοῦ σωτηρίου πάθους νησιμῶν ἡμερῶν, id est, *circiter mediam Quadragesimam*, patriarcha Palamae significat, suspectum eum sibi et Augustae esse, petitque ab eo, ut secum ad hanc veniat, delendae eius suspicionis causa, fol. 295. v. lin. ult. In Dominica Palmarum appellit Byzantium ὁ Πρωῶτος, id est, *Primus* monasteriorum montis Atho moderator, fol. 296. v. lin. 3. Exacta Dominicae Passionis hebdomade, ac sequenti ineunte, Palamas patriarcham invisit et Augustam, *ibid.* lin. 6. Statim post Dominicam τῶν ἀγίων πατέρων, intra octavam Ascensionis, confert se in monasterium e regione Byzantii situm, *ibid.* infima pag. Inde, verno tempore, in aliam domum a tumultu nautico remotam transit, fol. 297. lin. 3. Paucis diebus interiectis quaesitus a quodam ecclesiae ministro, nec inventus, in Urbem redit, *ibid.* lin. 4. Ineunte autumno Heracleam secedit, et ibi per quatuor menses commoratur, fol. 285. lin. 6. fol. 284. v. in inf. pag. fol. 299. v. in fine pag. Inde A. C. MCCCXLIII. reversus, in aedibus S. Sophiae commoratur per integrum duorum mensium spatium, fol. 284. v. med. pag. Comprehenditur et in custodiam datur ἔαρος μεσοῦντος, hoc est, circa initium mensis Maii, fol. 285. lin. 7. Ignatius, patriarcha Antiochenus, Byzantium venit anno post Andronici iunioris mortem tertio completo, A. C. MCCCXLIV. fol. 283. v. lin. 20. Palamas, ad monachos montis Atho scribens A. C. MCCCXLVI., ait se περιεκλεισμένον ἀκρίτως ἐπὶ δυσὶν ἐνιαυτοῖς ἤδη, id est, annum iam alterum elapsum esse, ex quo inclusus teneatur, fol. 299. infra med. pag. Nondum eo tempore coacta erat in eum Synodus. *Ibid.* Ignatius, patriarcha Antiochenus, Byzantio excedit, literis ad patriarcham Constantinopolitanum contra Palamam scriptis, fol. 282. v. lin. 1. Haec Regius ille Codex. Aliquanto post Palamas carcere emissus, anno ipso (ut opinor) MCCCXLVI. Tamen Cantacuzenus lib. III. cap. ult. pag. 699. scribit, Palamam adhuc in carcere fuisse eo tempore quo ipse Urbem cepit; atque eum, cum Andronico Asane eductum e custodia, venisse ad se ait Annae Augustae missu legatum. ΒΟΙΝΙΧ.

Pag. 768, 11. Τὴν γνώμην περιφανῶς μετήνεγκε... τὴν τε περὶ τὰ δόγμα. γνώμην ἐκείνου κυροῦσα etc.] Huc pertinet Palamae ad Augustam epistola, quae exstat in Codice Regio 2409. supra laudato, fol. 53. Ea est eiusmodi.

Γρηγορίου ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης ἐπιστολὴ
πρὸς τὴν θεοστεφῆ βασιλίδα, κυρὰν Ἄνναν
τὴν Παλαιολογίναν.

Οὐδὲν οὕτως ἀναγκαιότατον οὐδὲ λυσιτελέστατόν τε ἅμα καὶ πρεπωδέστατον τοῖς τοῦ Χριστιανύμου γένους κατ' εὐδοκίαν ἐκ θεοῦ βασιλεύουσιν, ὡς τὸ χρῆσθαι τῇ δυνάμει τῆς ἐκ θεοῦ βασιλείας, ὑπὲρ τῆς αἰδίου τοῦ θεοῦ βασιλείας, ἢ παρὰ τῶν νῦν αὐθις ἀντικειμένων ἡμῖν εἰς κτίσμα φρενοβλαβῶς κατασπᾶται. καὶ τοῦτο συνεῖς εἶπερ τις ὁ πολὺς ἐκείνος καὶ τὰ πάντα θαυμάσιος ἡμῶν βασιλεὺς, ἔδειξεν ἔργῳ τὴν βασιλείαν ἐκ θεοῦ δεδεγμένος, ἅτε ζῆλον ἔνθεον ὑπὲρ τῆς ἐκείνου βασιλείας ἀνηρημένος, καὶ κατασπᾶσας εἰς τέλος τοὺς τὸ ὕψος ἐκείνης ταπεινοῦν ἠρημένους. τοῦτο καὶ ἡ κρατίστη σὴ βασιλεία, δέσποινα ἡμῶν ἀγία, δι' ἧν ἤδη πράττεις, ἐναργῶς διατελεῖς παριστώσα· καὶ εἶη σοι τὴν προᾶξιν εἰς τέλος ἀγαγεῖν, καὶ τοὺς τῇ εὐσεβείᾳ πάλιν, ὡς ἐκείνου μηκέθ' ἡμῖν ὄντος, ἀναιδῶς ἀντιστάντας, εἰς τέλος καθελεῖν, ἵν' ἐκείνω, καθάπερ τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς πᾶσιν, οὕτω καὶ τὸν ὑπὲρ θεοῦ ζῆλον ἰσοστάσιος εἴης. ἐπεὶ δὲ τῷ θεοκινήτῳ ζῆλῳ τὴν βασιλικωτάτην ἐν ἀρεταῖς συγκεκραμένην ἔχουσα φρόνησιν, ζητεῖς καλῶς ποιοῦσα μαθεῖν ὡς ἐν ἐπιτόμῳ καὶ κατὰ τὸ ἐγχωροῦν σαφῶς, τὰ παρ' ἡμῶν καὶ τὴν ἀντιθέτων ἡμῶν καὶ φρονούμενα καὶ λεγόμενα περὶ τοῦ θειοτάτου φωτός, οὕτω ταῦτ' ἔχει. Καὶ τὴν οὐσίαν τοῦ θεοῦ οἱ ἅγιοι ἔστιν οὗ θεότητα ὀνομάζουσι, καὶ τὸ φῶς καθ' ὃ λάμπας ἀπορόρητος ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐπὶ τοῦ Θαβωρίου ὄρους περιήστραψε τοὺς συναναβάντας μαθητάς, θεότητα ὀνομάζουσιν. ὡς οὖν ἡμῶν ἄκτιστον εἶναι φρονούντων μετὰ τῆς ὑπὲρ πᾶσαν ἔκφανσιν οὐσίας, καὶ τὴν τοῖς ἀξίοις ἐπιφαινομένην ταύτην ἔλλαμψιν, δύο θεότητας ἀκτίστους πρεσβεύειν, ὑπερκειμένην καὶ ὑφειμένην ὁ Ἀκίνδυνος κατηγορεῖ, καθάπερ καὶ ὁ Βαβλαάμ. αὐτὸς δὲ μόνην ἄκτιστον εἶναι λέγει θεότητα, καθάπερ καὶ πρότερον ἐκείνος, τὴν οὐσίαν τοῦ θεοῦ· τὴν δὲ θείαν ἐκείνην ἔλλαμψιν, κτιστὴν. ἐπεὶ δὲ κτιστὴν εἶναι λέγει τὴν θείαν ἔλλαμψιν ἐκείνην, καὶ ὑφειμένην εἶναι λέγει πάντως. οὐκοῦν δύο λέγει καὶ αὐτὸς θεότητας, ὑπερκειμένην καὶ ὑφειμένην. φανερόν οὖν ὡς πρὸς ἀπάτην τῶν ἀκούοντων, τὴν ὑπερκειμένην καὶ ὑφειμένην ἡμῶν κατηγορεῖ θεότητα. τούτο δὲ ἐστὶν ἀληθῶς δι' ὃ ἡμῶν κατηγορεῖ, ὅτι τὸ θεῖον καὶ ἀπόρορητον ἐκεῖνο φῶς, ὃ κτιστὸν εἶναι φησὶν αὐτὸς, ἄκτιστον εἶναι πρεσβεύομεν ἡμεῖς, καθάπερ οἱ τε θεοφόροι πατέρες καὶ Χριστὸς αὐτὸς ὁ κατὰ τοῦτο λάμ-

ψας, καὶ βασιλείαν τοῦ Θεοῦ τοῦτο καλέσας, ἐδίδαξαν ἡμᾶς. οὐ γὰρ ἔστιν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ δούλη καὶ κτιστή. μόνη γὰρ αὕτη παντὸς μᾶλλον ἀβασίλευτος καὶ ἀήττητος, καὶ χρόνου παντὸς καὶ αἰῶνος ἐπέκεινα. οὕτως οὖν ἡμεῖς ἓνα κατὰ τὸν μέγαν Ἀθανάσιον ἐν μιᾷ θεότητι σέβομεν Θεόν, οὐ κατὰ τὴν οὐσίαν μόνην ἄκτιστον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰ περὶ τὴν οὐσίαν θεωρούμενα καὶ θεολογούμενα, τὴν δύναμιν, τὴν θέλησιν, τὴν ἀγαθότητα, τὸ φῶς, τὴν ζωὴν, καὶ τὰ τοιαῦτα· καὶ ὡς μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς οὔσης τῶν τριῶν προσώπων καὶ τῆς οὐσίας καὶ τῆς ἐλλάμψεως, καὶ ἀπλῶς πάσης δυνάμεως καὶ ἐνεργείας θείας. ὁ δὲ Ἀκίνδυνος ἀθέσμως εἰς κτιστὰ καὶ ἄκτιστα τὸν ἓνα Θεὸν διχοτομεῖ, καὶ εἰς δύο θεότητας ἐκφύλους, καὶ ὄντως ὑπερκειμένην τε καὶ ὑφειμένην, τὴν μίαν κατατέμνει θεότητα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· τὴν μὲν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ ὑπερκειμένην λέγων, ὡς μόνην κατ' αὐτὸν ἄκτιστον θεότητα· τὸ δὲ φῶς ἐκεῖνο, ὑφειμένην ὡς κτιστὴν θεότητα. ποιεῖ δὲ κτιστὴν ἐντεῦθεν καὶ τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ. οὐ γὰρ ἡ ἔλλαμψις κτιστή, ἄκτιστον αὐτὸ οὐκ ἔστι. τὸ δὲ πλῆθος τῶν ἄλλων πονηρῶν αἰρέσεων, αἷς ἐντεῦθεν περιπίπτει, ἡ τοῦ νῦν γραμματος συντομία οὐ χωρεῖ. καθάπερ δὲ ὁ Σαβέλλιος, ἐν τῷ μὴ διαφέρειν λέγειν τοῦ πατρὸς τὸν υἱόν, μὴ ἔχειν υἱόν τὸν πατέρα ἐδογματίζεν, οὕτως ὁ Ἀκίνδυνος, ὅταν λέγῃ μὴδὲν διαφέρειν τὴν θείαν ἐκείνην ἔλλαμψιν καὶ ἐνέργειαν τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἔχειν φησὶν ἐνέργειαν τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ. ὁ δὲ τοῦτο λέγων, μετὰ τοῦ Μεσσαλιανὸς εἶναι, καὶ ἀναιρεῖ τελῶς τὸν Θεόν, ἑαυτὸν ἄθεον ὑπάρχοντα δεικνύς. τὸ γὰρ μὴ ἔχον ἐνέργειαν, οὐδαμῶς ἔστι κατὰ τοὺς Θεολόγους. διὰ τοῦτο τὸ θεῖον ἐκεῖνο καὶ προσκυνητὸν στόμα τοῦ τρισμακαρίστου καὶ ἁγίου μου ἀθέντου καὶ βασιλέως, διὰ τοῦ συνοδικοῦ φησι τόμον· ὡς εἰ καὶ πρὸς τοσοῦτον ὕψος θεωρίας ἀνέδραμον ἐν τῷ Θαβῶρ οἱ τοῦ κυρίου μύσται, χάριν καὶ δόξαν εἶδον θείαν, ἀλλ' οὐ τὴν φύσιν αὐτὴν τὴν χορηγοῦσαν τὴν χάριν. καὶ γὰρ ἴσμεν ἐκείνην, ὑπὸ τῶν θείων λογίων μεμνημένοι, ἀμέθεκτον, ἄληπτον, ἀόρατον, καὶ αὐταῖς ταῖς ὑπερκοσμίαις καὶ ἀνωτάτω δυνάμεσι. νῦν δ' οἱ καταφρονήσαντες καὶ Θεοῦ καὶ τῶν ἐκ Θεοῦ ἁγίων, καὶ τοῦ ἐκ Θεοῦ βασιλέως ἡμῶν ἐκείνου καὶ τῆς συνοδικῆς ἐξετάσεώς τε καὶ ἀποφάσεως, καὶ τῶν ἐπὶ ταύτῃ φρικωδεστάτων δεσμῶν καὶ ἀναθεματισμῶν, ἡμᾶς μὲν οὕτως εὐσεβῶς φρονοῦντας, καὶ τοὺς ἡμῖν ὁμοφρονοῦντας ἀποκηρύττουςιν, Ἀκίνδυνον δὲ καὶ τοὺς οἷος αὐτὸς, τάναντία δυσσεβῶς φρονοῦντας, συνηγοροῦσι καὶ στηρίζουσι, παντὶ τρόπῳ, κοινωνοὺς ἔχειν καὶ συλλειτουργοὺς σπουδάζοντες. Hanc epistolam puto primordium ac primum velut fundamentum fuisse initae ab Augusta cum Palama adversus patriarcham societatis. BOIVIN.

Pag. 769, 18. Παύλου] Ad Galatas cap. I. v. 8. BOIVIN.

Pag. 770, 3. Κακῶς μὲν ἀφίει κ. τ. λ.] Hom. Iliad. I. 25.

BOIVIN.

Pag. 770, 13. Ἡμεῖς (λέγων) κ. τ. λ.] Gregor. Nazianz. Orat. I. BOIVIN.

Pag. 772, 12. Καὶ ἅμα τῶν ὄρων κ. τ. λ.] Vide supra lib. XII. cap. VI. sect. 4. BOIVIN.

Pag. 773, 3. Ἐπεὶ γὰρ] Conferendus ad hoc caput Cantacuzenus lib. III. cap. 97. et 99. DUCANG.

Pag. 774, 12. Ἡ χουσεῖα καλεῖται] Novo vocabulo: nam χουσεῖα semper appellatur a scriptoribus Byzantinis: quae quidem porta tum erat obstructa, seu ἀπωκοδομημένη, uti scribit Cantacuzen. d. cap. 99. quod et infra indicat his verbis, διώρτυτον τὴν χουσεῖν πύλην etc. DUCANG.

Pag. 774, 21. Ἐς τοὺς ἀντικρυ τῶν βασιλέων ὑπορόφους οἴκους] Cantacuzen. ἐπὶ τὸν Πορφυρογεννήτου κατέλυσε οἶκον. Ex quibus Porphyrogennetae aedis situm docemur. DUCANG.

Pag. 775, 1. Ἦγε δ' ὁ φεβρουάριος τηρικαῦτα τρίτην ἡμέραν] Capta igitur Constantinopolis a Cantacuzeno III. Febr. anno mundi iuxta Graecos VI. MDCCCLV. Christi MCCCXLVII. Indict. XV. Idem Cantacuz. cap. 100. extremo. DUCANG. Cantacuzeno Hist. lib. III. cap. ult. is dies est Februarii VII. Ait quippe se ab Anna Augusta admissum esse in Palatium Februarii die VIII. Constat autem admissum fuisse postridie quam ingressus in Urbem fuerat. BOIVIN.

Pag. 775, 3. Τῆς ἀκροπόλεως ταύτης ἐντὸς συγκλεισθεῖσα] Infra πῦρ καὶ φρυγάνων φακέλλους ὑφῆψαν τὴν πρὸς τῷ τεμένει Βλαχερνῶν τῆς ἀκροπόλεως πύλην. Cantacuzen. cap. 100. τὸ ἐν Βλαχερναῖς φρούριον vocat, de quo copiose egimus in Constantinopoli Christ. lib. II. sect. V. n. 7. In eo igitur Palatio tum morabatur Anna imperatrix. DUCANG.

Pag. 775, 10. Ἐκ Γαλάτου] Idem habet Cantacuz. cap. 99. DUCANG.

Pag. 775, 19. Τὴν ἀπὸ Σκυθῶν δῆσι] Proverbium, quo rursum infra cap. 31. utitur. Id est, convitiis respondere. DUCANG.

Pag. 776, 19. Πρὸ δυοῖν που κ. τ. λ.] Vide Cantacuz. lib. III. cap. 73. BOIVIN.

Pag. 776, 23. Πρόσεχε οὐρανὲ κ. τ. λ.] Deuteron. cap. XXXIII. v. 1. BOIVIN.

Pag. 778, 18. Ὅθεν τῆς ὑστεραίας ἐπιούσης] Postridie quam Cantacuzenus in Urbem fuerat intromissus. BOIVIN.

Pag. 780, 1. Καὶ ἀνοιχθέντων ἤδη τῶν βασιλείων] Februarii die quarta, si Gregorae credendum; octava, si Cantacuzeno; quem minime certe probabile est erravisse in eo die assignando, quo imperii sedem invasit. BOIVIN.

Pag. 781, 12. Κατὰ τῆς τοῦ πατριάρχου καθαιρέσεως] De qua Ioannis patriarchae Constantinopolitani abdicatione Cantacuzen. lib. III. cap. 99. lib. IV. cap. 3. DUCANG.

Pag. 783, 22. Ἐσπέρας γὰρ] Psalm. XXIX. v. 6. BOIVIN.

Pag. 784, 17. Τῇ τε τῆς ἐπισκοπῆς καθαιρέσει προσεπήγε

καθαίρεσιν] Scripserat, puto, Gregoras, τῇ τε τῆς ἐπισκοπῆς καθαι-
ρέσει τὴν τῆς ἱερωσύνης προσεπῆγε καθαιρέσιν, id est, *Episcopalis
dignitatis abrogationi etiam sacerdotii abrogationem adiecit.* BOUVIN.

Pag. 784, 18. Ἐν τῇ τοῦ θείου Βασιλείου μονῇ] Id silet
Cantacuzenus. De hoc monasterio egimus in Constantinop. Christ.
lib. IV. sect. VI. n. 12. DUCANG.

Pag. 786, 7. Ἰσίδωρον] Cantacuzen. lib. IV. cap. 3. DUCANG.
Huc pertinet Ignatii, patriarchae Antiocheni, Tomus contra hunc
Isidorum; qui Tomus exstat apud Leonem Allatium (de libris ec-
clesiasticis Graec. Dissert. II.) Novembri mense promulgatus, Indict.
XIII. hoc est anno Christi MCCCXLIV. exeunte. Palamas in ora-
tione, quae adversus Ioannem Calecam patriarcham scripta exstat
Cod. Reg. 2409. fol. 280. v. suam et Isidori causam agit his verbis:
Ἄλλὰ καὶ μετὰ τὰς συνόδους ἀμφοτέρας ἐκείνας, καὶ τὸν ἐπ' ἐκεί-
ναις τόμον, ὕστερον οὐκ ὀλίγον χρόνον, ὑποψηφίους Μονεμβασίας
τὸν τε Παλαμᾶν, καθ' οὗ νῦν μαίνεται, καὶ τὸν αὐτῷ συνηγωνι-
σμένον ἐν πᾶσιν ἱερὸν ἢ Ἰσίδωρον, μετὰ πάσης ποιεῖται τῆς ἐκ-
κλησίας, αὐτὸς ὁ νῦν λέγων ἐξ ἀρχῆς ἀμφιβόλους αὐτοὺς εὐθύς
εἶναι περὶ τὸ σέβας, καὶ ἔτι μᾶλλον προϊόντος τοῦ λόγου. πῶς
οὖν τηλικαύτην ψῆφον σὺν πᾶσι τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἐπ' αὐτοὺς ἤγε,
καὶ προκαθηγεῖσθαι τῆς ἐκκλησίας ἡξίου, καὶ πρὸς τοσοῦτον δι-
δασκαλικὸν ἀνεβίβαζε θρόνον, εἰ μὴδὲ τῆς εὐσεβείας ἀσφαλῶς
ἔχειν ἠγεῖτο τούτους· ἀλλὰ τὸν μὲν Παλαμᾶν πολλὰ βιασάμενος,
καὶ δι' ἑαυτοῦ καὶ δι' ἐτέρων πλεῖστα παρακαλέσας, ὡς οὐκ εἶχε
κατὰ τοῦτο πειθόμενον, καὶ μάρτυρες τούτου μετὰ πολλῶν ἐτέρων
καὶ τῶν Μονεμβασιωτῶν οἱ τηλικαῦτα παρόντες· ὡς οὖν μὴ κατὰ
τοῦτο πειθῆνιον εἶχε, Θεσσαλονικεῦσιν ἐπιστήσειν ἰσχυρίζετο, βία
μείζονι κεχορηγμένος. τὸν δὲ τοῦ πνεύματος ὄντως ἄνθρωπον, καὶ
τὰ πάντα ἱερὸν τε καὶ χρηστὸν ἢ Ἰσίδωρον, ὡς πάντες ἂν συμ-
φαίεν οἱ τὸν ἄνδρα εἰδότες, πολλαῖς τῶν Μονεμβασιωτῶν παρα-
κλήσεσι, δέξασθαι πείθει τὴν τούτων ἱερὰν προστασίαν, καὶ τὸν
εἰδισμένον ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἱεραρχικὸν ἀσπασμὸν ἐκτελέσαντα,
συνεδρεῦειν ἐντεῦθεν καὶ συλλειτουργεῖν ὁσημέραι, τῷ νῦν ἐξ ἀρ-
χῆς ἀμφιβόλους ἡμᾶς εἶναι περὶ τὸ σέβας ψευδογραφοῦντι. πῶς
ἂν ἀμφίβολον εἶχε περὶ τὸ σέβας, ὃν συλλειτουργὸν εἶχε, καὶ τῆς
εὐσεβείας διδάσκαλον προὔχειρίσατο; ἀλλ' ἐπεσπάσατό φησι τὴν
δίκην ἐφ' ἑαυτὸν καὶ ὁ ὑποψήφιος Μονεμβασίας. οὐκοῦν ὑποψή-
ριος ἦν· εἰ δ' ὑποψήφιος, οὐκ ἀμφίβολος ἦν, καὶ ταῦτ' ἐξ ἀρ-
χῆς. τίνος δὲ καὶ χάριν ὁ ὑποψήφιος οὗτος ἐπεσπάσατο τὴν δίκην
φ' ἑαυτόν; ὡς τὰ αὐτὰ, φησί, τῷ Παλαμᾶ φρονῶν. καὶ μὴν οὗ-
τος τῶν ἐκ Θετταλίας τῷ Παλαμᾶ συνελλυθῶτων εἷς ἦν, καὶ φα-
ερῶς ἐξ ἀρχῆς τοῦ αὐτοῦ φρονήματος ὑπῆρχεν αὐτῷ, κἂν ταῖς
συνόδοις ἐκείναις παρῶσιν ἐκείναις συνηγορῶν. πῶς οὖν μετὰ τὰς συνό-
δους ἐκείνας ὑποψήφιος ἡμῖν ἐγεγόνει; μᾶλλον δὲ πῶς οὐκ ἐν-
τεῦθεν δῆλον, ὡς ἐκεῖνος μὲν ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἔμεινεν εὐσεβείας,
καὶ πρότερον ἦν, καὶ δι' ἣν ἐξεδήμησε τῆς πατρίδος, καὶ ὑπὲρ

ἣς ἠγωνίσαστο, καὶ τῆς ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγωνίας ἄθλον τὴν ψῆφον ἀπενεγκάμενος τότε εὐθύς, νῦν ὕστερον ταύτης, τῆς οἰκείας εὐσεβείας ἔνεκα, καὶ τὴν τιμὴν τῆς ἀρχιερωσύνης καὶ τὴν ταύτης ἀφαιρέσειν ἔθετο παρ' οὐδέν, ὑμεῖς δὲ τὸ σέβας, ὅπερ ἐκέκτησθε ψηφίζόμενοι τοῦτον, ἔξομοσάμενοι νῦν, ἅτε τοῖς Βαρλααμίταις προσθέμενοι, μὴ συμμεταθέμενον τὸ φρόνημα τοῦτον παραπλησίως ὑμῖν ἀπεψηφίσασθε νῦν. ἀλλ' οὐδ' ὁμολογίαν ἐπέισθη φησὶ δοῦναι τοῦ οἰκείου φρονήματος ἀπαιτηθεῖς, ὥσπερ οὐδ' ὁ Παλαμᾶς ἐπέισθη. βαβαὶ τῆς ἀναιδουῦς καὶ ἀπροφασίστου ψευδοδόξημοσύνης ὄντως σύνοδος ἀθετούντων εἰσὶ, κατὰ τὸν Ἱερεμίαν. BOIVIN.

Pag. 786, 10. Ἐρῶράγη σύστημα] Haec etiam fuse narrat Cantacuzen. d. cap. III. DUCANG.

Pag. 786, 11. Καὶ πρῶτον μὲν] Ut Isidorum patriarcham Constantinopolitanum episcopi anathemati semel ac iterum subiecerint, silet Cantacuzenus. DUCANG.

Pag. 786, 13. Ἐς τὴν Στεφάνου τοῦ θείου πρωτομάργτυρον μὴν] De variis S. Stephani aedibus Constantinopoli egimus in Constantinop. Christ. lib. IV. sect. VI. n. 89. et seqq. DUCANG.

Pag. 787, 16. Τὸ γὰρ θαῦμα τῆς οἰκουμένης] Similia narrat Cantacuz. lib. IV. cap. 4. et ut deinceps tum ab Anna imperatrice tum ab ipsomet Cantacuzeno, ac denique ab Ioanne Palaeologo solo imperante, rursum aedes Sophiana instaurata sit. DUCANG.

Pag. 787, 22. Τοῦ γὰρ δημοσίου βήματος] Conciderat nempe μεγάλη στοὰ μετὰ τοῦ βήματος, inquit Cantacuzenus. DUCANG.

Pag. 787, 23. Ἐφ' οὗ τοὺς βασιλικούς ἔδει τεθῆναι θρόνους] Erant igitur ea tempestate throni imperatorii in ipso Bemate, seu intra cancellos. Vide Constantinopolim Christ. lib. III. sect. 49. DUCANG.

Pag. 788, 2. Τοῦ θεραπευτικοῦ τάγματος] Diaconos intelligit, quibus in Bemate locus dabatur, dum sacra peragebatur liturgia. Alioquin extra Bema consistebant. Vide eandem Constantinopolim Christ. lib. III. sect. 82. DUCANG. Τοῦ θεραπευτικοῦ τάγματος] Verti, *Aulicorum ordini*. At melius Ducangius, cuius notas sero consului. BOIVIN.

Pag. 788, 6. Καὶ ἦσαν οἱ τοὺς βασιλικούς] Cantacuzen. lib. IV. cap. 4. DUCANG.

Pag. 788, 10. Τῆς πρώτης καὶ εἰκοστῆς τοῦ Μαΐου] Hic diem quem Gregoras Maii vigesimum primum numerat, a Cantacuzeno numeratur decimus tertius eiusdem mensis. Utri chronologo prior hac in re fides habenda est? Cantacuzeno certe; assignanti videlicet eum diem, quo ipse sit coronatus. Gregoras, eo quod Cantacuzenus bis esset coronatus, semel quidem Orestiaide seu Adrianopoli, an. Chr. MCCCXLVI. mensis Maii die XXI. iterum autem Byzantii, an. Chr. MCCCXLVII. eodem mense, et non eodem die, primae et secundae στεφροφορίας dies facile potuit confundere, non item Cantacuzenus. BOIVIN.

Pag. 788, 13. Τὴν συνήθη πεποιηκότες ἐμφάνειαν] Seu παρ-
ράστασιν, de qua supra quaedam attigimus. DUCANG.

Pag. 791, 16. Ἐβδόμη γὰρ μετὰ τὴν ἀναγόρευσιν] XII. Kal.
Iun. Cantacuzen. lib. IV. cap. 4. proinde anno integro ac completo,
ex quo Adrianopoli a patriarcha Hierosolymitano coronatus fuerat,
eodem die festo, ut idem narrat lib. III. cap. 11. DUCANG. Ἐβδόμη
γὰρ μετὰ τὴν ἀναγόρ.] Immo ὀγδόη, quo die Constantini Magni et
Helenae eius coniugis memoria celebratur, inquit Cantacuz. Histor.
lib. IV. cap. IV. pag. 718. Itaque is dies fuit Maii vigesimus pri-
mus; non autem, ut Gregoras putavit, vigesimus octavus. BOIVIN.

Pag. 791, 20. Τοῦ μὲν ἑξκαιδεκαέτους ὄντος] Vide quae
annotavimus supra ad pag. 357. A. BOIVIN.

Pag. 793, 13. Καὶ τοῦτον ἐπίσκοπον χειροτονεῖ Θεσσαλονι-
κέων] Cantacuz. lib. IV. cap. 15. DUCANG.

Pag. 793, 19. Οἱ πραγματεῖαν εἰς μῆκος ἰδίαν πεποιήνται
etc.] Fortasse Ephesi archiepiscopum his verbis indicat; de quo
Cyparissiotēs, Palamicarum Transgressionum lib. I. serm. IV. cap.
10. in fine. BOIVIN.

Pag. 795, 1. Πλὴν τῆς παραλίου Μηδείας] Ita Cantacuzen.
lib. IV. cap. 10. Μήδειαν τὴν κατὰ Πόντον παραλίον πόλιν vocat;
cuius quidem nescio an alii meminerint, nisi illa sit de qua agit
Tzetzes Chil. IV. sect. 72. ubi observat cum εἰ scribi, cum Μηδία
appelletur, Medorum regio, per ι.

Μηδείας τῆς Αἰήτου μὲν ἦτα σὺν διφθόγγῳ.

Illius porro situm mox describit Gregoras: ἢ γε μὲν Θρακικὴ
Μήδεια, ἢ δυτικωτέραν τε ἔχει Βυζαντίου τὴν θέσιν, καὶ πρὸς
τῷ ἄκρῳ τοῦ Εὐξείνου κειμένη Πόντου σταδίου ἐντεῦθεν ἀπέχει
μικρὸν τι τετρακοσίαν ἐπέκεινα. DUCANG.

Pag. 795, 5. Βέροια μὲν] Cantacuzenus lib. IV. cap. 4. ut
Manuele filio expulso Berrhoeenses Crali urbem tradiderint narrat.
DUCANG.

Pag. 795, 9. Θεσσαλονίκη δ' οὐκ ἤρεσκεν] Cantacuzen. lib.
IV. cap. 15. extr. DUCANG.

Pag. 796, 1. Καὶ Ζηλωτῶν] De quibus hic et alibi non se-
mel idem Cantacuzenus. DUCANG.

Pag. 797, 2. Σεβαστοκράτορες δ' ἐπὶ τούτοις] Cantacuzen.
lib. IV. cap. 5. DUCANG.

Pag. 797, 4. Καὶ τοῖς τῷ τοιούτῳ προσήκουσιν ἀξιώματι
παρασήμοις] Codin. de Offic. Aulae Constantinop. cap. III. n. 16.
descriptis eiusmodi insignibus Sebastocratoricae dignitatis, haec
subdit: ὁ δὲ βασιλεὺς ὁ Καντακουζηνός, τοὺς γυναικαδέλφους αὐ-
τοῦ Ἰωάννην καὶ Μανουὴλ τοὺς Ἀθανίου τιμήσας Σεβαστοκράτο-
ρας, δέδωκεν αὐτοῖς φορεῖν ταμπάρια καὶ κάλτζας, οἷα καὶ οἱ Δε-
σπότες. Quid vero sit ταμπάριον, diximus in Gloss. med. Lat. in
Tabardum, et in Gloss. med. Graecit. DUCANG.

Pag. 797, 8. Ὁ Παλαιολόγος Ἀνδρόνικος] Cantacuzen. lib. III. cap. 71. Gregoras lib. III. cap. 10. DUCANG.

Pag. 797, 10. Ἀνωτέρω] Lib. XIV. cap. V. sect. 6. BOIVIN.

Pag. 797, 13. Τῶν Ἀδήλων λέγω μονήν] Vide notata ad lib. XII. pag. 389. E. DUCANG. Ducangius putabat Gregoram hoc loco Ἀδήλων μονήν vocare illud monasterium, quod alibi Ἀυδήρων μονήν vocavisset. At non verisimile est. Nam alibi quidem de monasterio Auderorum seu Abderorum, tanquam de utriusque Asanis carcere, locutus est: hic autem Adolorum monasterii meminit, ut eius loci in quo alter Asanes praedia habuerit, sibi iampridem assignata a Cantacuzeno. Vide annotata ad pag. 389. E. BOIVIN.

Pag. 797, 17. Νόσημα τοῖς ἀνθρώποις] Pestilentiam pariter hanc insignem, quae tum grassata est, eleganter describit Cantacuz. lib. IV. cap. 8. DUCANG.

Pag. 798, 17. Καὶ ὁ Ἀνδρόνικος] Cantacuzen. loco laudato. DUCANG.

Pag. 798, 18. Τῶν μέντοι πραγμάτων] Hanc Matthaeo filio propositam defectionem attigit Cantacuzenus lib. IV. cap. 7. 8. ubi de Ioanne Asane silet. DUCANG.

Pag. 804, 6. Παρ' οὐδέσιν Ἑλλανοδίκαις] Ἑλλανοδίκαις est proprie iudex iustus, incorruptus, et (ut Pindarus Olymp. Ode III. loquitur) ἀτρεκής. Vertendum erat, apud ullum iustum iudicem, non apud ullum Graeciae iudicem. BOIVIN.

Pag. 805, 2. Ἐδόκει βέλτιον Εἰρήνην] Cantacuzen. lib. IV. cap. 8. DUCANG.

Pag. 805, 23. Ἐγὼ (φησὶν) ὦ παῖ, τὴν παροιμίαν, τὴν αἰετὶ Λιβύῃ etc.] Est hoc initium epistolae ad Chrysoloram scriptae. Unde suspicor longam hanc orationem non ab Irene Augusta, sed a Gregora fuisse lucubratam. Vide Indicem epistolarum Gregorae. BOIVIN.

Pag. 813, 10. Τὸν πατριάρχην ἐκβεβληκῶς] Cantacuzenus lib. IV. cap. 3. Didymoticho, ubi morbum cum aliqua mentis alienatione contraxerat, in Urbem adduci praecepisse scribit, quo a medicis curaretur, ex eoque postmodum decessisse. Ita dissident invicem Cantacuzenus et Gregoras, uterque pro libito, seu potius . . . DUCANG.

Pag. 813, 15. Πατριαρχεύσας περὶ που τὰ τεσσαρεσκαίδεκα] Vide annotata ad pag. 306. A. BOIVIN.

Pag. 814, 13. Τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἀποτεμόμενος μέρος] Τῶν κατὰ Χαλκιδικὴν πόλεων praefecturam datam Matthaeo filio indicat Cantacuzenus lib. IV. cap. 10. DUCANG.

Pag. 818, 11. Πρὸς δ' αὖ τὰς ἐνόρκους ἐπαγγελίας] Atqui eum noluisse illis flagitantibus quicquam promittere, legimus supra lib. XIV. cap. V. sect. 4. et 5. BOIVIN.

Pag. 830, 15. Μετὰ πλειόνων ἢ τὸ πρότερον αὐθις τῶν ἐπισκόπων etc.] Itaque adversus Palamam Synodus coacta est a Ioanne

patriarcha. Atque illud est Concilium, de quo Gregoras (Historiae lib. XIX. cap. I. n. 18.) veterem ait famam percrebuisse, tanquam haeresim omnium maximam correcturo, coactisque ex omni paene orbe patriarchis et episcopis octavi et ultimi Concilii nomen habituro. Tamen Ioannes Cyparissiotus Palamicarum Transgressionum lib. I. serm. IV. cap. 4. duos tantum et viginti pontifices adversus Palamam coivisse testatur. De tempore, quo ea Synodus habitata sit, non plane constat. Ego habitam puto circiter an. Christi MCCCXLV. Certe eam ante illud tempus coactam haud fuisse colligitur ex ipsius Palamae verbis, quae exstant Cod. Reg. 2409. fol. 299. ubi ait se περικεκλεισμένον ἐπὶ δυσὶν ὄλοις ἐνιαυτοῖς ἤδη· tum haec addit, πόσοι δὲ ποσάκις πρὸς αὐτὸν (Ioannem scilicet patriarcham) εἶπόν τε καὶ γεγράφασι, εἰ μὴ τὰς μεγίστας ἐκείνας συνόδους στέργεις, γενέσθω πάλιν ἑτέρα, μόνον ἐκ τῶν ἱκανῶν τὰ τοιαῦτα συνοραῶν. ὁ δὲ καὶ ἐκείνας φησὶ στέργειν, καὶ τὸν ἐπ' ἐκείναις γεγραμμένον τόμον ἀθετεῖν μὴ δύνασθαι· καὶ δι' ἔργων καὶ λόγων ἀκυροῖ τὰ παρ' ἐκείνων ἐγγράφως κεκρωμένα, καὶ πρὸ τῶν συνόδων ἐκείνων ἐν τῷ ἀγιορειτικῷ τόμῳ διελλημένα μηδὲν ἦττον· καὶ πρὸ τούτου πάλιν, ἐν αὐτοῖς τοῖς θεοπαραδότοις λόγοις, κὰν τοῖς ἱεροῖς τῶν θεοφόρων πατέρων συγγράμμασι. τούτων οὖν ἀπάντων οὐκ οἶδ' ὅπως οὗτος ἀλογήσας ἀρτίως, εἰς τὴν ἐκκλησίαν αὐθις εἰσήγαγεν, ἃ ταῖς προϋπηρηγμέναις ἀπηγόρευται συνόδοις, ἵνα μὴ μόνον ἡ πολιτεία φεῦ, ἀλλὰ καὶ ἡ ἐκκλησία τοῦ θεοῦ, στασιάζῃ τε καὶ ταράττηται etc. Ex his, inquam, verbis colligitur, illam quam dicimus Synodum non coactam fuisse ante annum Christi MCCCXLV. quo anno Palamas haec ipsa scribebat. Etenim epistolam, in qua haec leguntur, anno Christi MCCCXLV. datam fuisse perspicuum est ex eo, quod Palamas ibidem dicat, *sese duobus iam annis carcere inclusum teneri*, qui anno Christi MCCCXLIII. Maio mense in custodiam datus fuerat, ut supra ostendimus ad pag. 482. B. Itaque per annos decem habitata sunt de iisdem rebus Concilia saltem quatuor. Primum an. Chr. MCCCXLI. Iunii die XV. adversus Barlaamum. Secundum circa an. MCCCXLV. adversus Palamam. Tertium an. MCCCXLVII. adversus Ioannem Calecam patriarcham. Quartum denique an. MCCCLI. Maio mense, adversus Gregoram et alios Acindynianos. (Ioan. Cyparissiotus meminit τελευταίας συνόδου, quam ait coactam fuisse ab Ephesi metropolita, Palam. Transgress. lib. I. serm. IV. cap. 16. in fine.) Tomi vero promulgati sunt multo plures: nempe Tomus Hagioriticus, de quo Palamas, Cod. Reg. 2409. fol. 267. Tomus Synodicus in Barlaamum et in Acindynum, editus mense Augusto anni MCCCXLI. de quo Lambecius Biblioth. Caesar. lib. IV. pag. 30. Tomus Ignatii patriarchae Antiocheni contra Isidorum, editus an. MCCCXLIV. Novembri mense; laudatus ab Allatio in Dissert. de libris Eccles. Graec. pag. 188. Tomi contra Palamam varii, variis temporibus a Ioanne patriarcha editi; id quod ipse Palamas testa-

tur his verbis: ὡσπερ εἷς ἐστι Χριστὸς ἀληθινὸς ὁ ἐπὶ πάντων θεὸς, Ἀντίχριστοι δὲ πολλοὶ γεγόνασιν, . . . οὕτω καὶ συνοδικὸς τόμος κατ' εὐσέβειαν ἐφ' ἡμῶν τῆς ἀληθείας συνήγορος, εἷς ἀντίτιμοι δὲ καὶ νῦν γεγόνασιν πολλοί. . . τρίτος οὖν ἐστὶν οὗτος τῶν παρὰ τοῦ τῷ Βαρλααμίτῃ συναινεῖν Ἀκινδύνῳ προειλομένου νῦν ἐξηγηγεμένων, καὶ παρ' ἡμῶν ἐξεληλεγμένων. Cod. Reg. 2409. fol. 287. His addatur Tomus contra Ioannem patriarcham editus mense Februario anni MCCCXLVII. de quo Lambecius Bibl. Caesar. lib. VI. pag. 28. Item Tomus et Anathematismi in Palamam editi mense Iulio eiusdem anni, quorum meminit L. Allatius Graec. Orthod. Tom. II. pag. 795. et de Eccl. Occident. et Orient. perp. cons. pag. 803. Denique Tomus contra Gregoram et eiusdem sectae propugnatores, editus mense Augusto anni MCCCLI. qui quidem Tomus exstat in Auctario novissimo Bibliothecae Graecorum Patrum, Parte altera pag. 135. BOIVIN.

Pag. 831, 3. Ὁ ἀπόστολος] Ad Galat. cap. II. v. 18. BOIVIN.

Pag. 835, 3. Ἐπὶ πόδα τε ἀνεχώρουν αἰσχροῶς] Hanc Latinorum ad Smyrnā cladem describit Ioannes Villaneus lib. XII. cap. 38. DUCANG. Non hanc, sed eam, quae triennio praecesserat. BOIVIN.

Pag. 835, 5. Πληγέντος Ἀμοῦρο] De caeso Amurio silet Villaneus. DUCANG. Ioannes scilicet: nec mirum. Nam haec gesta sunt A. C. 1348. in cuius initio desinit Ioann. Villanei Historia. BOIVIN.

Pag. 835, 14. Κατὰ τῶν νεφρῶν] Cantacuz. lib. IV. cap. 10. DUCANG.

Pag. 835, 19. Ἡ τῶν ἐν τοῖς Γαλάτου Λατίνων ἐπανάστασις] De qua copiose Cantacuz. lib. IV. cap. 11. 12. DUCANG.

Pag. 835, 24. Περσικὴ δύναμις] Rem narrat Cantacuzenus lib. IV. cap. 10. extr. DUCANG.

Pag. 838, 4. Ἐπὶ τῶν ἐλαφρῶν ἐκείνων τουρτῶν] Dixit supra, τοὺς ἐλαφροτάτους τοξότας in extremo agmine collocatos. Hinc suspicor legendum esse hoc loco τοξοτῶν. Quod si quis malit legere Τούρκων, haud intercedam. BOIVIN.

Pag. 839, 16. Ὡς μηδὲ πυρφόρον etc.] Qui ignem ante aciem praeferebant, ἢ πυρφόροι ἱερέες dicebantur. Vide Scholiam ad illos versus Phoenissarum Euripidi.

Ἐπεὶ δ' ἀφείθη πυρσός, ὡς Τυρσηνικῆς
Σάλπιγγος ἠχῆ, σῆμα φοινίου μάχης.

Adde Lucianum, Tzetzem, Zenobium, etc. BOIVIN.

Pag. 841, 2. Τοῖς ἐν Γαλάτου Λατίνοις] Cantacuz. lib. IV. cap. 11. DUCANG.

Pag. 842, 6. Οἰκίας τε διωρόφους] Pace cum Cantacuzeno composita obtinuerunt Genuenses Galatini, ut quod supra oppidu-

lum erat regionis ad habitandum sibi concederetur. Cantacuz. DUCANG.

Pag. 844, 15. Θαλαττοκρατεῖν βουλευθεῖσι] Cantacuzen. ἐνε-
νόουν γὰρ οὐδὲν μικρὸν, ἀλλὰ θαλαττοκρατεῖν ἐβούλοντο. DUCANG.

Pag. 844, 20. Πρὸς Ἱερὸν] De quo egimus ad Alexiadem
pag. 361. Notarum. DUCANG. Πρὸς Ἱερὸν] De quo supra ad pag.
255. C. BOIVIN.

Pag. 847, 14. Περὶ τὰς τοῦ ποταμοῦ ἐκβολὰς] *Barbissae*,
qui in sinum Ceratinum effluit. DUCANG.

Pag. 854, 7. Καὶ ἠθροίζετο ναυπηγῶν] Ut naves constru-
ctae sint a Graecis, narrat etiam Cantacuzenus pag. 144. DUCANG.

Pag. 854, 8. Περὶ τὸν τοῦ Βυζαντίου ἱππόδρομον νεώριον]
Quod Ἐπίσκαλον videtur vocare Cantacuzenus. Unde colligere
licet, navale Hippodromi et Heptascalum illud, (unum) idemque
esse. Nam in Heptasculo constructas naves scribit, quas in Neorio
Hippodromi Gregoras. Vide Constantinop. Christ. lib. I. sect. 17.
DUCANG.

Pag. 854, 18. Πρὸς κατασκευὴν] Vide Cantacuzen. Histor.
lib. IV. cap. 5. et 6. BOIVIN.

Pag. 858, 5. Παρὰ τὰς τοῦ ποταμοῦ δηλαδὴ ἐκβολὰς] *Bar-
bysae*, seu *Barbyssi*, vulgo *Chartarici*, de quo Gyllius lib. II. cap.
3. de Bosporo Thrac. BOIVIN.

Ibidem. Ἐνθα καὶ τὸ τοῦ θαλαττίου κέρως ἀναπαύεται ἄκρον]
De marino illo *Cornu*, seu *Ceratino sinu*, multa Gyllius lib. I. cap.
5. de Bosporo Thracio. BOIVIN.

Pag. 859, 2. Καὶ τὴν ὀθόνην καθέλκειν] Quod vulgo dici-
mus, *baisser le pavillon*. Idem Gregoras lib. V. prioris Historiae,
cap. IV. οὐπω διεπέτασε τὰς ὀθόνας, ἀλλ' ἔμμενεν ἡρεμοῦσα, ubi
interpres, *velis nondum expansis*: mox τότε καὶ αὐτὴ διαπετάσασα
τὰς ὀθόνας, λαμβάνει τὴν πολεμίαν. DUCANG.

Pag. 859, 8. Καὶ τοὺς ἔνδον ἅπαντας ἐμπιπρῶσι] Cantacu-
zenus rem aliter narrat lib. IV. cap. XI. pag. 744. et 745. BOIVIN.

Pag. 860, 12. Μετὰ πολλῶν καὶ μεγάλων θυρεῶν] Nostri
Pavesade vocant. DUCANG.

Pag. 860, 17. Δημητρίου τοῦ μάρτυρος ἴδονται τὸ ἱερὸν]
De qua S. Demetrii aede et illius situ copiose egimus in Constanti-
nop. Christ. lib. IV. sect. VI. n. 33. DUCANG.

Pag. 860, 23. Κάτω τὴν ψάμμον] *Saburiam*.... DUCANG.

Pag. 861, 14. Ἡμιπλέθρον μείον] Cod. MS. ad marginem,
σημειῶσαι ὅτι τὸ πλέθρον ἐστὶ πηχέων ρλγ'. DUCANG.

Pag. 862, 2. Οἱ δ' ὑπότρομοι γενόμενοι] Hanc Graecanica-
rum navium cladem multis etiam narrat Cantacuzenus d. cap. XI.
extr. DUCANG.

Pag. 862, 12. Ἐστιάτορας αὐτοὺς τοῖς ἐαυτῶν δαιτυμόσιν etc.]
Interpretatus sum, *piscibus conviatoribus suis epulum ipsi daturi*;

id quod Gregoras ipse, ni fallor, sensit. Homeri Scholiastes, ad hunc Odysseae δ. 621. versum,

Δαιτυμόνες· δ' ἐς δώματ' ἴσαν θείου βασιλῆος,

δαιτυμόνας interpretatur *ἐστιάτορας*: et vim utrumque significandi, *convivam* nempe et *convivatorem*, ei vocabulo competere docent Lexicographi. Tamen apud Gregorium Nazianzen. Orat. XXXVIII. *ἐστιάτωρ* et *δαιτυμῶν* opponuntur: immo et apud Gregoram ipsum Hist. lib. XXIII. pag. 582. lin. ult. **BOIVIN.**

Pag. 869, 1. *Ἄλλου μὲν ἴσως ἄν τις ἦν* etc.] Gregoras initio huius libri ea repetit, quae in fine superioris iam dixit. Itaque aut prima haec, aut illa ultima recidenda sunt. **BOIVIN.**

Pag. 870, 16. *Ἦν γὰρ τοῖς οἰκείοις ὀνειροῖς προσέχων ὁ ἄνθρωπος*] Vide annotata ad pag. 650. E. infra. **BOIVIN.**

Pag. 871, 7. *Τῆς παρούσης μετέστη ζωῆς*] Isidorus patriarchatum inivit anno Chr. MCCCXLVII. Sedit annos duos, menses septem et dies quindecim; ut constat ex Codice MS. quo usus est Phil. Labbeus. Vide Apparatum Histor. Byzant. pag. 37. Ergo patriarcha esse desiit an. Chr. MCCCXLIX. exeunte. **BOIVIN.**

Pag. 871, 12. *Ἀπὸ σκαπάνης ὁμοῦ κ. τ. λ.*] Sic supra lib. III. cap. 3. sect. 6. **BOIVIN.**

Pag. 873, 14. *Τῶν ἐπισκόπων τῆς τέως σωζομένης ἐπαρχίας*] Sic infra cap. III. sect. 3. *κάπειδὴ Θρακίης ἐπέκεινα πλείων οὐκ ἦν ἐπαρχία Ῥωμαίοις, μόνους τοὺς Θρακικοὺς εὐθὺς μεταπέμπεται ἐπισκόπους.* Vide et lib. XXI. cap. ult. ubi de imperii finibus illo tempore valde angustis. **BOIVIN.**

Ibidem. *Τῆς τέως σωζομένης κ. τ. λ.*] Sic infra cap. III. sect. 3. **BOIVIN.**

Pag. 876, 7. *Ἀνωτέρω*] Lib. XIV. cap. 7. **BOIVIN.**

Pag. 876, 23. *Τοῦ ἔτους*] Mense Septembri, anno mundi 6859. ineunte. **BOIVIN.**

Pag. 877, 2. *Ἐς Βυζάντιον κ. τ. λ.*] Bizar. de bello Veneto lib. II. **BOIVIN.**

Pag. 877, 12. *Ἐπι τε Χερσῶνος*] Eius nominis urbs in Chersoneso Taurica a Geographis ponitur, eaque episcopalis sedes fuit. Vide annotata ad pag. 309. E. **BOIVIN.**

Pag. 877, 15. *Μελέτην ἔχοντες ὅσον οὐδέπω καὶ τριήρεσι συχναῖς τὸν ἀρχένα τοῦ Πόντου συγκλ. καὶ τὸ τοῦ Σαρ.*] Interpretatus sum, *et iam fere meditabantur plurimis triremibus Ponti fauces obsidere, atque in Sarapidis fano tyrannicum violentumque portorium imponere iis, qui* etc. Videat lector an malit, *et iam fere meditabantur, magno triremium numero obsessis Ponti faucibus et Serapidis fano, tyrannicum violentumque portorium imponere iis, qui* etc. De Serapidis fano vide Gyllium lib. I. cap. 2. de Bosporo Thracio. **BOIVIN.**

Pag. 880, 20. *Εἰληφόσι*] Pro *εἰληφότες*. **BOIVIN.**

Pag. 881, 1. Ἐπεὶ δ' ἡ παρασκευὴ τῶν ὄπλων etc.] Hoc loco Gregoras innuit se ad Synodi Palamiticae historiam scribendam accessisse circiter illud tempus, quo triremes Venetae quatuordecim in Byzantinos portus delatae sunt; nempe anno Christi MCCCCLI. vere ineunte. Aliunde tamen constat hunc librum, et novem deinceps continuos, ab eo scriptos fuisse an. Chr. MCCCCLII. mensibus Julio et Augusto, ut in Vita eius observavimus. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 882, 4. Ἐχεμυθεῖν γὰρ ἴσως etc.] Tota constructio perplexa et salebrosa est. ἀφθογγον γλώττης πάροδον χαρίζεσθαι dithyrambum sapit. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 883, 4. Πᾶς γὰρ] Ioan. cap. III. v. 20. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 883, 15. Ὠδίνουσιν ὄρος, κατὰ τὴν παροιμίαν, τεκεῖν ἐξεγένετο μὴν] Apud Gregorium Cyprium sic proverbium effertur, ὠδινεν ὄρος, εἶτα μὴν ἀπέτεκεν: quod est ambiguum. Gregoras ambiguo casu deceptus, ex Nominativo Accusativum fecit, et ὠδινεν ὄρος interpretatus est *montem parturiebat*, pro *mons parturiebat*. Apud Phaedrum nulla ἀμφιβολία,

Mons parturibat, gemitus immanes ciens etc.

apud Horatium nonnulla, *Parturient montes etc.* *Montes casus est ambiguus.* ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 883, 19. Οὐ πλείους ἀριθμῶ τῶν δύο καὶ εἴκοσιν ὄντας] Subscripserunt tamen metropolitae viginti septem; propria quidem manu, viginti quinque; duo autem διὰ γνωμῶν, seu per vicarios. Item episcopi septem. Vide Pseudosynodum Palamiticam, editam a Combefisio in Auctario noviss. Biblioth. Patrum Graec. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 883, 22. Ὡν οἱ μὲν τῶν ἐξ ἀρότρου καὶ σκαπάνης etc.] Philotheus patriarcha Antirrheth. I. (Cod. Reg. 1996. fol. 11. v.) pro episcopis, quos Gregoras ut agrestes et imperitos notaverat, sic respondet: Ἀλλὰ καὶ τὴν ιδιωτείαν καὶ τὴν ἀγροικίαν ἐγκαλεῖς τῷ χορῷ τῶν τῆς ἐκκλησίας ποιμένων καὶ διδασκάλων τουτουῶν, καὶ μηδαμῶς ἐνεῖναι τῷ καταλόγῳ φῆς ἓνα μηδένα τὸν εἰδότα γράφειν τε καὶ λογογραφεῖν σὺν ἐπιστημῇ, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸν τόμον τὸν ἱερὸν ἀμαθῶς, ὡς ἂν αὐτὸς φαίης, καὶ μὴ κατὰ νόμους τῆς ὑπὸ σοῦ προσκυνουμένης ῥητορικῆς συντετάχθαι· μᾶλλον δ' οὐ κατὰ τὰς σὰς δόξας, καὶ τὰς καινὰς καὶ προσφάτους θεολογίας, ἢ γλωσσαλγίας, καὶ τὸ τῆς γνώμης ἀνθέκαστον. ἐγὼ δ' εἰ μὲν πολὺν τινα λόγον ἤδειν τουτουσὶ τοὺς μακαρίους ποιουμένους τοῦ πράγματος, καὶ προὔργου τιθεμένους ταυτὶ, πολλοὺς ἂν σοι καὶ ταυτηνὴ τὴν σοφίαν σοφοῦς καὶ ῥήτορας καὶ λογογράφους τῶν προϋχόντων ἱερέων τούτων ὑπέδειξα, καὶ οὐ τούτων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν αὐτοῖς ἐπομένων, Λουκᾶς τινὰς ἄλλους, καὶ Τιμοθέους, καὶ Ἀπολλῶς, εἰ δὲ βούλει, Διονυσίους καὶ Κλήμεντας, ὅσον τὰ ἐς λόγους φημί, καὶ τὴν ὑπὸ σοῦ θαναταζομένην

σοφίαν, ὑπὲρ τοὺς σοὺς δηλαδὴ μυσταγωγούς, Δημοσθένην τε καὶ Ἀριστείδην, καὶ τὸν παρ' ὑμῖν θρυλλούμενον Πλάτωνα· ἐπειδὴ τοὺτους αὐτοὺς παρατρέχεις δι' ἐκούσιον ἄγνοιαν· καὶ ἔμαθες ἂν, ὡς οὐκ ἀπὸ σκαπάνης καὶ λατομίας, οὐδ' ἀπὸ κώπης ἐπὶ βῆμα, κατὰ τὰς σὰς λογογραφίας ἢ λοιδορίας, ἀλλ' ἀπὸ σοφίας ἐπὶ σοφίαν ἦλθον, τῆς καταργουμένης, τὴν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πνεύματος ἐνεργουμένην, τὴν πρώτην, τὴν ἀνωθεν, τὴν ἀγνήν, τὴν εἰρηνικὴν, τὴν μεστὴν ἐλέους καὶ καρπῶν ἀγαθῶν κατὰ τοὺς ἔμους Θεολόγους, καὶ ἀπὸ τῶν θύραθεν μουσείων τε καὶ τοῦ βήματος, ἐπὶ τὴν ἱερὰν ταύτην σχολήν, καὶ τὸ θεῖον βῆμα, καὶ τὰ ἄδυστα, καὶ τὸ μέγα καὶ ὑπερουράνιον ὄντως θυσιαστήριον. νῦν δ' ὀλίγος αὐτοῖς τῶν λόγων τῆς ἔξω σοφίας ὁ λόγος. ἴσασι καὶ γὰρ ὄντες ἀλιέων τε καὶ ἀγροίκων μαθηταί, ἐκείνων φημί τῶν ὑπὸ Χριστοῦ τῆς αὐτοσοφίας πρώτων κληθέντων εἰς ἀποστόλους etc. BOIVIN.

Pag. 885, 10. Αἱ τεττάρων ἤδη ἐτῶν ἐπαγγελίαι] Nempe Cantacuzenus, statim fere atque imperii sede potitus est, promissit se coacturum esse eiusmodi Synodum. BOIVIN.

Pag. 889, 23. Τῶν πάλαι σοφῶν] Ecclesiastes cap. XII. v. 11. BOIVIN.

Pag. 890, 9. Ὁδίνησεν ἀδικίαν] Psalm. VII. v. 15. BOIVIN.

Pag. 891, 23. Ὅρῳ κατὰ πλῆθος λόντας ἡμῖν ἄνδρας λογάδας] De quibus longe aliter patriarcha Philotheus Antirrheth. I. Cod. Reg. 1996. fol. 14. BOIVIN.

Pag. 896, 21. Τῶν Ναζιραίων] *Hominum* scilicet, qui *austriorem vitae disciplinam professi sunt*. BOIVIN.

Pag. 897, 2. Ἀναίμονες καὶ αὐτοὶ κ. τ. λ.] Homer. Iliad. V. 342. BOIVIN.

Pag. 901, 13. Καὶ οὓς ἐν τοῖς ἀντιῶρητικοῖς τε καὶ στηλιτευτικοῖς] Prioribus scilicet, non posterioribus. Vide Indicem operum Gregorae Dogmaticorum. BOIVIN.

Pag. 901, 17. Ὁδόντες χρόνου παρατρώγουσι etc.] Gregorae quo tempore haec scribebat, nondum expleverat annum aetatis LVII. Siquidem haec scripsit anno Chr. MCCCLII. aestate fere media, ut supra annotavimus. Constat autem natum esse an. MCCXCV. BOIVIN.

Pag. 902, 6. Κούρητές τ' ἐπίκουροι etc.] Apud Homerum legitur,

Κούρητές τ' ἐμάχοντο καὶ Αἰτωλοὶ μενεχάρμαι.

Item apud Gregorium Nazianzenum, Carm. περὶ εὐτελείας ἀνδρῶν πίνου βίου. BOIVIN.

Pag. 902, 23. Εἰ παρ' ὄλην μικροῦ τὴν ἱστορίαν etc.] Historicus lector aestimet, quanta habenda sit Gregorae fides in iis, quae Cantacuzeno per omnem Historiam memoravit. BOIVIN.

Pag. 903, 6. Νῦν δ' ἀνακαλυπτήρια θύειν] Id est *arcana revelare*. Vide annotata ad pag. 416. D. BOIVIN.

Pag. 905, 3. Δεῖν] Pro δεῖ. BOIVIN.

Pag. 905, 9. Ἀρχάμενος δ' ἄνωθεν διεξήει, πῶς διαβόλω etc.] Hanc Cantacuzeni orationem confer cum prooemio Tomi Palamitici, a Combefisio editi. BOIVIN.

Pag. 905, 23. Ἐτέρων] Philosophica scilicet, non dogmatica. BOIVIN.

Pag. 906, 1. Ἐκείνοις] Gregorae ipsi. Qua de re supra lib. II. cap. 10. BOIVIN.

Pag. 910, 19. Ὅπερ ἂν ἐν Καρὸς εἶναι κωλύση μοίρα] De hominibus contemptissimis dici solet. Ita Achilles de Agamemnone apud Homerum,

Ἐχθρὰ δέ μοι τοῦ δῶρα· τίω δέ μιν ἐν Καρὸς αἴσῃ. BOIVIN.

Pag. 911, 13. Φάσκει Γρηγόριος] Gregor. Nazianz. Orat. I. BOIVIN.

Pag. 915, 4. Τὴν Λεσβίαν οἰκοδομήν, ἢ τοῖς λίθοις etc.] Sic D. Basilius ad nepotes cap. VI. κατὰ τὴν Λαοικὴν παροιμίαν, τὸν λίθον ποτὶ τὴν σπάρτον ἄγοντας. Item Plutarchus, πρὸς στάθμη πέτρον τίθεσθαι, μήτι πρὸς πέτρῳ στάθμην. Sensus est, oportere se regulis, non regulas sibi submittere. BOIVIN.

Pag. 915, 18. Ἐγὼ, φησὶ, ἀπ' ἑμαυτοῦ λαλῶ οὐδέν, ἀλλ' ὅσα etc.] Non ea ipsa sunt verba, quae leguntur apud Ioannem cap. XIV. v. 10. Gregoras non hoc loco solum, sed et alibi passim, memoriae nimis fudit. BOIVIN.

Pag. 916, 14. Εἴ τις ὑμῖν εὐαγγελίζεται etc.] Et haec quoque Gregoras, fallaci memoriae confisus. Nam apud Paulum ad Galat. cap. I. versu octavo legitur: Ἀλλὰ καὶ ἐὰν ἡμεῖς, ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίζεται ὑμῖν, παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα ὑμῖν, ἀνάθεμα ἔστω. Versu autem nono, εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται, παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω. BOIVIN.

Pag. 918, 14. Γρηγορίῳ] In Encomio S. Athanasii. BOIVIN.

Pag. 919, 2. Γρηγόριος ὁ Δριμύς] Pachymeres in Historia Andronici lib. VII. cap. 15. narrat quendam, cognomento *Drimyn*, sacerdotii dignitatem ausum sibi arrogare, eundemque se ab Lascariis oriundum iactitantem, novas res molitum esse, ac demum coniuratione deprehensa carceris perpetui poenam subiisse. In eum exstat Athanasii patriarchae *Γράμμα στηλιτευτικόν*, cuius supra meminimus ad pag. 110. B. Fortasse is ipse est, quem Gregoras hoc loco magistrum Palamae facit. Nec obstat, quod qui contra imperatorem coniuravit, is ab Athanasio Ioannes nominetur. Potuit enim cucullo tandem induto nomen mutare, ac pro *Ioanne* dici *Gregorius*. BOIVIN.

Pag. 923, 3. Ὁ ταῖς ὑπεροχαῖς εἶμι τῶν τιμῶν etc.] Fuit Barlaamus Abbas monasterii S. Salvatoris Constantinop. Idem ad papam legatus ivit an. Chr. MCCCXXXIX. Vide Odoricum Raynaldum ad eum annum, num. 19. et seq. Vide et Cantacuzen. Histor. lib. II. cap. XXXIX. BOIVIN.

Pag. 925, 12. Σισίνιον τὸν Νоваτιανὸν] Ita Graeci passim; pro *Νοβατιανόν*. De isto Sisinnio Ludovicus Targnius, Vir sacrorum Canonum et Historiae Ecclesiasticae peritissimus, consulenti mihi respondit: [„Nec S. Athanasius in iis quae plurima scripsit de magna Synodo, nec quisquam alius scriptor, cuius ad nos monumenta de illa eadem Synodo pervenerint, ullius Sisinnii nomen aut operam memorat adversus Arium in Nicaeno conventu. Unus Socrates Historiae suae lib. I. cap. 10. et post ipsum, atque ex ipso, Herm. Sozomenus cap. XXII. libri itidem primi Eccles. Hist. Acesium ab Constantino imperatore arcessitum narrant, qui calculo suo comprobaret Nicaenam definitionem: quod factum qua fide quo auctore referat Socrates, qui uno fere saeculo post Nicaenam Synodum vixit, aliis aestimandum relinquo. In quam rem fac, ut consulas eruditissimi Henrici Valesii Notam ad memoratum Socratis Historiae locum. Ipsum vero sublestae fidei habet vir in scriptis veterum perspicax. Caeterum idem Socrates lib. V. cap. 10. Sisinnii cuiusdam meminit, qui sacro Lectoris munere fungebatur apud Agellium Novatianorum episcopum; cuius in dignitatem aliquanto post subvectus apud eundem Historicum legitur, lib. V. cap. 21. et lib. VI. cap. 1. Huius autem Sisinnii sententiam secutus Agellius, postulanti Nectario Constantinopoleos antistiti salubre dederat consilium adversus Arianorum Macedonianorumque sectas, quibus misere vexabatur Oriens. Verum, ne de isto Sisinnio Gregoras intelligi possit, obstat primae Synodi nomen; nisi forte primam Constantinopoli habitam generalem accipias: quod quidem mihi non fit credibile. Itaque hoc proclive est suspicari, Nicephorum Gregoram, virum immensae eruditionis et lectionis, cum haberet in mente duo haec Novatiensium antistitum nomina, quorum permagni fuerat opera adversus Arianorum dementiam, unum pro alio, ut facile factu fuit, inseruisse: nisi quis malit in librarii culpam reiicere mutationem nominis; quam posteriorem coniecturam nescio an satis iuvet duorum istorum vocabulorum Graece scriptorum similitudo. Certe haec nomina *Σισίνιος*, *Ἀκέσιος*, quamquam syllabis iisdem desinunt, tamen reliquarum fere literarum structura sic inter se discrepant, ut non oscitantem scribam difficulter fallere posse videantur. Sed de ista permutatione vix certi quicquam pronuntiare licet absque benigniori Codicum Gregorae manuscriptorum copia, eorundemque diligenti collatione.“] Ipsa sunt verba Viri doctissimi, cui pro amicitiae iure, quae mihi cum eo summa intercedit, nodum hunc expediendum delegavi, dignum scilicet eo vindice; certe difficiliorem, quam ut ipse possem solvere. BOIVIN.

Pag. 929, 21. Γρηγόριος] In laudem Athanasii. BOIVIN.

Pag. 932, 22. Ἐκεῖ] I. e. in contingentibus, in bonis non necessariis. Vide supra lib. VIII. cap. VII. sect. 2. initio. BOIVIN.

Ibidem. Εἰ ὁ πάντων ἐκεῖ προμηθεύς τὰ τοῦ βίου τερ-

πνὰ etc.] Locus communis, iam a Gregora tractatus, idque iisdem verbis, Hist. lib. VIII. cap. VII. sect. 2. BOIVIN.

Pag. 933, 14. Ὁ θεῖος ἀπόστολος] Paul. ad Corinth. II. cap. XII. v. 8. 9. 10. BOIVIN.

Pag. 934, 2. Τὴν μὲν οὖν τῶν εὐσεβῶν πίστιν πάτριον τοῖς ἀναγκαίοις ἀποδιδόναι] Si post πάτριον subauditur ἐστὶ, vertendum erit, ac orthodoxorum quidem fidem in res necessarias referri, solenne est et antiquum. Alioqu岸 πάτριον est epitheton, quod coniunctum cum πίστιν, fidem patriam significat, ita ut interpretati sumus. BOIVIN.

Pag. 934, 16. Ἀπόστολος] Paul. ad Corinth. II. cap. XI. v. 3. Ibid. v. 14. et 15. BOIVIN.

Pag. 935, 17. Ἀπόστολον λεγ.] Paul. ad Corinth. I. cap. XIII. v. 2. ad Philipp. cap. III. v. 13. BOIVIN.

Pag. 937, 3. Ὡς ἂν ἡ συμφωνία διηνεκῆς] Ita quoque exemplar Vaticanum, in quo omissum aliquid suspicor. Certe haec male cohaerent. BOIVIN.

Pag. 939, 8. Νεκρικῶν ἡμῖν διαλόγων] Disputationibus scilicet Barlaami et Acindyni cum Palama. BOIVIN.

Pag. 939, 10. Ἐκεῖθεν] Ex quo priores illae disputationes habitae sunt. BOIVIN.

Pag. 939, 15. Ὅμως ὑμῖν οὐκ κ. τ. λ.] Gregoras lectores alloquitur, non autem eos, qui tum aderant in Concilio: id quod diligenter observandum. BOIVIN.

Pag. 939, 18. Βοήθημα γοῦν κ. τ. λ.] Thaborium scilicet lumen. BOIVIN.

Pag. 939, 21. Ὀνειδον] Pro ὄνειδος. Barbare. BOIVIN.

Pag. 939, 22. Ἄμας κ. τ. λ.] Gregor. Cyr. in Proverb. Heinsius σκάφας interpretatur ἕγones. BOIVIN.

Pag. 940, 6. Ταυτόν ἐκείνω κ. τ. λ.] Lumen scilicet increatum, quod ait Palamas videre se. BOIVIN.

Pag. 940, 7. Ἀὐτῷ] Dativ. pro accusat. BOIVIN.

Pag. 940, 18. Ὡν ἓνα Θεόδωρον τὸν Γραπτὸν etc.] Exstat inter Codd. MSS. Regios Volumen ingens chartaceum, quo continentur libri pro Imaginibus contra Iconomachos scripti. Hi libri sunt, *Apoloγία pro Fide Orthodoxa*; *Antirrhethici tres contra Mammonam*; *Eusebii denique et Epiphaniidae refutatio*. Ei Codici praefixum est nomen Theodori Grapti tanquam auctoris. In calce legitur: Τὸ παρὸν βιβλίον τοῦ ἁγίου Θεοδώρου τοῦ Γραπτοῦ, τῷ μακροῦ χρόνῳ ἀφανισθὲν, τῇ περὶ τὰς θείας γραφὰς φιλευσεβεῖ σπουδῇ καὶ φιλοκαλίᾳ τοῦ ἁγίου ἡμῶν αὐθέντου καὶ βασιλέως κυροῦ Ἰωασάφ τοῦ Καντακουζηνοῦ ζητηθὲν, ἑνὸς μόνου βιβλίου εὑρεθέντος, κάκεινον πάνν μὲν σαθροῦ διὰ παλαιότητα χρόνου, ἐσφαλμένον δὲ καὶ τῇ τοῦ γεγραφότος ἐκείνο ιδιωτεία, μετεγράφη εἰς ὠφέλειαν τῶν ἐντενυχομένων, ἐν ἔτει ζωοῦ μηνὶ μαρτίῳ. ἰνδικτ. ζ'. Id est, *Pracsens hoc opus S. Theodori Grapti, longo tempore obscuratum, tandem religioso in divinas scripturas studio*

ac laudabili curiositate Divi Domini nostri et imperatoris Dom. Iosaphi Cantacuzeni perquisitum, unico exemplari reperto, eoque ob vetustatem admodum corrupto, ac praeterea librarii ipsius ignorantia depravato, in usum eorum qui lecturi sunt transcriptum est, anno mundi VI. MDCCLXXVI. mense Martio, Indict. VI. (Christi MCCCCLXVIII.) Vetus exemplar, ex quo Cantacuzenus describendum curavit, ipsum quoque exstat in Bibliotheca Regia, et hanc inscriptionem praefert: *TOT MAKAPIOY ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΑΔ Τ ΘΕΟΦΑΝΟΥΣ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΜΩΜΗΤΟΤ ΚΑΙ ΚΑΘΑΡ..... ΠΙΣΤΕΩΣ ΚΑΙ ΚΑΤΑ ΤΩΝ ΔΟΞΑΖΟΝΤΩΝ ΠΡΟΣΚΕΚΥΝΗΚΕΝΑΙ.* Ea Codicis pervetusti inscriptione deceptus Cantacuzenus, Theodori Grapti libros eos esse credidit, qui Nicephori patriarchae erant: manavitque ea opinio ad omnes illius saeculi eruditos. Nam et Palamitae, inter quos eminebant Cantacuzenus ipse, Philotheusque patriarcha; et Palamitarum adversarii Gregoras, Cyparissiota (Cod. Reg. 2408. fol. 105. 154. 175. 195. 196. 199. 263. 375.), et alii, Opera ea Theodori Grapti genuina esse uno omnes ore pronuntiarunt. Caeterum Cantacuzenus, et caeteri, si praefixum vetustissimo exemplari titulum propius attentiusque inspexissent, commissam in ea parte fraudem statim animadvertissent; primam scilicet Tituli lineam, in qua Theodori nomen occurreret, manu recentiori exaratam esse. Cui rei argumento est primum ipsa positio illius lineae: est enim altior quam quae illi in eiusdem folii versi tergo respondet; eoque sit ut prima pagina subsequentem caeterasque omnes uno versu excedat, quod apud librarios vitium est, scripturae accuratae legibus contrarium. Deinde versus ille, in quo Theodori nomen legitur, non eodem scriptus est atramento, quo caeteri qui proximi sequuntur. Denique ipsa scripturae lineamenta diversa sunt, ut necum fatebitur quisquis litteras contulerit, praesertim *E*, *Θ*, *M*, et *T*, quarum formam aliam esse in primo versu, aliam in secundo et tertio, facile erit cuivis perspicere. Eiusce facinoris auctorem suspicari licet vel Palamam, vel Palamitam aliquem, penes quem fuerit is Codex, antequam ad Cantacuzenum pervenisset: nec enim Cantacuzenum ipsum ausim falsi insimulare. Gregoras Historiae lib. XXI. infra cap. III. (sect. VIII. vide et lib. XXIII. pag. 676. E. et 677. A.) eiusmodi fraudes, immo maiores obiicit Palamitis. *Neque enim in nos solos (inquit) manus ii armant sanguinarias; sed ex ipsis sacris libris recisa multa auferunt, folia chartacea bina et quaterna acutis cultris desecant, et ex divinis scripturis ea avellunt, quae validum et expugnatu difficile robur opponentia, ad suum libitum iniquis interpretationibus detorquere non possunt.* Porro intererat Palamitarum, ut libris illis, quibus multa continerentur eorum erroribus contraria, Theodori Grapti potius quam Nicephori (patriarchae videlicet Constantinopolitani) nomen inscriberetur. Initio certe Theodorus Graptus parvi

ab illis factus; quanquam iidem postea, eius testimoniis ad suum sensum accommodatis, miris laudibus ipsum ornaverint. Exstat apud Gregoram in libro nondum edito (Cod. Reg. 2952. fol. 157.) gravis querela de Palamita quodam, qui de Theodoro Grapto et de eius libris non satis reverenter loqueretur. *Ecqua enim* (inquirebat Palamae sectator) *novit illum ecclesia? Quis nostrorum illius unquam meminit?* Tum addebat, *quaecunque is contra Iconomachos scripta composuisse diceretur, ea erroribus gravissimis scatere. Quod si alii quipiam nonnulla interseruisent spuria et supposititia, et iis nomen illius inscripsissent, ipsum quidem irreprehensum futurum, non item eius libros: sin ea eius essent reipsa et indubitate, iam eum simul cum libris reiiciendum, et in haereticorum numero ponendum.* Haec Palamita ille, in quem Gregoras acerbis verbis invehitur, ad Cantacuzenum ipsum conversus. *Ecquem Tu, inquit, hunc drepente in sanctum illum Patrem sapientemque doctorem armas novum Archilochum, ac potius Archilochi simium? ... Cur haec praesente te abiectissimus furibundusque homunculus evomuit?* etc. (Vide et annotata infra ad pag. 598. F.) Non mirum itaque homines improbos, quales illi videntur fuisse, vetustissimum Codicem nactos, cui auctoris nomen non esset inscriptum, nomen praefixisse illud, quod arbitrarentur contemptius obscuriusque esse, quam ut magnae contra eos auctoritatis esse posset. Ut ut sit, manifestum certe est, interpolatum fuisse Codicis antiquissimi titulum, additamque esse recentiori manu, ut diximus, eam lineam, in qua Theodori Grapti nomen legitur. Superest iam ut ostendamus, librorum, eo volumine comprehensorum, auctorem esse patriarcham Nicephorum. Primo constat Nicephorum multa pro imaginibus contra Iconomachos variis temporibus scripta edidisse. Ignatius Diaconus, qui eius vitam scripsit, eum ait aliquanto post Nicaenam Synodum, cum esset adhuc laicus, in fidei hostes insurrexisse. *τότε δὴ, inquit, καὶ ὁ μέγας Νικηφόρος, τὰ νίκης ἐπιφερόμενος σήμαντρα, κατὰ τῶν τῆς πίστεως ἀντιπάλων τορόν τι καὶ ἐννάλιον ἀνεκρούετο μέλος, Χριστὸν εἶναι πιστούμενος ἀπερίγραπτον κατὰ τὸ τῆς θεότητος, ἀπλοῦν καὶ ἀνέπαφον· περιγραπτὸν δὲ καὶ γραπτὸν κατὰ τὸ τῆς ἀνθρωπότητος, ἀπίόν τε καὶ σύνθετον, οἷς τὸ εἰκονίζεσθαι ἀγαρότως ἐπακολουθήσοι.* Quibus Ignatii verbis indicari puto *Apolo-giam pro Fide*. In Synodica Epistola Orientalium ad imperatorem Theophilum memoratur liber contra Christi imaginem a Ioanne Anagnosta editus, idemque a Nicephoro refutatus. Theophanes Confessor integram de Copronymi obitu narrationem, ex tertio contra Mammonam Antirrhético translata, Chronico suo inseruit; atque eius narrationis auctor in Codice Ioyeusano Nicephorus patriarcha indicatur, teste Petavio. Vide fragmenta, Breviario Chronico Nicephori patriarchae subiuncta, Edition. Petav. Cum Codice Ioyeusano consentit Michaël Glycas, Annalium parte II. pag. 137. Edit. Reg. ubi excerpta ex secundo contra Mammonam

Antirrhético verba tanquam Nicephori laudantur. Praeterea et in Anastasii Quaestionibus, et in Panoplia dogmatica Euthymii Zygabeni, Nicephoro patriarchae, tanquam vero auctori, asseruntur varia fragmenta, excerpta ex iis libris quos Cantacuzeniani Codicis titulus corruptus perperam Theodoro Grapto adscribit. Denique ii ipsi libri in Codicibus multis praeferunt nomen patriarchae Nicephori. Unus autem caeteris omnibus longe antiquior, nec longo post aetatem auctoris scriptus (is est Codex No. 354. Colbertinus) non ea solum continet quae Cantacuzenianus, sed et duos praeterea libros, quorum primus est *de Testimoniis Macarii Magnetis*, in altero agitur *de Divina Imagine, quae ab Iconomachis Idolum dicta fuerat*: item quaeritur *quid sit γραπτόν et περιγραπτόν*: tum *quomodo intelligendum illud, non facies ullam imaginem* etc. Eius Codicis Titulus, omnibus partibus integer et nulla fraude corruptus, ita habet, *ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΚΑΙ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΓΕΝΟΜΕΝΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΠΟΛΕΩΣ ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΛΟΓΟΣ ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΑΜΩΜΗΤΟΥ ΚΑΙ ΚΑΘΑΡΑΣ ΚΑΙ ΕΙΛΙΚΡΙΝΟΥΣ ΗΜΩΝ ΤΩΝ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ ΠΙΣΤΕΩΣ, ΚΑΙ ΚΑΤΑ ΤΩΝ ΔΟΞΑΖΟΝΤΩΝ ΕΙΔΩΛΟΙΣ ΠΡΟΣΚΕΚΤΗΝΚΕΝΑΙ*. Itaque minime dubium est, quin ea Nicephori patriarchae Opera sint, quae Cantacuzenus, Gregoras, Philotheus, Ioannes Cyparissiota, et alii complures, Theodori Grapti esse putaverunt. BOIVIN.

Pag. 940, 19. *Εὐσεβίῳ τῶν τότε λογίων τῷ πρώτῳ*] Gregoras in libro nondum edito, cuius initium *Περὶ μὲν οὖν τῆς ὁρατῆς τοῦ κυρίου θεοφανείας*, queritur fraude adversariorum surreptos sibi Theodori Grapti libros. *Καὶ τοι*, inquit, *διὰ τὰς περιεστηκυίας καμὲ πρὸς τῶν διωκτῶν συμφορὰς, οὐδ' ἔσχον ὅπως ὑπ' αὐτῶν κλαπίσας τὰς ἐκείνου βίβλους παμπόλλους οὔσας ἀνειληφῶς, ἐξ ὧν καὶ ὅθεν πολλάκις ἀναλαμβάνων πρότερον ἐθεώρουν, προθεῖναι νῦν ἡμῖν (ὑμῖν) τὰ πολλῶ τῶν εἰρημένων πλείω τε καὶ ἐναργέστερα*. Venia itaque ei danda est, quod quae contra Eusebium Caesariensem scripta essent, iis putaverit refelli Eusebium aliquem recentiorem, ipsius videlicet Theodori Grapti aequalem. Ignoscendum pariter, quae de Christi in coelum translati corpore Eusebius dixisset, ea ad Christum in monte transfiguratum pertinere existimanti. BOIVIN.

Pag. 940, 21. *Πρῶτον μὲν οὖν εἰσάγει λέγοντα ἐκεῖνον, ὡς τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ* etc.] Haec et quae sequuntur, verba sunt Eusebii, excerpta ex eius ad Constantiam epistola, quam et Nicaena Synodus secunda ab Iconomachis laudatam (Action. VI. Edit. Labb. p. 494.) explosit, et Nicephorus patriarcha (non, ut Gregoras putabat, Theodorus Graptus) libro singulari refutare instituit. Eius epistolae fragmenta antehac dispersa, pleraque anec-

dota, iuvabit (credo) lectores suo quaeque nunc demum loco red-
dita et collecta habere. Sunt autem haec.

Εὐσεβίου ἐπιστολὴ πρὸς Κωνσταντίαν τὴν βασίλισσαν.

Ἐπεὶ δὲ καὶ περὶ τινος εἰκόνας ὡς δὴ τοῦ Χριστοῦ γέγραφας, εἰκόνα βουλομένη σοι ταύτην ὑφ' ἡμῶν πεμφθῆναι· τίνα λέγεις καὶ ποίαν ταύτην, ἢν φῆς τοῦ Χριστοῦ εἰκόνα; [Οὐκ οἶδα πόθεν αὐτὴ ὀρηθεῖσα τοῦ σωτῆρος ἡμῶν διαγράψαι εἰκόνα προστάτεις. ποίαν τοῦ Χριστοῦ εἰκόνα ἐπιζητεῖς;*)] πότερον τὴν ἀληθῆ καὶ ἀμετάλλακτον, καὶ φύσει τοὺς αὐτοῦ χαρακτηῖρας φέρουσαν· ἢ ταύτην ἢν δι' ἡμᾶς ἀνείληφεν, τῆς τοῦ δούλου μορφῆς περιθέμενος τὸ σχῆμα; [ὁ γὰρ **) τοῦ θεοῦ λόγος καὶ θεὸς, μορφήν δούλου λαβὼν, ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας τὴν ἁμαρτίαν κατέκρινεν, ἢ φησιν ὁ θεὸς ἀπόστολος. οὕτως ἡμᾶς τῆς παλαιᾶς πικρίας καὶ δαιμονικῆς δουλείας τῷ τιμῷ αἵματι λυτρωσάμενος ἀπληθευθέρωσεν. δύο οὖν ***) μορφῶν αὐτῷ παρισταμένων,] περὶ (ἀλλὰ περὶ in Act. Conc. Nic. II.) μὲν τῆς τοῦ θεοῦ μορφῆς οὐδὲ αὐτὸς ἡγοῦμαί σε ζητεῖν, ἅπαξ παρ' (πρὸς *ibid.*) αὐτοῦ παιδευομένην, ὅτι οὔτε τὸν πατέρα τις ἔγνω, εἰ μὴ ὁ υἱός· οὐδ' αὐτὸν υἱὸν γνοίη ποτέ τις ἐπαξίως, εἰ μὴ μόνος ὁ γεννήσας αὐτὸν πατήρ ἀλλὰ γὰρ πάντως τῆς τοῦ δούλου μορφῆς ἐπιζητεῖς (τὴν εἰκόνα *ibid.*) καὶ οὐ δι' ἡμᾶς περιεβλήθη σαρκίου. ἀλλὰ καὶ τοῦτο τῇ δόξῃ τῆς θεότητος ἀνακεκοῦσθαι μεμαθήκαμεν, καὶ καταπεπόσθαι τὸ θνητὸν ὑπὸ τῆς ζωῆς. [καὶ οὔτι που θαυμαστόν, εἰ μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον τοιοῦτόν που πέφηνεν, ὅποτε καὶ ἐν ἀνθρώποις ἔτι βιοτεῶν ὁ θεὸς λόγος, τοῖς ἐγκρίτοις τῶν ἑαυτοῦ (μαθητῶν apud Gregoram Cod. Reg. 2952². f. 50. v.) λόγων προαφραβωνιζόμενος τὴν θέαν τῆς αὐτοῦ βασιλείας, μεταβαλὼν τὴν τοῦ δούλου μορφήν, αὐτὴν ἐκείνην ἐπὶ τοῦ ὄρους ὑπὲρ τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν ἐπιδέδεικται· ὅτε τὸ μὲν πρόσωπον αὐτοῦ ἀπῆστραψεν ὡς ὁ ἥλιος, τὰ δὲ ἱμάτια ὡς τὸ φῶς.] τίς οὖν τῆς τοσαύτης (τοιούτης in Act. Conc. Nic. II.) ἀξίας τε καὶ δόξης τὰς ἀποστιλβούσας καὶ ἀπαστραπτούσας μαρμαρυγὰς οἷός τε ἂν εἶη (ἢ *ibid.*) καταχαράξαι νεκροῖς καὶ ἀψύχοις χρώμασι καὶ σκιογραφίαις, ὅποτε μηδὲ ἐμβλέψαι (προσβλέψαι *ibid.*) αὐτῷ (αὐτῷ ἐπὶ τοῦ ὄρους *ibid.*), [τοῦτον ὀφθέντι τὸν τρόπον,] οἱ θεσπέσιοι ὑπέμειναν μαθηταί, οἳ γε ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον, ἀφόρητον αὐτοῖς τὸ θεώμενον ὁμολογήσαντες; εἰ δ' οὖν (εἰ γοῦν *ibid.*) τότε ἢ ἐν σαρκὶ (ἢ ἔνσαρκος *ibid.*) αὐτοῦ μορφή τοσαύτης ἔλαχε δυνάμεως, πρὸς τῆς ἐνοικούσης αὐτῇ θεότητος μεταβληθεῖσα, τί χρὴ λέγειν, ὅτε τὴν θνητότητα ἀποδύς, καὶ τὴν φθορὰν ἀπονιψάμενος, τῆς τοῦ δούλου μορφῆς τὸ εἶδος εἰς τὴν

*) *Uncis inclusa nunc primum in lucem prodeunt ex Cod. Reg. 1980. fol. 191. et seqq. reliqua iam edita erant in actis Concilii Nicaeni II.*

BOIVIN.
**) γὰρ addo. BOIVIN.

***) οὖν addo. BOIVIN.

τοῦ δεσπότου καὶ θεοῦ δόξαν μετεσκευάσατο, μετὰ τὴν κατὰ τοῦ
 θανάτου νίκην (δίκην Cod. Colb.), καὶ μετὰ τὴν εἰς οὐρανούς
 ἄνοδον, καὶ μετὰ τὴν ἐν τῷ βασιλικῷ θρόνῳ ἀμφὶ τὰ δεξιὰ τοῦ
 πατρὸς ἴδρυσιν, μετὰ τὴν ἐν τοῖς ἀκατονομάστοις καὶ ἀρρήτοις
 κόλποις τοῦ πατρὸς ἀνάπαισιν, εἰς ἣν ἀνιόντα καὶ ἀποκαθιστάμε-
 νον αἱ οὐράναι δυνάμεις ἀνευφήμουν, λέγουσαι· ἄρατε πύλας οἱ
 ἄρχοντες ὑμῶν, καὶ ἐπάραθητε πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ
 βασιλεὺς τῆς δόξης. [οὐκοῦν καὶ ἡ τοῦ δούλου μορφή ἐν τοιού-
 τοις γνωμῆν, ἐξόλων ὅλη μεταβέβληται ἐπὶ φῶς αὐτοῦ ἀρρήτον
 καὶ ἀνεκδιήγητον, αὐτῷ τῷ θεῷ λόγῳ πρέπον φῶς, ὅπερ ὀφθαλ-
 μὸς οὐκ εἶδεν, καὶ οὐς οὐκ ἤκουσεν, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου
 οὐκ ἀνέβη. πῶς οὖν τις τῶν ἀδυνάτων ἐφίκοιτο; πῶς δὲ τῆς οὐ-
 τω θαναμαστῆς, καὶ ἀλήπτου μορφῆς, εἴ γε χρὴ μορφήν ἔτι καλεῖν
 τὴν ἔνθεον καὶ νοερὰν οὐσίαν, εἰκόνα τις ζωγραφῆσειεν; εἰ μὴ
 τοῖς ἀπίστοις ἔθνεσιν ὁμοίως τὰ μηδαμῆ μηδαμῶς εἰκότα ἑαυτῶ
 τις ἀναζωγραφῆσειεν, ὥσπερ γραφεὺς μηδὲν εἰκότα γράφων. τοι-
 οῖδε γὰρ κἀκεῖνοι, ἀνειδωλοποιούντες ἢ ποτε θεὸν, ὡς ἠγοῦνται,
 ἢ τινα (ὡς ἂν φαῖεν) ἠρώων, ἢ τι τῶν τοιούτων πλάττειν καὶ
 ἀπεικάζειν ἐθέλοιεν, οὐδὲν ὅμοιον, οὐδὲ ἐγγύς, οἷοί τε ὄντες γρά-
 φειν, ἀλλόκοτα σκιογραφοῦσιν, ἀνδρείκελα σχήματα διαχαράττου-
 τες. ἡμῖν δὲ ὅτι μὴ δίκαιον τὰ τοιαῦτα, πάντως που καὶ αὐτῇ
 συμβάλλεις. ἀλλ' εἰ μὴ τῆς εἰς θεὸν μεταβληθείσης μορφῆς, ἀλλὰ
 τοῦ πρὸ τῆς μεταβολῆς σαρκίου αὐτοῦ δὴ τοῦ θνητοῦ τὴν εἰκόνα
 φῆς παρ' ἡμῶν αἰτεῖν. ἄρα γὰρ τοῦτό σε μόνον διέλαθεν τὸ ἀνά-
 γνωσμα, ἐν ᾧ ὁ θεὸς νομοθετεῖ μὴ ποιεῖν ὁμοίωμα, μήτε τῶν
 ὅσα ἐν τῷ οὐρανῷ, μήτε τῶν ὅσα ἐν τῇ γῆ κάτω; ἢ ἔστιν ὅτε ἐν
 ἐκκλησίᾳ τὸ τοιοῦτον ἢ αὐτῇ, ἢ καὶ παρ' ἄλλου τοῦτο ἤκουσας;
 οὐχὶ δὲ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐξώρισται καὶ πόρρω τῶν ἐκ-
 κλησιῶν πεφυγάδενται τὰ τοιαῦτα, μόνοις τε ἡμῖν μὴ ἐξεῖναι τὸ
 τοιοῦτον ποιεῖν παρὰ πᾶσι βεβόηται; . . . οὐκ οἶδα γὰρ ὅπως
 γύναιόν τι μετὰ χειρᾶς ποτε δύο τινὰς φέρουσα καταγεγραμμέ-
 νους, ὡς ἂν φιλοσόφους, ἀπέρριψε λόγον, ὡς ἂν εἶεν Παύλου
 καὶ τοῦ σωτῆρος· οὐκ ἔχω λέγειν, οὔτε ὀπόθεν λαβοῦσα, οὔτε
 ὅθεν τοῦτο μαθοῦσα. ἵνα μὴ δὲ αὐτῇ μηδὲ ἕτεροι σκανδαλίζονται,
 ἀφελόμενος ταύτην, παρ' ἑμαυτὸν κατεῖχον, οὐχ ἠγούμενος καλῶς
 ἔχειν εἰς ἑτέρους ὅλως ἐκφέρειν ταῦτα, ἵνα μὴ δοκῶμεν δίκην εἰ-
 δωλολατρῶν τὸν θεὸν ἡμῶν ἐν εἰκόνι περιφέρειν. Παύλου τὸ
 ἀκούω πάντας ἡμᾶς παιδεύοντος, μηκέτι τοῖς σαρκικοῖς προσανέ-
 χειν. εἰ γὰρ ἔγνωμέν φησιν κατὰ σάρκα Χριστὸν, ἀλλὰ νῦν οὐκέτι
 γινώσκωμεν. Σίμωνα τὸν μάγον λόγος ἔχει παρὰ τοῖς ἀθέοις αἰ-
 ρεσιώταις προσκυνεῖσθαι, ἐν ἀψύχῳ ὕλῃ καταγεγραμμένον. ἔθεω-
 ρήσαμεν δὲ καὶ αὐτοὶ τὸν τῆς μανίας ἐπάνυμον ὑπὸ τῶν Μανι-
 χαιῶν εἰκόνι δορυφορούμενον. ἡμῖν δὲ ἀπείρηται τὰ τοιαῦτα. θεοῖ
 γοῦν κύριον τὸν σωτῆρα ἡμῶν ὁμολογοῦντες, ὡς θεὸν ἰδεῖν εὐ-
 τρεπιζόμεθα, πάσῃ σπουδῇ καθάραντες αὐτοὶ τὰς ἑαυτῶν καρδίας
 ὡς ἂν ἴδοιμεν αὐτὸν κεκαθαμένον. μακάριοι γὰρ οἱ καθαροὶ τῆ

καρδία, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται. εἰ δὲ ἐκ περιουσίας, πρὸ τῆς μελλούσης πρόσωπον εἰς πρόσωπον ὄψεώς τε καὶ θέας, τοῦ σωτήρος ἡμῶν τὰς εἰκόνας αὐτοὶ περὶ πολλοῦ τίθεσθε, τίνα μᾶλλον ἀγαθὸν ζωγράφον αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ λόγου ἔχοιμεν ἄν;] Hanc epistolam, qua Imaginum cultus aperte improbat, Eusebii esse aiebant Iconomachi; et Orthodoxi quoque fatebantur. Verum cum idem Eusebius in Historia sua ecclesiastica lib. VII. cap. 18. celebret mulierem Syrophoenissam, quae sanguinis profluvio liberata, statuam Christo liberatori erexerat, idcirco a quibusdam dubitatum est, an illa epistola esset re ipsa Eusebii. Sed tantum abest, ut eiusmodi argumento constet non scriptam eam esse ab Eusebio; ex ea ipsa narratione, quam obiiciunt, apparet eundem fuisse auctorem tum Historiae ecclesiasticae, tum eius quam dicimus epistolae. Nam quod a muliere Syrophoenissa factum in Historia ecclesiastica narratur, id ipsum ibidem ἐθνικῇ συνηθείᾳ, hoc est, *consuetudine ethnica*, seu usu apud gentes iam inde antiquitus recepto, factum esse dicitur; quem scilicet usum minime probabat Eusebius. BOIVIN.

Pag. 941, 2. Εὐσέβιος] Vide Cod. Reg. 1989. fol. 200. v. BOIVIN.

Pag. 941, 3. Ἐπὶ φῶς ἀρόρητον κ. τ. λ.] Vide Eusebii epistolam ad Constantiam. BOIVIN.

Pag. 942, 6. Δε] abundat. BOIVIN.

Pag. 943, 22. Εὐσέβιος ὅλον ἐν τῇ μεταμορφώσει etc.] Non ἐν τῇ μεταμορφώσει, sed μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνοδον. Vide epistolam ipsam Eusebii supra allatam. BOIVIN.

Pag. 944, 6. Ὁ τοίνυν λέγων] τοῦ Παλαμᾶ ἐκ τοῦ ἐ λόγου, οὗ ἡ ἀρχή· Ἄλλὰ τίς ἂν δύναιτο. Vide Cod. Reg. 2409. f. 132. BOIVIN.

Pag. 944, 7. Ἦς καὶ οἱ θεῶ κ. λ.] Matth. cap. III. v. 43. BOIVIN.

Pag. 944, 23. Τοὺς κατὰ τὸν Παλαμᾶν ἅπαντας] Omnes Palamae similes. Nempe eos omnes, qui, ut Palamas; divini luminis atque adeo divinae gratiae sint participes. Gregoras Palamam irridet, aliosque monachos, qui divinum lumen oculis corporeis visum a se gloriabantur. BOIVIN.

Pag. 945, 2. Πῶς οὐκ ἄκτιστος κ. τ. λ.] ἐκ τοῦ λόγου αὐτοῦ, οὗ ἡ ἀρχή· Φιλονεικουσί μὲν οὐν ἀλλήλοις. Vide Cod. Reg. 2409. fol. 103. BOIVIN.

Pag. 944, 18. Οὐσία μὲν γὰρ κ. τ. λ.] ἐκ τοῦ περὶ φωτὸς λόγου αὐτοῦ. Exstat in Codice Regio 2409. fol. 53. oratio seu liber Palamae ad Athanasium Cyzici archiepiscopum, περὶ τοῦ Θείου φωτὸς καὶ τῆς Θείας χάριτος. BOIVIN.

Pag. 945, 15. Ἐντεῦθεν καὶ κ. τ. λ.] Observa πρόληψιν, qua Gregoras tertiae Sessionis acta attingit. BOIVIN.

Pag. 946, 16. Ἄλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον] Sessione 3. Vide infra lib. XXI. BOIVIN.

Pag. 948, 11. Ὅτι μὲν, φησί, κ. τ. λ.] Verba Theodori Grapti: immo Nicephori patriarchae; eadem quae supra. BOIVIN.

Pag. 949, 3. Ἐξ οὗ ἐμφαίνεται ἡ ἀλλοίωσις] Omissum a Gregora primum divisionis membrum. Codex Regius (Cod. 1989. fol. 199. v. lin. paenult.) ita habet: ἐξ οὗ ἐμφαίνεται ἡ ἀλλοίωσις. [παρετέον τανῶν τόπου γε εἵνεκεν λέγειν ἢ χρόνου, ἢ τινος ἄλλου τῶν ἐν κινήσει θεωρουμένων, ἐπεὶ πρὸς οὐδὲν χρήσιμον κατὰ τὴν παροῦσαν συντελεῖ σκέψιν· καθ' ὁποῖον οὖν τῶν εἰρημένων τρόπων ὁ θαυμάσιος οὗτος τὴν κατὰ Χριστὸν δουλικὴν μορφὴν, τὸ ἐσχηματισμένον σῶμα καὶ τετυπωμένον, ὡς ἡμῖν γε καὶ τῇ ἀληθείᾳ δοκεῖ, ὃ δὴ καὶ γράφεται καὶ ὀρίζεται, εἶπερ εἰς μηδὲν τοῦ καθ' ἡμᾶς σώματος ταῖς ἀληθείαις καθὼ σῶμα διενήνοχεν, ἐξ ὅλων ὅλην μεταβεβλήσθαι ἀποφαίνεται, καὶ τοῦτο θαρσαλέως καὶ ἐκθυμώτατα. εἰ μὲν κατὰ τὸ ποιὸν μεταβέβληται, κενήνῃται μὲν πρὸς ἀλλοίωσιν·] ἢ δὲ ἐστὶν μετασχηματισμός. ... BOIVIN.

Pag. 951, 1. Βασιλείοις καὶ Γρηγορίοις] Gregoras promittit se sanctorum Basillii et Gregorii argumenta prolaturum, quae tamen haud proferet. BOIVIN.

Pag. 951, 6. Οὐ γὰρ ἐνεργεῖα ψιλλῆ φησι κατὰ τινος κενῶσαι μὲν τοὺς οὐρανούς λέγεται] Poteram sic interpretari: Non enim, inquit, ut veteres quidam delirarunt, dicitur ille tempore divinae incarnationis sua hypostasi coelos vacuos fecisse. Sed aliter malui, sequutus Codicis antiquissimi lectionem, in quo non λέγεται, sed λεγόντων scriptum erat. BOIVIN.

Pag. 952, 2. Λοιδορῶν οὖν ὁ Παλαμᾶς Θεόδωρον] Fuit itaque illud tempus, cum Palamas Theodori Grapti auctoritatem parvi faciebat, ut supra dicebamus. Tamen Philotheus Antirrh. lib. XI. passim hunc laudat, et in suas partes trahere conatur. Vide Cod. Reg. 1996. fol. 236. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 280. 281. Laudatur etiam a Cantacuzeno in Antirrh. contra Prochorum, Cod. Reg. 1999. fol. 75. BOIVIN.

Pag. 953, 11. Πανύλω] Ad Corinth. II. cap. V. v. 17. BOIVIN.

Pag. 953, 14. Δαβίδ] Psalm. 50. BOIVIN.

Pag. 955, 5. Εἰρησέται δὲ κατὰ χώραν etc.] Nempe in disputatione cum Cabasila, in Antirrheticis et in aliis libris Dogmaticis. BOIVIN.

Pag. 955, 10. Ὑποδείγματι] Ὑποδείγμασι supra lib. XIX. cap. II. sect. 4. BOIVIN.

Pag. 956, 6. Ἡ πολλῆ] Sic supra lib. X. cap. ult. BOIVIN.

Pag. 956, 12. Quae supplementum, ea in Codice etiam Vaticano desunt. Nec mirum; cum noster (ut iam dixi) ex illo descriptus sit. BOIVIN.

Pag. 957, 17. Γρηγόριος] Gregor. Nazianz. de Dogm. Sic supra lib. X. cap. ult. N. 13. BOIVIN.

Pag. 958, 4. Ἀκούεις γέννησιν· κ. τ. λ.] Gregor. Nazianz. Orat. de Dogm. pag. 493. Edit. Paris. an. 1609. BOIVIN.

Pag. 958, 20. Τάναντία] Vel qui repugnantia. Gregor. Nazianz. Orat. I. de Filio pag. 567. BOIVIN.

Pag. 959, 3. Πάλιν οἱ σωματικοὶ κ. τ. λ.] Gregor. Nazianz. Orat. de Filio. pag. 570. 565. 567. BOIVIN.

Pag. 960, 1. Βασίλειος] Basilius Magnus contra Sabellianos. BOIVIN.

Pag. 960, 6. Καὶ πάλιν] Idem contra Eunom. lib. II. BOIVIN.

Pag. 960, 12. Καὶ πάλιν] Idem Epist. 6. BOIVIN.

Pag. 961, 15. Χαλεπώτερα] Eccles. cap. III. v. 22. BOIVIN.

Pag. 963, 5. Γέγραπται γὰρ κ. τ. λ.] D. Paul. ad Galat. cap. III. v. 10. Deuteron. cap. XXVII. v. 26. BOIVIN.

Pag. 964, 10. Τῷ δὲ καὶ αὐτῷ etc.] Vitiosa constructio, pro ὁ δὲ καὶ αὐτὸς παρὰ προσδοκίαν τοῖς τοιοῦτοις ἐμπεπτωκῶς etc. Eiusmodi Antiptoses non paucas apud Gregoram observare est. BOIVIN.

Pag. 966, 18. Ἐκ τῆς ὀρχήστρας . . . πρίασθαι] Ὀρχήστρα proprie est locus in quo saltatur. Probabile autem est in quibus locis saltatores se exercebant, in iisdem venundari solitas merces frivolas, qualia sunt ludicra instrumenta, et quae vocantur crepundia. BOIVIN.

Pag. 966, 18. Γράμμασι γὰρ σχεδὸν παντάπασιν ἀνομιλητον εὐρίσκων αὐτὸν] Atqui Cantacuzenum constat minime illiteratum fuisse, idque ipsius Gregorae testimonio, qui supra lib. XIX. cap. I. sect. 4. eum dixit iam inde ab initio humanioribus litteris operam ultro dare instituisse, multosque et omnis generis libros ambitiose conquisivisse, atque in dies novum aliquid cum dicere tum audire impensissime studuisse. BOIVIN.

Pag. 971, 6. Ἀνωτέρω] Lib. XIX. cap. IV. sect. 7. BOIVIN.

Pag. 971, 10. Τοῦτ' ἐκείνω] Quod Palamas ipse attulit superiori cap. sect. 6. BOIVIN.

Pag. 973, 3. Ἀνωτέρω] Libro superiore cap. IV. sect. 7. BOIVIN.

Pag. 975, 20. Ἐξ ὧν κἀκείνοις γεγένηται ὑπομνήματα] Vide Ioan. Cyparissiot. Palamicarum Transgressionum lib. I. Serm. IV. cap. X. in fine. BOIVIN.

Pag. 976, 9. Καὶ λαμπάδες κ. τ. λ.] Alludit ad opinionem Palamae de lumine increato. BOIVIN.

Pag. 976, 18. Τῶν ἐκεῖ ῥηθέντων] In Concilio contra Barlaamum habito. BOIVIN.

Pag. 978, 10. Ἐπιέμενοι τοὺς ὀδόντας ἐμπῆξαι τῷ ταιλαιπώρω] Vide Philothei patriarchae Antirrheticum I. Cod. Reg. 1996. fol. 14. v. et seq. BOIVIN.

Pag. 979, 8. Κύριοι γὰρ ἡμεῖς κ. τ. λ.] Sic supra lib. XV. cap. VII. sect. 7. BOIVIN.

Pag. 980, 9. Ὁ μέντοι Παλαμᾶς περίφοβον ὄλ. ἐκ. τὴν νύκτα διενεγκῶν] Cum his confer ea quae apud Philotheum leguntur loco indicato. BOIVIN.

Pag. 980, 10. Ἄμα ἔω] Die 28. mensis Maii. BOIVIN.

Pag. 985, 12. Κἂν τι δέη παθεῖν] Etsi mori oporteat. Sic apud Theocritum, οὐδ' εἴ τι πάθοις τὴ γ' αἰείδων, ne si quidem cantando moriaris. BOIVIN.

Pag. 986, 1. *Ἄ τοῖς ἐξωτετικοῖς etc.] Nempe Palamas auctor Cantacuzeno fuerat, ut quotquot de infima plebe non vererentur captu suo altiora affectare, ii vestibibus exuti virgis caederentur, et in carcerem detruderentur, pag. 617. D. supra. BOIVIN.*

Pag. 987, 13.] Citatur D. Basilii Epistola, quae in eo Codice, quo Gregoras usus est, 257^a. numerabatur; in libris editis aut omnino deest, aut alium numerum praefert. BOIVIN.

Pag. 991, 8. *Συνέθεντο δ' ἐξῶσαι τοῦ συνεδρίου καὶ τὸν Τύρου ἐπ.] Hinc apparet episcopum Tyri in prima tantum Actione praesentem Concilio interfuisse. Vide annotata ad pag. 636. D. infra. BOIVIN.*

Pag. 992, 15. *Οὐκ Ἀτλαντικοῦ κ. τ. λ.] Aristid. in Panathen. BOIVIN.*

Pag. 993, 17. *Τῶν τ' ἐχόντων ἅμα καὶ τῶν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων] Ita quoque Vaticanum exemplar. Sensum puto eum esse quem expressi. BOIVIN.*

Pag. 994, 20. *Ἰδόντες γὰρ ἐκεῖνοι τῇ προτεραίᾳ] Cum vidissent superiori die; non quidem proxime superiori, sed eo die qui primus Concilii fuit. Sic etiam infra lib. XXI. cap. III. sect. 13. αἰ τῇ προτεραίᾳ σφίσι κολάσεις ἠπειλήνται. Vide annotata ad eum locum. BOIVIN.*

Pag. 995, 10. *Καὶ ἅμα ἐώρων συνεξιώντας ἅπαν τὸ μέρος ἐμοί] Philotheus Antirrhet. I. τί δὲ, κάκεινο ψεῦδος ἐρεῖς, εἰπέ μοι ὅτι καὶ ἅπαξ καὶ δις ὁμοῦ πάντες ἀπεπηδήσατε τῆς ἱερᾶς ἐκείνης συνόδου· καίτοι γε καὶ βασιλέως καὶ πατριάρχου καὶ πάντων ὁμοῦ παραμένειν ὑμᾶς ἀξιούντων, καὶ μὴ τὴν ὑπόθεσιν ἐπίτηδες διαφθεῖρειν; Cod. Reg. 1996. fol. 8. v. His congruunt et ea quae ibidem leguntur fol. 15. BOIVIN.*

Pag. 998, 2. *Τῇ ὑστεραίᾳ] Die Maii 31. BOIVIN.*

Pag. 999, 15. *Βέλτιον δ' ἔδοξεν κ. τ. λ.] Sessio III. Iunii die 8 vel 9. BOIVIN.*

Pag. 1000, 6. *Οὕτω καὶ πάντ' ἐκεῖνα τάνδρός τουτουῖ συγγράμματα] Vide lib. XXIII. pag. 699. E. infra. BOIVIN.*

Pag. 1007, 7. *Καὶ ἀδείας ἐπειλημμένοις σὺν γε θεῷ τῆς ὀφειλομένης] Gregoras promittit se, ubi libertatem receperit, Palamiticae Synodi decreta fusius exposita refutaturum: quae tamen ille, nondum recuperata libertate, refutavit; siquidem libros in Tomum Palamiticum decem Antirrheticos domo sua inclusus, et a monachis contubernalibus obsessus, scripsit; ut annotatum in eius vita. BOIVIN.*

Pag. 1008, 7. *Ὅλας δυνάδας κ. τ. λ.] Vide Philothei patriarchae apologeticum. Cod. Reg. 1996. fol. 316. v. BOIVIN.*

Pag. 1012, 16. *Δείσαντες ἐκεῖνας αἰ τῇ προτεραίᾳ σφίσι κολάσεις ἠπειλ.] Hoc loco προτεραία non est pridie, ut nec supra pag. 625. E. Neque etiam primum habiti Concilii diem significat. Nam poenas postridie primae Actionis denuntiatas fuisse didicimus*

ex lib. XX. cap. IV. sect. 9. Itaque apud Gregoram προτεραία non est dies proxime superior, sed dies primus, vel dies utcumque superior. BOIVIN.

Pag. 1014, 8. Οἷς οὔτε τὸ χαίρειν κ. τ. λ.] Sic supra lib. XII. cap. 1. BOIVIN.

Pag. 1015, 4. Τῶν καιρῶν ἐκείνων] Id est, temporibus Martyrum. BOIVIN.

Pag. 1015, 14. Ἐν τοῖς πρὸς Ἀμφιλόχιον] De Spiritu sancto. Operum S. Basilii Tom. II. pag. 224. BOIVIN.

Pag. 1015, 17. Θαλασσίον etc.] Senarius iambicus, alicuius, ut opinor, poetae tragici. BOIVIN.

Pag. 1017, 2. Ἀλλαχοῦ] Idem Basil. Episcopis Occidentis. BOIVIN.

Pag. 1017, 10. Ἀλλαχοῦ] Idem Euaesenis. BOIVIN.

Pag. 1017, 13. Καὶ πάλιν] Idem monachis suis. BOIVIN.

Pag. 1018, 10. Καὶ ἀλλαχοῦ] Idem Eustathio episcop. Sebastiae. BOIVIN.

Pag. 1018, 14. Μακρίνης] De qua vide et epistolam τοῖς Νεοκαισαρ. BOIVIN.

Pag. 1020, 15. Ἐπενεγκεῖν καὶ τὰς κ. τ. λ.] Quae tamen non subiunget. Vide infra cap. VI. sect. 7. BOIVIN.

Pag. 1020, 19. Τοῖς εἰρημένοις] A SS. Patribus, Basilio et aliis. BOIVIN.

Pag. 1021, 22. Καὶ Φλαβιανὸν πεφρονεσκέσαι] Flavianus in exilium missus post habitam Synodum. Itaque non potuit Dioscorus in ipsa Synodo gloriari occisum a se Flavianum. BOIVIN.

Pag. 1024, 12. Καὶ πᾶν πονηρὸν κ. τ. λ.] Matth. cap. V. v. 11. BOIVIN.

Pag. 1025, 2. Καὶ τομογραφῆσαντες, οἰκειοχείροις ὑπογραφαῖς ἐβεβαίωσαν] Tomus editus ἔτους ζωνθ' κατὰ μῆνα αὐγουστον τῆς δ' ἐπιμεμήσεως, anno mundi VI. MDCCCLIX. mense Augusto, Ind. IV. ut legitur apud Lambecium, Biblioth. Caesar. lib. V. pag. 202. Subscripserunt imperatores Ioannes Cantacuzenus, et Ioannes Palaeologus: tum Callistus patriarcha, et caeteri deinde pontifices. Anno autem mundi VI. MDCCCLXII. Christi MCCCLIV. mense Febuario, Ind. VII. Matthaëus Cantacuzenus, cum esset a patre socius imperii ascitus, subscripsit ipse quoque; atque eius subscriptionis formula in Auctario novissimo Combesisiano Biblioth. Patr. Graec. Pseudosynodo Palamitarum subiuncta est. BOIVIN.

Pag. 1025, 13. Καὶ δολιότητας ὄλην κ. τ. λ.] Psalm. XXXVII. BOIVIN.

Pag. 1025, 14. Τούτων εἷς μοι καὶ ὁ καλὸς ἐγεγόνει Καβασίλας] Nicolaus scilicet, quem ait Cantacuzenus σοφίας εἰς ἄκρον τῆς ἔξωθεν ἐπειλημμένον, Hist. lib. IV. cap. XVI. pag. 764. Eius epistolae aliaque opera exstant in Codicibus Regiis, pleraque non-

dum typis edita. In iis est Satyricon κατὰ τῶν Γρηγοῶ ἰερομα-
των, ex quo quaedam delibata inseruimus Gregorae Elogiis. Prae-
ter hunc Cabasilam memorantur et alii, Nilus scilicet, Demetrius,
Michaël etc. BOIVIN.

Pag. 1025, 19. Ἐκεῖνος] Aeschyl. in Prometh. BOIVIN.

Pag. 1026, 22. Τὸ τῆς πολυλογίας ὡς ἐπὶ πλείστον ἀμαρτάν-
ον] Gregoras suum ipsius vitium alteri obiicit. BOIVIN.

Pag. 1027, 19. Οὐδαμοῦ σπλάγγνον κ. τ. λ.] Sic supra in
excerptis ex D. Basilio de Spiritu sancto. BOIVIN.

Pag. 1027, 20. Ἀπέβλεψα γὰρ κ. τ. λ.] Ecclesiasta cap. IX.
v. 11. BOIVIN.

Pag. 1028, 11. Τοῦτό μοι τελευταῖον κ. τ. λ.] Vide Q. Cur-
tium lib. V. in fine. BOIVIN.

Pag. 1028, 18. Ἀρκούμενος] Ex epistola D. Basilii ad mo-
nachos suos, ut supra cap. IV. sect. IV. num. 12. BOIVIN.

Pag. 1029, 4. Βίβλους ἐκεῖνας ἐς δημόσιον ἀνεγνωκότες
ἄκουσμα] Die Assumptionis B. Virginis Dei - Matris, Augusti XV.
Philotheus patriarcha, Antirrhet. I. (Cod. Reg. 1996. fol. 9. v.)
rem ita narrat. Τῆς δ' ἱερᾶς ἐπιστάσεως μετὰ μικρὸν τῆς θεομη-
τορος τελετῆς τε καὶ πανηγύρεως, ἣν ἐτησίως ἐπὶ τῇ ταύτης ἱερᾷ
τε καὶ σεπτῇ μεταστάσει πάνδημόν τινα καὶ περιφανεστάτην ἐν τῷ
μεγίστῳ ναῶ τῆς ἐνυποστάτου καὶ συνανάρχου θεοῦ σοφίας τελού-
μεν, πᾶσαν ἐκεῖ σχεδὸν συγκαλοῦντες τὴν πόλιν, μετὰ τοὺς ἐωθι-
νοὺς ὕμνους, δευτέραν ἤδη τῆς ἡμέρας ὥραν ἐχούσης, ἐπ' ὀκρί-
βαντος ἱεροῦ λαμπρὰν τε καὶ πεπαρόρησιασμένην ἐποίησάμεθα τὴν
ἀνάγνωσιν τούτου, αὐτοῦ τε τοῦ πατριαρχοῦντος τότε προκαθημέ-
νου καὶ ἀρχιερέων καὶ πρεσβυτέρων συνάμα παντὶ παρισταμένῳ
τῷ κλήρῳ, καὶ δὴ καὶ ἀρχόντων, καὶ τοῦ πλείστου μέρους τῆς
μεγάλης ταυτησὶ πόλεως περιῦσταμένων· ἠνίκα δὴ καὶ βασιλεὺς ὁ
κράτιστος ἄνθρην ἐκ τῶν ἱερῶν ὑπερώων ἀκροώμενος τῆς ἀνα-
γνώσεως ἦν, τῆς τε συγκλήτου περιῦσταμένης αὐτὸν, καὶ τοῦ
στρατιωτικοῦ, καὶ δὴ καὶ τῶν πολιτῶν αὐτῶν ἄλλου πλήθους μυ-
ρίου. τρεῖς δ' ἡμεῖς οἱ κατὰ διαδοχὴν ἀνεγνωκότες ἐκεῖνον· Γαλη-
σιώτης φημί, καὶ Μάξιμος ὁ σοφός, καὶ τρίτος ἐπ' ἐκείνοις καὶ
τελευταῖος ὁ Ἡρακλείας· ὃς δὴ καὶ προτραπείς, καὶ διδασκαλικόν
τινα βραχὺν περὶ τῶν προκειμένων ἀπὸ στόματος ἐξέδωκε μετὰ
τὴν ἀνάγνωσιν λόγον. ἐκεῖθεν δ' ὁ ἱερός ὀρμηθεὶς ὥσπερ ἐξ ἀφε-
τηρίας τινὸς τόμος, μᾶλλον δ' οἱ τόμοι (τρεῖς γὰρ ἦσαν κατὰ
ταῦτ' οὗτοι τῆ συνόδου συντεθειμένοι καὶ ὑπογεγραμμένοι κατὰ
ταῦτα, ὁμοῦ μὲν καὶ ξυνημμένως οἱ δύο, μετὰ μικρὸν δ' ὡσαύ-
τως ὁ τρίτος· οὕτω καὶ γὰρ ἐκρύπτετο παρ' ἡμῶν ὁ τόμος ἐν
σκότει τε καὶ γωνίᾳ) ἐκεῖθεν οὖν ὀρμηθέντες etc. BOIVIN.

Pag. 1030, 2. Τὸ βδέλυγμα τῆς ἐσχάτης ἐρημώσεως ὑπέρχεν
αὐτόχρημα] Cum Palamitae multa et praeclara Cantacuzeno promi-
sissent, si Tomum suum altari ipse imponeret, ac novo ritu conse-
craret, Gregoras, ubi id rescivit, immo, inquit, cum videritis abo-

minationem desolationis stantem in loco sancto, cognoscite quoniam appropinquavit desolatio imperii Romani. Vide Histor. lib. XXV. cap. ult. BOIVIN.

Pag. 1033, 3. Σάλος γὰρ κ. τ. λ.] Verba S. Basilii, ut supra cap. IV. sect. IV. num. 1. BOIVIN.

Pag. 1034, 17. Ἐπεὶ δὲ καὶ τῆς δι' ὄνειρων ἡναγκ. πως μαντικῆς ὑπ' αὐτῶν διὰ μνήμης ἔλθειν] Gregoras hoc loco Palamitas notat, ut propriis somniis intentos. At ipsi quoque Gregorae Philotheus patriarcha Antirrhet. XII. Cod. Reg. 1996. fol. 297. eundem morbum obiicit; qua de re plura nos supra in Vita Gregorae. BOIVIN.

Pag. 1035, 2. Ἐγὼ διὰ τὴν κ. τ. λ.] S. Basilii Epist. LXIV. BOIVIN.

Pag. 1044, 13. Δῆλα ποιεῖσθαι τὰ νέα ταυτὶ θεσπίσματά τε καὶ δόγματα etc.] Philotheus patriarcha Antirrhet. I. Cod. Reg. 1996. fol. 10. Ἐκεῖθεν οὖν ὀρμηθέντες οἱ τόμοι, οὐ τὴν μεγάλην ταυτηνὴ διήλθον ἐν βραχεῖ μόνον πόλιν, καὶ ἀναγινωσκόμενοι καὶ μεταγραφόμενοι παρὰ τῶν σπουδαστῶν τοῦ λόγου τῆς εὐσεβείας, μᾶλλον δὲ καὶ τῶν ἀντιθέτων αὐτῶν· ἀλλὰ καὶ μέχρι τῆς ὑπεροφίας τρέχοντες ὀξέως προήλθον, Θεσσαλονίκην τε καὶ Ἄθω τὸν ἱερὸν, καὶ τὰς ἐξῆς νήσους τε καὶ πόλεις διαλαβόντες. ὅθεν καὶ οἱ τῆς ἀντιθέτου μοίρας μετὰ πάσης ἐκείνου ἀδειίας λαβόντες ἔχουσιν, οὐ μόνον οὐδὲν ἀπειργόντων ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ διδόντων καὶ προτρεπομένων τοὺς βουλομένους εἰς τοῦτο. BOIVIN.

Pag. 1045, 10. Ἐνίους τῶν τὴν αὐλειον τῆς οἰκίας ἡμῶν παριόντων] Gregorae domum nulla sui parte vias publicas attigisse, testis est Philotheus patriarcha Antirrhet. I. Cod. Reg. 1996. fol. 7. ut annotatum supra ad Gregorae Vitam. BOIVIN.

Pag. 1045, 20. Ἔτος ἀμείβων ἤδη τῆς ἡλικίας ἐξηκοστὸν] Gregoras, quo tempore haec scripsit, nondum expleverat annum aetatis LVII. Vide annotata ad pag. 567. D. BOIVIN.

Pag. 1046, 11. Οἱ δ' ὡς ταῦροι κ. τ. λ.] Psalm. XXI. v. 13. BOIVIN.

Pag. 1046, 13. Ἐβρουξαν ἐπ' ἐμὲ κ. τ. λ.] Psalm. XXXIV. v. 16. v. 12. Psalm. XXI. v. 14. Psalm. LXIII. v. 6. v. 4. v. 6. Ps. LXXXI. v. 5. BOIVIN.

Pag. 1048, 20. Πατρὸς Βασιλείου] Epist. LXXIX. Eustathio Sebastiae episcopo. BOIVIN.

Pag. 1048, 21. Ὡς ἐν γε τοῦτο κ. τ. λ.] Vide supra lib. XXI. cap. IV. sect. 4. num. 13. BOIVIN.

Pag. 1049, 2. Πίστιν δὲ οὔτε κ. τ. λ.] Idem Epist. LX. Ecclesiae Antiochenae. BOIVIN.

Pag. 1049, 17. Ὡς μὴδ' ἐνταῦθα γεγόμενον μόνον εἶσαι τὴν πρόδοσιν Ἰούδαν ἐκείνου ἐγκαλεῖσθαι] Horum verborum hic videtur esse sensus, illum discipulum adeo se ad exemplum Iudae compo-

suisse, ut ne tum quidem, cum habitum monasticum induisset, magistri proditi crimen solius Iudae proprium esse voluerit. BOIVIN.

Pag. 1050, 19. Τῶν πατριαρχικῶν ἀρχόντων] Vide Goari Eucholog. pag. 268. et seq. CAPPERONN.

Pag. 1053, 4. Τῶν ἀνδριαντοποιῶν] Sic supra lib. XIII. cap. I. sect. 4. CAPPERONN.

Pag. 1054, 9. Τότε μικρός τις γίνεται τοῦ παρόντος λόγου λόγος] Non omni suspitione mendii caret hic locus. Forsan legendum τότε δὴ μικρός τις κ. λ. qua lectione admissa verterem, tunc huiusce dicti nulla ferme ratio habenda est. CAPPERONN.

Pag. 1055, 19. Αὕτη γὰρ ἐστὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον] Haec enim gratia est Spiritus sanctus; id est, haec gratia et operatio sacris in Scripturis nomine sancti Spiritus designatur. Unde infert Palamas hancce gratiam non esse quid creatum. Addit tamen huiusmodi gratiam non esse ipsammet sancti Spiritus substantiam. Quae duo conciliari vix posse videntur, nisi advertamus a Palamitis admissas esse inferiores quasdam Deitates, quae Deum inter et creaturas medium locum tenerent. Nostris quidem e theologis Petrus Lombardus, magister sententiarum, negavit, sancti Spiritus gratiam esse quidpiam creatum: sed simul statuebat istam gratiam seu charitatem esse ipsummet Spiritum sanctum, ipsum Deum: quae tamen sententia ab omnibus deinceps theologis reprobata est. Vide lib. I. Sentent. distinct. 17. et articulos Parisiis damnatos ad calcem operis Petri Lombardi. Divus etiam Bernardus censuit charitatem, seu gratiam sanctificantem, esse ipsum Deum: sed charitatem spectabat ex parte dantis, seu ipsius Dei: aliunde vero ferebatur gratiam et charitatem in nobis esse quoddam accidens. Hinc aiebat, *substantiva charitas accidentalem dat charitatem*. Lege divi Bernardi epistolam XI. ad Guigonem Carthusiensium Priorem, et tractatum de diligendo Deo cap. XII. CAPPERONN.

Pag. 1056, 7. Ἄς ὁ Προφήτης κεφαλαιωδῶς ἐπὶ προσεῖπε] Quas Propheta septem summam appellavit. Isaias cap. XI. vers. 2. et 3. ubi sic recensentur septem sancti Spiritus dona. *Et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiae et pietatis, et replebit eum spiritus timoris Domini.* CAPPERONN.

Pag. 1056, 10. Ὁ κρίνων πᾶσαν τὴν γῆν, οὐ ποιήσεις κρίσιν;] Locum hunc laudavit Palamas ex versione LXX. Interpretum. Vulgata nostra habet absque interrogatione, Genes. 18. vers. 25. *qui iudicas omnem terram, non facies iudicium hoc.* Hebraeus textus est huiusmodi: *השפט כל הארץ לא יעשה משפט*. Id est, *numquid qui iudicat omnem terram, ille non faciet iudicium?* CAPPERONN.

Ibidem. Οὐ ποιήσεις;] Non facies? Vis argumenti sistit in hoc verbo. Nam ποιεῖν [facere] apud Graecos theologos significat creare. Forsan ex Genes. cap. I. ubi apud τοὺς LXX. legitur, *ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεός.* In principio Deus fecit, i. e. creavit. Hinc olim Ariani

argutabantur Christum esse creaturam, quia epistolae ad Hebr. cap. III. dicitur Χριστὸν Ἰησοῦν πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν. *Christum Iesum qui fidelis est ei qui fecit illum.* CAPPERONN.

Pag. 1056, 19. Προείρηκεν Ἡσαΐας] Cap. XI. v. 2. 3. CAPPERONN.

Pag. 1057, 16. Δρυὸς πεσοῦσης πᾶσιν ἐξείη ξυλεύεσθαι] Unum est e Monostichis Menandro tributis. Vide Comicorum Graecor. sententias edit. Henric. Steph. pag. 191. Meminit Erasmus Chiliad. 3. Centur. 1. Proverb. 86. et sic exponit. [Si quem fortuna praecipitem dederit, in hunc passim omnes incurrunt, et quisque quod potest diripit. Iam enim sibi putant impune fore. Exemplum est apud Iuvenal. de Seiano.] CAPPERONN.

Pag. 1060, 2. Οὐρανῶ ἐδάφει] *In caelesti solo.* Sic Ovid. Metamorphos. lib. I. *Astra tenent coeleste solum.* CAPPERONN.

Pag. 1062, 4. Καὶ τοῦτο παραδύομενον] *Id quoque vitii obreperit;* quod nimirum de rebus theologicis ignarus disserere volueris. CAPPERONN.

Pag. 1062, 11. Καὶ τοῦ τῆ κτίσει ἐφυστερίζοντος σώματος] *Alteram vero substantiam corporis solaris, quod non nisi post creationem [luminis] factum est.* Alludit ad Genes. cap. I. ubi lux prima die facta narratur, sol autem nonnisi die quarta formatus. CAPPERONN.

Pag. 1063, 4. Γρηγόριον] Gregor. Nazianz. Orat. 43. quae est in novam Dominicam. CAPPERONN.

Pag. 1064, 18. Καὶ μονοειδῆς] *Nihil habens admixtum dispar sui atque dissimile.* Ita Cicero vertit τὸ μονοειδῆς apud Platonem, quod ad literam sonat, *uniforme.* CAPPERONN.

Pag. 1064, 20. Ἐπειτα πῶς διάφορον κ. τ. λ.] Tractatu cui titulus: Ducenta capita, Tom. I. edit. Combefis. Sed ibi paullo aliter iacet hic locus. CAPPERONN.

Pag. 1066, 17. Θεὸς οὔτε ἀρχή ἐστι . . . ὁ θεὸς οὔτε οὐσία ὦν] *Deus neque principium est . . . neque substantia.* Subintellige, *creatarum rerum moe*, prout luculenter explicat idem sanctus Maximus tom. I. pag. 462. et 463. Ipsummet consule, si lubet. CAPPERONN.

Pag. 1068, 6. Ἀθανάσιος] Orat. 4. contra Arian. Tom. I. pag. 515. edit. vet. CAPPERONN.

Pag. 1068, 9. Μαξιμος] Capitibus de charitate tom. I. pag. 544. CAPPERONN.

Pag. 1069, 12. Οἰκτιρωτων γὰρ κ. τ. λ.] Psalm. CII. v. 8. et LXXXV. v. 15. et CXLIV. v. 8. ubi eadem est sententia. CAPPERONN.

Pag. 1070, 14. Σαφῶς] Si legas σαφῶς, vertendum, *non quidem evidenter, sed indicibus quibusdam demonstrant iis, qui.* CAPPERONN.

Pag. 1076, 13. Κατὰ σαυτοῦ Βελλεροφόντης] *Adversus te ipsum Bellerophontes* Ita effertur hoc proverbium apud Lucian.

Vulgo autem sic efferunt Βελλεροφόντης τὰ γράμματα. *Bellerophon-tes literas*. Supple *contra se ipsum affert*, qua de re Graecorum fabulam commemorat et docte exponit Erasmus, Chiliad. 2. Centur. 6. Proverb. 82. CAPPERONN.

Pag. 1083, 12. Διονυσίου μεμνήσομαι] *Dionysii mentionem faciam*. Locus est in epistola IX. Pseudo-Dionysii ad Titum sect. I. quem ad locum vide sancti Maximi et Pachymerae scholia. CAPPERONN.

Pag. 1083, 19. Ὁ Ἀθανάσιος] D. Athanasii Orat. 2. contra Arian. tom. I. pag. 306. edit. antiq. CAPPERONN.

Pag. 1084, 19. Μάξιμος] D. Maxim. capitibus theolog. quingentis Centuria 2. Artic. 74. CAPPERONN.

Pag. 1085, 1. Γενώμεθα δόκιμοι τραπέζῃται] *Probi simus numularii*. Haec sententia ipsi Christo a veteribus tribuitur. CAPPERONN.

Pag. 1086, 9. Οὐδείς γὰρ, φησὶ κ. τ. λ.] Exod. XXXIII. v. 20. CAPPERONN.

Ibidem. Οὐδείς γὰρ ὄψεται πρόσωπόν μου καὶ ζήσεται] *Nemo enim videbit faciem meam et vivet*. Exod. XXXIII. v. 20. ubi sic habetur apud τοὺς LXX. οὐ γὰρ μὴ ἴδῃ ἄνθρωπος τὸ πρόσωτόν μου καὶ ζήσεται. *Non enim videbit homo faciem meam et vivet*. In vulgata Latina: *Non enim videbit me homo et vivet*. Quod magis Hebraicam ad veritatem accedit. CAPPERONN.

Pag. 1089, 6. Χωρὶς δυνάμεως] *Absque potentia*. Nostrici sic in scholis loquuntur; non quod impotens sit Deus, sed quod non habeat meram potentiam ab actu suo distinctam et separatam. CAPPERONN.

Pag. 1089, 18. Τὸ Κυλώνιον ἄγος] *Cyloniae caedis labem*. Cylo nobilis Atheniensis, et in Olympicis victor, ex falsa Delphici oraculi interpretatione Athenarum arcem occupavit, tanquam tyrannum acturus. Tum Athenienses ipsum eiusque socios ibi obsessos oppugnarunt. Cylo autem et eius frater clan aufugerunt; caeteri fame consumpti, supplices ad aram quae erat in arce confugerunt. Sed eos inde abductos interemerunt ii, quibus commissa erat urbis custodia. Quosdam etiam in ipso transitu et prope Deorum altaria sedentes interfecerunt. Unde impii et profani ab Atheniensibus appellati sunt, et in exilium acti: et hoc dictum est *Cylonium scelus* sive *labem Cyloniae caedis expiare*. Narrant Thucyd. lib. I. circa finem, et Plutarchus in Solone. CAPPERONN.

Pag. 1091, 7. Ὁ Θεὸς οὐτε νοῶν λέγεται κυρίως κ. λ.] Vide capita CC. Theologica Sancti Maximi tom. II. pag. 479. ubi locus hic paulo aliter se habet. Sed videtur Gregoras non ad verbum huius sancti Confessoris testimonium laudare. Et sane supra innuit se SS. Patrum testimonia, aut eorum libros, prae manibus non habere. Vide huius disputationis pag. 684. B. CAPPERONN.

Ibidem. Ἴνα μὴ σύνθετος λογισθῇ] Erat in Manuscripto,

συνθεολογισθῆ, sed emendavi ex Sancto Maximo, apud quem legitur, ἵνα μὴ σύνθετος. CAPPERONN.

Pag. 1091, 13. Ἡ αὐτοῦπεραγαθότης] Locus est in scholiis Sancti Maximi ad librum Pseudo-Dionysii de divin. nominib. cap. V. sect. 6. ad vocem αὐτοῦπεραγαθότης, pag. 692. edit. Corder. CAPPERONN.

Pag. 1092, 16. Τὴν οὐσίαν αὐτῶν ἀπώλεσεν] Substantiam suam amitterent. Similia Pseudo-Dionysius habet lib. de divin. nomin. cap. XIII. sect. 2. CAPPERONN.

Pag. 1093, 19. Φησὶν οὖν] Proclus Institut. Theologic. lib. VII. cap. 3. CAPPERONN.

Pag. 1094, 4. Secundum lectionem marginalem ita vertes: Sin unum fiant, ex nullo, id est ex privatione fiunt prius unum, quatenus unum quid ipsis recens inerat. CAPPERONN.

Pag. 1095, 5. Ἐν μὲν ἐστὶ τὸ ὄντως ὄν] Verum ens est unum. Locum hunc non reperi in vulgatis Dionysii. Sed hic auctor, quisquis tandem sit, alia etiam scripserat quae nondum edita sunt, v. g. opus περὶ νοητῶν καὶ αἰσθητῶν, quod citat. lib. de Eccles. Hierarch. cap. II. part. III. sect. 2. CAPPERONN.

Pag. 1095, 6. Οἱ ἐνοειδεῖς] Qui divinam unitatem participant. Vox haec invenitur etiam in Dionys. lib. de Eccles. Hierarch. cap. II. part. III. sect. 2. Eam sanctus Maximus ibidem explicat per θεοειδῆ, Deiformia, quae opponit τοῖς πολλοῖς καὶ ἀνιέρους, id est, vulgo et profanis. Item Pachymeres ibidem illam exponit per θεῖα, ὡς ὑψηλά καὶ νῶ μόνῳ ληπτὰ, id est, Divina, ut sublimia et sola mente comprehensibilia. His interpretationibus versionem nostram accommodavimus. CAPPERONN.

Pag. 1096, 2. Ὁ αὐτός φησιν] Dionys. lib. de div. nom. cap. IV sqq. CAPPERONN.

Pag. 1096, 7. Ὁ θεὸς ταῦτα λέγεται] Deus haec esse dicitur, nimirum pulchrum et pulchritudo, ut hoc loco fuse postea explicat Dionysius ille, quem hic, ut et alibi, contrahit Gregoras. CAPPERONN.

Pag. 1096, 8. Ἐκ θεοῦ καὶ ἐν θεῷ] In editis Dionysii legitur, Ἐξ αὐτῆς καὶ ἐν αὐτῇ, supple, αὐτοῦπεραγαθότητι, quae vox Deum ipsum designat. CAPPERONN.

Pag. 1096, 10. Ἀσχετῶς] Sinè ulla proportione. Ita vocem hanc Dionysii explicant Sanctus Maximus et Pachymeres in suis scholiis. Haec sunt eorum verba, οὐδενὶ γὰρ λόγῳ, κ. λ. ἔχει τὸ θεῖον τὴν πρὸς τὰ ὄντα σχέσιν τε καὶ κοινωνίαν, id est, nulla enim ratione etc. Divinitas habitudinem aut communionem cum caeteris entibus habet. CAPPERONN.

Pag. 1098, 2. Πλήρη πεπαιδευμένοις ὄντα] Textum intelligo quasi scripsisset Gregoras, τὰ τοῦ Διονυσίου κεκοικῶς πλήρη ὄντα τοῖς πεπαιδευμένοις. Erit, fateor, enallage quaedam, seu ἀντίπτωσις [positio unius casus pro altero] sed quae nec ipsi Platoni, quem

Gregoras in verborum structura nonnunquam imitari conatur, insolita est. CAPPERONN.

Pag. 1100, 21, Ὁ Πλατωνικός Πρόκλος] Procl. Institut. Theologic. lib. VII. cap. 24. Locum hunc Procli laudavit Gregoras libro etiam 36. Histor. Rom. qui liber sextus est inter dogmaticos eiusdem Gregorae tractatus. CAPPERONN.

Pag. 1102, 9. Πανταχῆ ἐστὶν ὀλικῶς καὶ οὐδαμοῦ] Celebre est Philosopho-Theologorum axioma: *Quod ubique est, nullibi est; intellige, in nullo definite aut circumscripte loco ita ut alibi quoque non reperiatur.* CAPPERONN.

Pag. 1102, 10. Μετέχεται ἀμεθέκτως] Haec breviter simul et apposite sanctus Maximus explanat scholiis ad cap. II. lib. de div. nom. sect. 5. τὸ κατ' οὐσίαν μὲν ἢ θεότης οὐ μετέχεται· μεθεκτὴ δέ ἐστιν ἐν τῷ ἐξ αὐτῆς εἶναι τὰ πάντα καὶ ὑπ' αὐτῆς συνέχεσθαι εἰς τὸ εἶναι. Id est, *secundum substantiam quidem divinitas non participatur, sed est participabilis quatenus ab ea existunt omnia et ab ea continentur atque conservantur ut sint.* Idem fere habet paulo post auctor ipse libri de div. nom. seu potius ipsemet sanctus Maximus, ut mox annotabo. CAPPERONN.

Pag. 1104, 6. Μεθεκτός μὲν ὁ θεός] Locum hunc in vulgatis Dionysii reperire non potui. Et sane sancto Maximo sententiam hanc tribuit Corderius in notis ad Dionys. de div. nomin. cap. II. sect. 5. ubi eam ad verbum ut hic iacet describit, et sic habet: *Adhuc idem (loquitur de sancto Maximo) in iis quae in dogmatica ranopia feruntur, participabilis est Deus secundum etc.* CAPPERONN.

Pag. 1104, 11. Οἱ ἐνοειδεῖς] Vide notam ad pag. 687. C. CAPPERONN.

Pag. 1104, 15. Παλαμναίαν] Alludit auctor ad nomen τοῦ Παλαμᾶ, affline τῷ Παλαμναίῳ, quod sceleratum significat: hanc autem allusionem quia exprimere non potest Latina versio, ipsius Palamae nomen inserui. CAPPERONN.

Pag. 1105, 9. Ἡ ὅτε πράξει κ. τ. λ.] *Quae cum fecerit [malum] etc. in vulgata Latina sic habetur. Quae comedit, et tergens os suum dicit: non sum operata malum.* Huic interpretationi consonat Hebraica lectio. CAPPERONN.

Pag. 1105, 10. Φησὶ Σολομών] Proverb. cap. XXX. v. 20. CAPPERONN.

Pag. 1105, 14. Οὐδεὶς γὰρ κ. τ. λ.] Exod. XXXIII. 20. CAPPERONN.

Pag. 1105, 19. Παρὰ τὰς ἐπ' ἀλέα λέσχας] Ex Hesiodi oper. et dieb. vers. 491. πὰρ δ' ἴθι χάλκειον θῶκον καὶ ἐπ' ἀλέα λέσχην. Hoc est *praeteri aeneam sedem (seu officinas ferrarias) et confabulationes quae calidis in locis habentur.* Quidam non obstante metro legunt ἐπ' ἀλέα id est *propter teporem, seu teporis captandi gratia.* Ita Eustathius. Guilelmus Canterus una voce legit ἐπαλέα.

Caeterum λέσχαι dicebantur olim philosophorum conventicula. Deinde quia inter ipsos plerumque levissimis de rebus agitabatur, factum est ut mendicorum et vulgi conventus etiam hoc nomine vocarentur, atque inde etiam ipsae nugae λέσχαι dictae fuerunt. CAPPERONN.

Pag. 1105, 19. *Εἰς τὰς Διὸς καὶ Σεμέλης κ. λ.*] De hac fabula vide quae habet Ovidius *Metamorphos.* lib. III. CAPPERONN.

Pag. 1107, 1. *Λέγων*] Plato in *Timaeo* tom. III. pag. 41. edit. Ioan. Serran. CAPPERONN.

Pag. 1108, 2. *Λοκροῖς Ἐπιζεφυροῖσι*] Ita dicti sunt a promontorio Zephyrio, quod erat in Magna Graecia. Vide Strabon. *Geographicon* lib. VI. pag. 176. CAPPERONN.

Pag. 1108, 5. *Περὶ αὐτοῦ καταλέγει*] Plutarch. in *Numa* pag. 65. edit. 1624. ubi paulo fusius haec referuntur. CAPPERONN.

Pag. 1108, 7. *Οὔτε γὰρ ἐκεῖνος*] *Nec enim ille* [*Pythagoras*]. Hoc videtur esse contra grammaticae leges, ut ἐκεῖνος referatur ad subiectum proximum: non est tamen: nam re ipsa Pythagoras consideratur hic ut antiquior et a narratione remotior. CAPPERONN.

Pag. 1108, 18. *Εἰς τὴν ὑπ' οὐρανὸν κ. λ.*] Difficilis et intricatus mihi visus est locus iste. Pro ὑπὸ, legi ὑπέρ. Forsan legendum ἐπουράνιον, quod apud Platon. *Apolog. Socrat.* significat *supra coelos positum*, aut ὑπερουράνιον eodem sensu. Alia quoque huius loci potest interpretatio afferri hunc in modum: at Palamas, cum se principii expertem et nulli imperio subditum lege inusitata constituisset, rebus sub coelo positis hanc potestatem tribuit, ut increata fieri possint quaecunque in aëre, terra, et aquis, entium genera consistunt. CAPPERONN.

Pag. 1108, 20. *Τῆς ἀναίσθησις τῶν ἐπομένων*] Sic postea φεῦ τῆς τῶν ἐπομένων εὐηθείας. Sed saepe Graeci subintelligunt φεῦ et ᾠ. Dicunt τῆς τύχης! *O qualem fortunam!* etc. CAPPERONN.

Pag. 1109, 6. *Τὸ τῆς Λαμίας*] De Lamiis duplex occurrit locus in sacrarum Scripturarum versione vulgata. Alter *Isai.* 34. *ibi cubavit Lamia.* Hebr. לַיִלִּי quod vertunt οἱ LXX. *ὄνοκένταυροι.* *Symmach.* λαμίαι, alii *strix.* Alter est *Ierem. Threnor.* 4. *Lamiae nudaverunt mammas.* Hebr. גַּנְנָה quod οἱ LXX. vertunt *δράκοντες*, alii *cetos*, alii *serpentes*, et sane hoc nomine monstrosus quoddam animal designari omnes fatentur. De iisdem Lamiis plura narrant profani scriptores. Plutarchus initio libri de curiositate, ἐν τῷ μύθῳ τὴν Λαμίαν λέγουσιν οἴκοι μὲν εὔδειν [male in editis ἄδειν] τυφλὴν, ἐν ἀγγείῳ τινὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχουσιν ἀποκειμένους· ἔξω δὲ προϊούσαν περιτίθεσθαι [male in editis ἀποτίθεσθαι], καὶ βλέπειν. Hoc est, in fabulis fertur Lamiam domi quidem dormire caecam, oculis in quodam vasculo repositis, at foris egressam, suos sibi oculos inserere, et videre. Philostratus de vita Apollonii Tyanæi lib. IV. cap. 8. λαμίας inter τὰ φάσματα, id est *spectra* numerat. Ibi quippe dicit, Menippi cuiusdam sponsam fuisse unam

Empusarum, quas Lamias et Larvas, seu Lemures vulgus esse ducit: eas ad amorem pronas esse, et humanas praesertim carnes appetere. Porro cum Apollonius Tyanaeus istam Menippi sponsam interrogasset, et acrius instando torsisset, fassam esse merum se spectrum esse, et Empusam, et Menippi corpore voluisse satiari. Duris Samius Libycorum lib. II. narrat Lamiam fuisse mulierem pulchram: quum Iupiter rem cum ea habuisset, a Iunone zelotypa adactam ad prolem necandam: ex hoc moerore factam deformem, aliarum pueros rapuisse et interfecisse: eam Iunonis ob iram noctes diesque insomnes duxisse, ut eo maiore esset in luctu; Iovis vero miseratione exemptiles tandem nactam oculos, quos pro libito modo tolleret, modo apponere posset, ab eodem obtinuisse ut in quam vellet, se mutaret formam. Testis scholiastes Aristophanis, qui Beli et Libyae fuisse filiam ait. Alii alia insuper narrant. Vide si lubet Diodorum Siculum lib. XX. Pausaniam in Phocicis etc. CAPPERONN.

Pag. 1109, 22. Θεῖος Γρηγόριος] Gregor. Nyss. lib. II. contra Eunom. tom. II. pag. 473. CAPPERONN.

Pag. 1110, 2. Οὐκοῦν τοῦ ἀνυπάρκτου εἶπεν ὁμοίωμα] Itaque rei non existentis imaginem et similitudinem ipsum [Christum] esse dixit. Scilicet paulo supra dixerat Eunomius apud S. Gregorium loco citato, νόσ ἐστὶν εἰκὼν καὶ σφραγὶς τῆς τοῦ παντοκράτορος ἐνεργείας. Filius est imago et sigillum operationis [Dei] qui est omnipotens. CAPPERONN.

Pag. 1111, 1. Γρηγορίῳ τῷ θεολόγῳ] Gregor. Nazianzen. orat. 42. in Pascha pag. 692. CAPPERONN.

Pag. 1111, 4. Καὶ πάλιν] Idem orat. 42. in novam Dominicam. CAPPERONN.

Pag. 1112, 9. Ὅσα τὸ πρότερον ἔτος] Anno proxime elapso. Gregoras Acta Synodi Palamiticae et suam hanc cum Cabasila disputationem descripsit anno Christi MCCCLII. mensibus Iulio et Augusto. Libros Antirrheticos, priores quidem, condiderat antequam Cantacuzenus occupato Byzantio rerum potiretur, hoc est, ante ann. MCCCLVII. posteriores vero non edidit, nisi anno demum MCCCLIII. ut in eius Vita dictum est. Itaque hoc loco τὸ πρότερον ἔτος, quo significat editos a se libros Antirrheticos, non potest esse *annus proxime elapsus*: nisi Antirrheticos priores semel quidem ante ann. MCCCLVII. iterum autem ann. MCCCLI. editos ponamus: id quo minus verum puto. Malium igitur τὸ πρότερον ἔτος interpretari *primo* vel *priore anno*, ut intelligatur annus primus susceptae adversus Palamam disputationis, non autem novissimus, seu proxime elapsus. Sic idem Gregoras Hist. lib. XXI. pag. 625. Ε. προτεράειαν vocat eum diem, qui primus fuit, non qui proxime praecessit. Vide notas ad eam paginam, ubi et simile aliud exemplum affertur. BOIVIN.

Pag. 1112, 17. Ὁ προφήτης] Isai. XI. CAPPERONN.

Pag. 1113, 7. Τῶν κατὰ διαίρεσιν χαρισμάτων] *E gratis gratuitis, quas Deus diversimode distribuit.* Sic vocant theologi ea externa Dei dona, quae potius ad caeterorum utilitatem dantur, quam ad emolumentum illius in quem conferuntur; ut dona miraculorum, linguarum etc. CAPPERONN.

Pag. 1114, 7. Ἡ σὺ κάκεινα ἐν καὶ ταῦτόν ἐρεῖς τῇ τοῦ θεοῦ οὐσίᾳ] Videtur hic Palamas impigisse in eum errorem, qui abbati Ioachimo tributus est, et in Concilio Lateran. IV. sub Innocent. III. anno Domini 1215. damnatus: quod nempe tres personae divinae, non tantum inter se, sed et ab essentia divina realiter distinguerentur. Hoc autem catholicae fidei maxime adversatur. Nam in hoc praecipue stat sanctissimae Trinitatis mysterium, quod una sit omnino natura, et tres personae realiter distinctae: quae tamen ab unica illa natura realiter non distinguantur. CAPPERONN.

Pag. 1114, 10. Ἄς ὁ προφήτης] Isai. XI. CAPPERONN.

Pag. 1114, 13. Ὁ κρίνων πᾶσαν κ. τ. λ.] Genes. 18. CAPPERONN.

Pag. 1115, 2. Τὸ ἀπὸ καταβολῆς κόσμου ἡτοιμασμένον] Alludit Palamas ad Matth. cap. XXV. *Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi.* CAPPERONN.

Pag. 1115, 7. Περὶ τῆς θείας μεταλήψεως] Ita Graeci vocant sacrae Eucharistiae sumptionem: quia ut belle habet S. Ioan. Damasc. lib. IV. orthodox. fid. δι' αὐτῆς τῆς Ἰησοῦ θεότητος μεταλαμβάνομεν, *per eam Christi divinitatis participes efficimur.* Differunt autem apud Graecos interdum *μετάληψις* et *μετάδοσις*. Quippe *μετάληψιν* vocant sanguinis, *μετάδοσιν* vero corporis dominici communionem. Unde in imaginibus quae depingi solent in sacri altaris conchis, Christus effingitur sacrae mensae assidens manibus in crucem decussatis: dextra quidem, cui vox *μετάληψις* inscripta est, calicem; sinistra, ubi vox alia *μετάδοσις* legitur, panem sanctum porrigens. Hinc in liturgia, Chrysostomi nomine inscripta, *μετάδος μοι δέσποτα τὸ τιμιον καὶ τὸ ἅγιον σῶμα τοῦ Κυρίου, Domine impertire mihi honorabile ac sanctum domini corpus.* Et postea, *καὶ μετὰ μετάληψιν σπογγίζει τῷ καλύμματι τὸ ἅγιον ποτήριον, et post participationem [sacri sanguinis] abstergit velamine sanctum calicem.* *μετάληψις* sumitur etiam de perceptione τοῦ Ἀντιδώρου, seu panis benedicti. Pachymer. lib. V. cap. 8. ἐν μεταλήψει δὲ θείου ἄρτου ὃν Ἀντίδωρον λέγουσι, *in perceptione divini panis quem vocant ἀντίδωρον, id est, Eucharistiae supplementum:* denique de perceptione aquae benedictae, Eucholog. Allatian. πάντων δὲ μεταλαμβάνομένων καὶ ἀγιαζομένων ἐκ τοῦ ἀγιασμάτων. *Cum omnes participarent aquam benedictam eaque sanctificarentur.* CAPPERONN.

Pag. 1115, 20. Πᾶσι τοῖς ἄλλοις λόγοις, ὑπὲρ ἑξήκοντα οὔσι] *Caeteris orationibus, quas plus sexaginta scripsit.* Palamas orationes scripsit multo plures quam sexaginta. Exstant in uno Codice Regio (is est Codex 2404.) Homiliae variaque eius opuscula

plus septuaginta. Exstant et in aliis Codicibus non pauca alia. Gregoras hoc loco de Palamae orationibus iis tantum loqui videtur, quae de rebus controversis scriptae erant. Earum multas continet Codex Regius 2409. In iis sunt: I. *Libri contra Acindynum decem continui*; qui omnes, exceptis tribus, ἀντιβόητικοί inscribuntur. II. Libri duo Apologetici: primus *περὶ θείων ἐνεργειῶν καὶ τῆς κατ' αὐτὰς μεθέξεως*. Secundus *περὶ θείας καὶ θειοποιῦ μεθέξεως, ἢ περὶ τῆς θείας καὶ ὑπερφουῦς ἀπλότητος*. III. Liber singularis, ὅτι Βαβλαὰμ καὶ Ἀκίνδυνός εἰσιν οἱ διχοτομοῦντες κακῶς ὄντως καὶ ἀθέως εἰς δύο ἀνίσους θεότητας τὴν μίαν. IV. Dialogi duo. Primus *Orthodoxi cum Barlaamita*. Secundus *Theophanis Orthodoxi cum Theotimo ex Barlaamita*. V. *Refutatio eorum quae Acindynus contra Palamam scripserat*. In hoc opusculo proponuntur primum Palamae verba; deinde ea quae Acindynus contra obiecit; tum denique ea quae Palamas contra reposuit. VI. *Epistolae* seu potius *Orationes dogmaticae, Apologeticae et Antirrheticae variae ad varios*. Continet praeterea idem Codex *Delectum testimoniorum ex S. Scriptura et ex Patrum libris excerptorum et in Capita seu Hypotheses sexdecim distributorum*: item narrationem disputationis coram imperatore inter Palamam et Gregoram habitae in Palatio: nec non iambicum poema contra Acindynum: quae omnia vel Palamas ipse, vel insignis aliquis Palamita, elucubravit. In Codice 2404. duae sunt homiliae de re controversa, nempe *de Thabori lumine*, quod et increatum et a substantia divina diversum Palamas statuit. In Codice 2432. Gregorio Palamae, tanquam auctori, tribuuntur *Capita CL physica, theologica, moralia et practica contra Barlaamiticis errores*: item *interrogationes et responsiones, de iis qui propriam mentem intra corpus conantur perspicere, an recte agant*. Vide *Historiam Litterariam Guil. Cave. Partis II, pag. 507. et 508*. Omitto quae in aliis Codicibus Regiis sparsa et disiecta reperire est. Asservantur in Bibliotheca Seguieriana tres tomi Operum Gregorii Palamae. Sed ad eam Bibliothecam aditus non patet. BOIVIN.

Pag. 1116, 21. Τρεῖς τῆς θείας φύσεως ὑποστάσεις διαφορῶς εἶναι νομοθετεῖ] *Tres divinae naturae hypostases [a divina substantia] distinctas esse statuit*. Ita intelligendum esse Gregoram patet, tum quia non posset Palamae simpliciter exprobrare divinarum hypostaseon pluralitatem, et distinctionem; tum quia supra Palamas negabat, τὰ ὑποστατικὰ τῆς ἀνωτάτω Τριάδος ἓν καὶ τὸν εἶναι τῆ τοῦ θεοῦ οὐσίᾳ, *supremae Trinitatis personas esse unum et idem cum Dei substantia*. CAPPERONN.

Pag. 1121, 2. Ὡν ὁ προφήτης] Isai. XI. CAPPERONN.

Pag. 1121, 10. Πορευθέντες μαθητεύσατε κ. τ. λ.] Matth. XXVIII. CAPPERONN.

Pag. 1121, 19. Μάξιμος τάδε διέξεισι] Locus est tom. I. edit. Combefis. in scholiis ad 54. quaestion. in sacram Scripturam. Porro scholia ista sunt ipsiusmet sancti Maximi, qui ea prolixioris

explicationis causa subiunxit, ut ipse de se testatur praefatione scholiis praefixa, quam habes tom. I. pag. 13. CAPPERONN.

Pag. 1121, 21. Καὶ ἐπαναπαύσεται κ. τ. λ.] Isai. XI. CAPPERONN.

Ibidem. Ἐπὶ πνεύματα] *Septem spiritus.* Sex tantum sunt in Hebraico textu. Nam יהוה יראתו *timor Domini* bis reperitur; nempe versibus 2. et 3. licet has voces modo per *pietatem*, modo per *timorem Domini* verterint οἱ LXX. et Latinus interpres. Hebraeis itaque spiritus pietatis et timoris Domini unicus est, qui iisdem vocibus יהוה יראתו designatur. Sed ut a Grotio annotatum est, divinus ille spiritus crevit in Christianismo: ideo in septem iam diu a theologis Christianis distribuitur, forsan ex Apocalyps. I. v. 4. *gratia vobis et pax ab eo qui est et qui erat et qui venturus est, et a septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt;* quanquam fateatur Grotius ex multorum interpretum sententia, hic a sancto Ioanne angelos designari; quia receptum est apud Hebraeos, septem esse maximos angelos qui Deo adstant, nempe quomodo septem principes adstabant regi Persarum, quae aula quia erat magnificentissima, ideo ad eius formam Dei aulam formabant veteres Hebraei. CAPPERONN.

Pag. 1121, 23. Πνεῦμα ἐπιστήμης] Apud τοὺς LXX. legitur εὐσεβείας. Apud Latin. vulgat. *pietatis*, rectius. Hinc laboravit sanctus Maximus ut exponeret diversas proprietates γνώσεως et ἐπιστήμης, *cognitionis et scientiae.* CAPPERONN.

Pag. 1122, 13. Τῆς γραφῆς ὁ λόγος] Psalm. CX. Eccles. I. CAPPERONN.

Pag. 1123, 8. Ἐὰν ἦ τις πρῶτος κ. τ. λ.] Matth. XI. CAPPERONN.

Pag. 1123, 21. Συνάδει Βασιλείος] S. Basil. in cap. IV. Isa. tom. I. pag. 929. CAPPERONN.

Pag. 1124, 5. Πνεῦμα σοφίας κ. τ. λ.] Isai. XI. v. 2. et 4. CAPPERONN.

Pag. 1124, 7. Οὐκ ἔχοντα κ. τ. λ.] Psalm. XIII. CAPPERONN.

Pag. 1124, 8. Τοῦ κατὰ τὸν Κύριον ἀνθρώπου] Sic Origenes, quem magni faciebat S. Basilius, Christum saepe vocat, maxime libris contra Celsum. Nihil ibi frequentius ea locutione, ὁ κατὰ Ἰησοῦν ἀνθρώπος, id est, *Christus homo, Christi humanitas.* Nec ad Nestorianismum vergit haec loquendi formula, si recte perpendatur. Nam Graece dicunt etiam, ὁ κατὰ μὲ λόγος, pro ἐμὸς λόγος. Itaque ὁ κατὰ Ἰησοῦν ἀνθρώπος est *ipse Christus homo, Christi humanitas.* Unde hac phrasi non prorsus inepte divini Verbi cum humana natura unitio exprimitur. CAPPERONN.

Pag. 1124, 11. Καὶ οἶονεὶ ὄνειδος κ. τ. λ.] Psalm. XIII. CAPPERONN.

Pag. 1124, 20. Ἀθανάσιος] Athanas. Epist. I. ad Serapion. tom. I. CAPPERONN.

Pag. 1125, 1. Ἐγὼ στερεῶν βροντῆν καὶ κτίζων πνεῦμα] In Hebraeo textu legitur יוצר הרים id est *formans montes*, ut et vulgatus interpres Latinus vertit. Doctissimus Drusius recte coniicit τοὺς I. XX. pro הרים id est *montes*, legisse הרתו hoc est *tonitru*, sicut mox ibidem pro מה-שהו id est *quae sit cogitatio eius*, legerunt coniunctim משהו quod vertunt τὸν Χριστὸν αὐτοῦ, *Christum eius*.
CAPPERONN.

Pag. 1126, 11. Τοῦ υἱοῦ ὄντος κ. τ. λ.] Roman. 8. Isai. XI. Ioh. XVIII. 1. Cor. I. et II. CAPPERONN.

Pag. 1126, 15. Καὶ Γρηγορίου] Gregor. Nazianz. orat. XXXVII. quae est postrema de theologia et inscribitur de Spiritu sancto. CAPPERONN.

Pag. 1126, 18. Ἐγὼ φρίττω, κ. τ. λ.] I. Cor. I. Sap. I. Roman. VIII. Ioh. IV. 2. Cor. III. Isai. XI. CAPPERONN.

Pag. 1127, 8. Οὐ μόνον ἐπὶ τοῦ θείου πνεύματος ὀνόματα] Et sane permulta ibi sanctus Gregorius recenset sancti Spiritus nomina et attributa, quae praesertim sacris e Scripturis excerpserit. In ea ipsa duntaxat pagina, unde testimonium hic laudatum sumpsit Gregoras, septuaginta duo numeravi sancti Spiritus nomina, quae legere poteris tom. I, pag. 610. edit. Bill. CAPPERONN.

Pag. 1128, 13. Ἐν εὐαγγελίοις κ. τ. λ.] Luc. XI. Matth. XII. CAPPERONN.

Pag. 1129, 15. Λέγοντος] Luc. XII. v. 10. CAPPERONN.

Pag. 1129, 19. Ἐν Βεελζεβούλ] Ita Graeci pro *Beelzebub* constanter legunt Βεελζεβούλ, quam scripturam retinendam esse censet eruditissimus Drusius tantisper dum quis probaverit eam a scribis corruptam fuisse, et non ab usu, et vulgo. Nam si ab usu est illius temporis, et Evangelistae eam retinuerunt, cur nos mutabimus? Caeterum *Beelzebub* est ab Hebraeo בעלזבוב, quod significat *Dominum muscarum*: et est nomen idoli Accaronitarum, de quo IV. Reg. cap. I. Hoc nomen Israëlitae postmodum in contemptum huius idoli dabant daemoniorum principi, ut patet Matth. X. et XII. CAPPERONN.

Pag. 1132, 8. Τὸ δὲ συνδοξάζον τῷ λόγῳ τὴν κτίσιν] *A quo aequae atque a Verbo creatura glorificatur*, id est, *ad gloriam evehitur*. In editionibus Athanasii veter. et nov. legitur *συνάπτον*, sensu minus commodo. Nam ex Athanasii sententia Spiritus sanctus creaturas Verbo non coniungit, sed Spiritus sanctus, simul cum Verbo eas Patri coniungit, seu adducit, *προσάγει*, ut hic habetur. Rectius itaque legitur *συνδοξάζον*, ita ut τῷ λόγῳ *συνδοξάζον τὴν κτίσιν* sit idem quod supra, ἐν τούτῳ [πνεύματι] τὴν κτίσιν ὁ λόγος *δοξάζει*. Editionis novae auctor eruditissimus recte iam annotarat in 4 MSS. Cod. legi *συνδοξάζον*. CAPPERONN.

Pag. 1132, 11. Καὶ πάλιν κ. τ. λ.] Athanas. orat. olim IV. iam III, contra Arianos. CAPPERONN.

Pag. 1132, 12. Ἐκτός ἐστιν οὗτος τῶν βουλήσει γεγονότων]

Verbum est extra numerum eorum, quae libera Dei voluntate facta sunt. Hoc solemne est apud S. Athan. et alios SS. Patres, ut dicant Filium divinum τῆ φύσει genitum esse, non autem θελήματι factum: ita ut τὸ φύσει intelligatur de operatione Dei, ut iam in scholis loquimur, *ad intra*; et τὸ θελήματι de operationibus *ad extra*, non quod Filius sit ἀθέλητος τῷ πατρὶ, καὶ μὴ βουλομένου τοῦ πατρὸς, id est, praeter voluntatem Patris et nolente Patre; hoc enim diserte negat Athanasius ibidem: sed quod non sit productus in tempore quando Deus primum voluerit, ita ut potuerit nolle. Hoc quippe sensu creaturas duntaxat voluntate Dei factas fuisse docet eodem loco sanctus doctor. CAPPERONN.

Pag. 1132, 14. Καὶ πάλιν κ. τ. λ.] Athanas. orat. olim III. iam II. contra Arianos. CAPPERONN.

Pag. 1134, 6. Ἀθανάσιος] Athanas. orat. olim IV. iam III. in Arianos. CAPPERONN.

Pag. 1134, 9. Σολομῶντι λέγοντι] Proverb. III. v. 19. CAPPERONN.

Pag. 1134, 10. Ἐν ψαλμοῖς] Psalm. CXIII. v. 9. CAPPERONN.

Pag. 1134, 16. Δαβὶδ] Psalm. LXIV. v. 7. Psalm. XCIII. v. 4. CAPPERONN.

Pag. 1135, 18. Ἐν πίθῳ τὴν κεραμεῖαν δρωῶντες] Proverbium est, quod varie simul atque erudite Desiderius Erasm. exponit Chiliad. I. Centur. VI. Proverb. XV. Ipsum consule, si lubet. CAPPERONN.

Pag. 1136, 10. Μήθ' ὄσιον εἶναι πιστεύειν, αἷμα καὶ σῶμα τόν τε οἶνον γίνεσθαι καὶ τὸν ἄρτον ποτὲ τοῦ Χριστοῦ· τύπον γὰρ ταῦτ' εἶναι ἐκείνου, καὶ οὐκ ἐκείνου αὐτόχροσμα] His Palamitarum verbis errorem Sacramentariorum contineri, non omnino negaverim. Verum illorum patrocinio haud scio an suam opinionem tueri velint recentiores haeretici, cum in hanc Palamitarum sententiam tam acriter invehatur Gregoras, eam impietatis ream arguat, et luculentis SS. Patrum testimoniis confodiat. Aliquando, fateor, apud plurimam ecclesiae Graecae partem obtinuit Palamitarum doctrina, ut patet ex Palamitica Synodo: sed nonnisi quod spectat essentiae divinae ab attributis distinctionem, et Thaborici luminis divinitatem: nec enim obtinuit quantum ad illa consecratoria, quae Palamitis exprobrabat Gregoras. Sic verbi gratia Palamitis Iconomachorum errorem saepius obiicit Gregoras: at Palamitas revera Iconomachos fuisse, aut Iconomachorum errorem apud Orientalem ecclesiam tum instauratum et approbatum fuisse, nemo dixerit. CAPPERONN.

Pag. 1136, 19. Ἰωάννης] S. Ioan. Damasc. lib. IV. orthodox. fid. cap. XIV. CAPPERONN.

Pag. 1137, 21. Ἀνωτέρω] Lib. XIX. cap. III. et IV. CAPPERONN.

Pag. 1138, 17. Ἀνωτέρω] Vide lib. XIX. cap. III. et IV. CAPPERONN.

Pag. 1139, 2. Δι' οὗ ἠράσθη πράγματος] *Per id quod valde concupivit.* Alludunt, opinor, ad Christi verba, Lucae cap. XII. v. 15. ἐπιθυμία ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ Πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν προῦ με παθεῖν. *Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum antequam patiar.* CAPPERONN.

Pag. 1139, 3. Ὡς κυρίως καὶ ἀληθῶς σῶμα αὐτοῦ λάβωμεν] *Velut proprie ac vere corpus ipsius accipiamus.* Notanda sunt haec verba, quibus Iconomachi realem Christi praesentiam in Eucharistia videntur admisisse, aut sibi ipsis contradixisse; quod eis exprobrat Nicephorus patriarcha Constantinopolitanus, Antirrhético II. apud quem tamen (ubi Iconomachorum verba refert) deest vocula ὡς, quae hic emollitiva videri possit. Vide clarissimum auctorem Perpetuitatis Fidei circa Eucharist. tom. I. lib. VII. cap. V. CAPPERONN.

Pag. 1139, 14. Ὑπερφυῶς μεταβάλλεται] *Supernaturaliter transmutantur.* Locus hic Theodoro Grapto attributus iacet in fragmento eius operum apud Combefisium libro cui titulus: *Manipulus Originum Constantinopolitanarum.* Idem locus reperitur ad verbum in Nicephoro patriarcha Constantinopolitano (Tarasii successore) Antirrhético II. apud Allatium lib. III. de perpet. consens. cap. XV. ubi plenior describitur: atque hinc etiam possit confirmari, Nicephorum patriarcham auctorem esse illorum operum quae sub Theodori Grapti nomine circumferuntur. CAPPERONN.

Pag. 1140, 28. Ὁ ἄστος, φησὶν] *Panis, inquit S. Gregor. Nyssen.* Locus hic ad verbum non legitur, cap. XXXVII. orationis Catecheticae, ubi de Eucharistiae mysterio agit S. Gregorius: sed in eundem sensum ibidem plurima edisserit sanctus doctor. An vero alium sancti Gregorii librum hic citaverit Gregoras, ut negare non ausim, ita nec affirmare vellem. CAPPERONN.

Pag. 1141, 16. Βοῶντος τοῖς Μανιχαίοις] *Manichaeis clamantem,* seu potius Apollinaristis; ut patet oratione S. Athanasii de incarnatione Christi, ubi in Apollinaristas totus invehitur. Et certe oratio illa inscribitur κατὰ Ἀπολλινάριον, et postea dicit S. Athanasius, Apollinaristas κατὰ τὴν τῶν Μανιχαίων ἀσέβειαν ὑπολαμβάνειν, *Manichaeorum sententiam amplecti.* CAPPERONN.

Pag. 1141, 17. Τοῦ καινοῦ καθ' ὑμᾶς Εὐαγγελίου] *Novi secundum vos Evangelii.* Alludit Gregoras ad solemnes Evangeliorum titulos: κατὰ Ματθαῖον, κατὰ Μάρκον, κατὰ Λουκᾶν. CAPPERONN.

Pag. 1142, 10. Καὶ ἀλλαχοῦ] *Et alibi,* nempe oratione de sanctissima Deipara: sed spurium esse hunc sermonem nemo iam eruditorum non iudicat, cum sole clarior se prodat styli huiusce ab Athanasiano discrepantia. Vide clarissimum et doctissimum auctorem novae editionis τῶν Athanas. tom. II. pag. 389. CAPPERONN.

Ibidem. Οὐχ ὅτι ἐνέργεια παρὰ τοῦ πνεύματος ἐγένετό τις] *Non quod aliqua energia, seu operatio, a sancto Spiritu facta sit* etc. Hic auctor, quisquis sit, non negat incarnationem peractam fuisse divina sancti Spiritus virtute: sed vult hocce mysterium non consistere duntaxat in illa speciali sancti Spiritus operatione: vult insuper ut ipsum Dei Verbum cum humana natura hypostatice seu substantialiter unitum fuerit. Non ergo solummodo specialiter operabatur in Christo divinitas: verum eius humanitati vere coniuncta erat; et hoc iuvare potest, ut catholicae fidei a Nestoriana haeresi discrimen intelligatur. CAPPERONN.

Pag. 1142, 18. [Ὡς νῦν γε] Si legas ὅς νῦν γε, sic vertendum erit: *Arius et Eunomius proferentes eadem cum Palama; qui nunc etiam easdem cum ipsis voces emittens, una cum ipsis eodem gladio iugulatur.* CAPPERONN.

I N D E X

R E R U M , N O M I N U M E T V E R B O R U M

T A M I N N I C E P H O R I H I S T O R I A Q U A M I N A N N O T A T I O N I B U S

M A X I M E M E M O R A B I L I U M

A I O A N N E B O I V I N O C O N F E C T U S .

Numeri sunt paginarum et versuum editionis Bonnensis.

- Abasgi 36, 13.
Ἀβασγοῖ, Ἀβδηροῖ, Ἀβδειροῖ, Ἀδηλαῖ,
Βηροῖ 1263, 36.
 Abii 31, 7.
 Abraham 1114, 13.
 Absolutionis syngrapha 108, 1.
Ἀβυσσος, adiective 1245, 24.
 Academia 326, 2. 334, 12. 334, 23.
 344, 13. 471, 12. 476, 9. 897, 18.
 Acarnania 658, 10.
 Acarnanes 110, 10. Acarnanum me-
 tropolis 551, 6. obsidetur ab An-
 dronico iuniore 551, 19.
 Acclamations 896, 4. 611, 21.
 Achaia 128, 2. 250, 5. 251, 15. Achaiae
 et Peloponnesi principis uxor vi-
 dua 546, 6. Achaei 114, 20.
 Achelous 110, 14.
 Achilles 938, 20. doloris impatiens
 494, 11.
 Achris 73, 2. patria Iustiniani 1155,
 23.
 Acindynus 906, 9.
 Acroceraunia 110, 13.
 Acronycha lux 619, 15.
 Acropolita 1152, 10. 1153, 8. 1161,
 42. 1161, 35. 1161, 42. 1162, 38.
 1166, 33. 1167, 17. 1168, 11.
 Acta Apostol. 930, 8.
 Actuarius medicus 1258, 24.
 Adamus 367, 19.
Ἀδελῶν μονή. Vide *Monasterium.*
 Adonis 285, 25.
 Adrianopolis 315, 22. 430, 7. 546,
 16. 797, 9. 798, 19. Vide *Orestias.*
 Adrianus imp. 824, 24.
 Aegae 194, 13. 195, 1.
 Aegaeum mare 37, 22. 311, 13. eius
 fauces 766, 15. insulae 98, 16. 285,
 10. 523, 2. 534, 12. 597, 14. 797,
 25. littus 626, 14.
 Aegyptus 323, 9. 348, 10. primum
 sapientiae domicilium 326, 13. Ae-
 gypti imperium divisum, et prin-
 ceptus 392, 20. migratio Israëlitarum
 ex Aegypto 369, 2. Aegyptiorum
 Arabum imperium latissime patens
 102, 17. 106, 23. Aegyptii, effoe-
 minati et imbelles militibus e Scy-
 thia ascitis, Africam et Libyam do-
 mant: Gallos Phoenicia et Syria
 exterminant 101, 20. Aegyptiis mer-
 catoribus navigatio per Bosporum
 temere concessa 101, 22. Aegyptii
 circulatores Constantinopolin ve-
 niunt 348, 6. mira spectacula ab
 iis exhibita 348, 21. 349, 19. 350,
 6. eae artes, ut quaestuosae, ita
 etiam exitiosae artificibus: Byzan-
 tio egressi Europam pervagantur:
 Gades usque penetrant 350, 21.
 Aegypti et Arabiae Sultanus. Vide
Sultanus.
 Aenus, maritimum oppidulum 100, 3.
 101, 3.
 Aeolia 214, 21.

- Aequinoctium verum et proprie dictum 365, 16. 366, 15. 368, 1. tempore mortis Christi 366, 11.
- Aër 930, 22.
- Aerarii penuria 854, 17.
- Aeschylus in Prometh. 383, 2.
- Aesopi Phrygii dictum 814, 24. fabula de lupo et agno 1018, 20. 1034, 15.
- Aestas media, pro vere exeunte 1276, 43.
- Aetherea Palatii aedicula 616, 19.
- Aetolicae res 538, 23. 544, 19.
- Africa ab Aegyptiis domita 102, 17.
- Agamemnon 725, 7.
- Agareni Asiam populantes 304, 17.
- Agathias 1155, 43. 1240, 45.
- Agesilaus Spartanus 124, 18. fugiens 486, 10.
- Alani 422, 19. Vide *Massagetae*.
- Alemani, qui et Galatae occidui 277, 18.
- Alemannus (Nicolaus) 1155, 24. 1156, 1.
- Alexander Magnus 310, 13. 401, 8. 494, 13. 519, 5. 701, 4. 807, 24. 810, 19. Alexandri M. diadema 519, 5.
- Alexander, Mysorum seu Bulgarorum rex, principatum adeptus, Romanos fines vastat: urbes amissas recipit 458, 3. pacem petit ab Andronico iuniore: non impetrat 484, 6. viribus superior, cum Romanis confliat 484, 18. eos fundit fugatque 487, 4. misericordia motus, pacem victis ultro concedit: imperatorem, benigna admonitione castigatum, dimittit 488, 18. socium se adiungit Byzantiis contra Cantacuzenum 708, 5. Vide 596, 15. 616, 3.
- Alexandri Mysorum principis filio uxor datur Andronici iunioris filia 546, 18.
- Alexandria Aegypti 102, 8. 216, 12. 392, 22.
- Alexandrinus patriarcha. Vide *Athanasius*.
- Alexius. Vide *Angelus*, *Apocaucus*, *Comnenus*, *Lascaris*, *Palaeologus*, *Philanthropenus*, *Strategopulus*.
- Allage, loci nomen 150, 4. 1181, 42.
- Allatius (Leo) 1155, 21. 1159, 13. 1160, 32. 1175, 39. 1176, 16. 1186, 14. 1187, 11. 1216, 27. 1161, 35. 1175, 43. 1192, 15. 1234, 19. 1263, 1. 1285, 9. 1289, 44. tempora confundit 1249, 15. Allatii indignatio in recentiorum Graecorum poësin 1226, 28. Allatii Euchologium 1817, 40.
- Allusio ad verba Scripturae 1311, 20. 1314, 29. 1317, 18. 1322, 4. ad nomen Palamae 1314, 29.
- Almansurus (Nuraddinus) 1171, 23.
- Almugavari 220, 9. 1201, 30.
- Alpes 102, 24. 240, 1. 286, 19. superatae ab Hannibale 91, 5.
- Amagabari. Vide *Almugavari*.
- Amazones 34, 2.
- Ἀμείβειν 1256, 19.
- Ἀμουρηνίς, Amorabakin, Amourabaquin etc. 1178, 17. 1274, 10.
- Amos 1125, 1.
- Amphipolis 457, 14. 626, 19.
- Amurius Satrapa Melecum Azatinae filium vincit 137, 13. Amurii liberi a Sangario ad Paphlagoniam dominantur 214, 23.
- Amurius, Lydiae et Ioniae princeps, reliquis Satrapis potentior: maris imperio potitur 597, 11. Cantacuzeni amicus fidelissimus 597, 21. eum defensurus magnam classem apparat: eodem iubente domi remanet 598, 9. 598, 14. media hieme Hellespontum traicit, illum quaesiturus: Irenen imperatricem non adit, ne dolorem conspectu augeat 648, 9. acre et vehemens amici desiderium verbis declarat: mira in homine barbaro humanitas 649, 13. utri prima laus tribuenda, Cantacuzeno an Amurio 650, 4. de amico sollicitus, oblata ab Irene cibaria et vestimenta repudiat 650, 22. eandem in summas angustias adductam consolatur 651, 9. hieme exercitum infestante, domum redit 652, 3. Thessalonicam vi expugnandam censet 676, 7. Cantacuzenum reprehendit 677, 1. a Byzantiis pecuniam accipit: in Asiam traicit, brevi rediturus 694, 10. Latina classis ad Smyrnam appulsa eum detinet 708, 6. idem in Thraciam redit: Byzantium usque progreditur cum Cantacuzeno: urbis aspectu obstupescit 726, 24. cum copiis mare transmissurus, Smyrnaeam Latinarum arcem it expugnatum: missili telo occisus cadit 834, 14. Vide 661, 8. 666, 17. 672, 3. Amurii milites alii domum redeunt,

alii Cantacuzenum sequuntur 667, 10.
 Anacharsidis apophthegma 613, 22.
 Anagnosta (Ioannes) 1299, 37.
 Ἀνακλυπτῆρια θύειν 1269, 23. 1294, 44.
 Anastasii quaestiones 1300, 2.
 Anathematizati ab episcopis Cantacuzeniani 832, 5.
 Anathematismi in Palamam pronuntiat a Ioanne patriarcha debent valere 923, 5.
 Anaxagoras 336, 16.
 Anchialus 487, 21.
 S. Andreas. Vide *Monasterium*.
 Andronicus imp. (is qui Senior dictus est) receptam ex Latinis Urbem bimulus ingreditur 87, 13. uxorem ducit Annam (Hungaram) 167, 22. imperii insignibus ornatur: iusiurandum praestat et accipit: eius nomen edictis subscriptum 109, 7. Tralles instaurat 142, 14. patris cadaver sine honore sepeliendum curat 153, 2. patri succedit: imperii initia turbulenta 158, 1. aequitas 162, 17. viduus uxorem petit ab Hispanorum rege: Irene ei datur, idque inconsulto Papa 167, 24. paterni sceleris vindictam timet: Lascarem coecum invisit: in Orientem abit 173, 5. quinam ei auctores fuerint, ne sumptum faceret in classem 174, 10. Constantinum Porphyrogenitum fratrem suspectum habet; quasnam ob causas 187, 3. in Asiam transit: Porphyrogenitum in carcerem coniicit; item eius amicos 190, 15. Romanis diffusus, ad auxilia externa se convertit; quanto rei Romanae damno 205, 3. Athanasium in sedem patriarchalem restituendum censet 215, 9. plurimi refragantur: quidam obtemperant 216, 2. illum Chrysostomo aequiparat 216, 18. uxores duas habuit, liberos sex 234, 7. uxoris Irenes petitioni refragatur 234, 16. lenis et miti ingenio 237, 3. Christophopolitanas angustias munit: milites describi curat, Catalanis opponendos 246, 7. mercenarios milites peregre accire statuit: a Crale genero auxilium petit 263, 10. accipit ab eo et a Latinis 263, 10. 268, 3. triremibus obstructo Hellesponto,

cavet ne auxilia barbaris ex Asia submittantur ibid. mavult vetera aedificia instaurare quam nova extruere: eius modestia laudata 273, 24. templa ab eo restituta: opera alia publica 274, 22. Andronicum nepotem caeteris omnibus praefert: apud se educat 283, 13. de Manuelis occisi morte moeret gravissime 286, 8. nepotem iudicio publico reum agere constituit 302, 23. eius cum Metochita de ea re deliberatio 303, 4. Pontifices convocat: nepotem arcessit: paternis verbis obiurgat: iusiurandum dat et accipit 312, 16. indignantis exclamatio: anxietas: deliberatio de nepote comprehendendo 315, 2. legatos ad eum mittit 320, 7. cum ipso paciscitur 321, 1. Aula studiis bonarum artium floret 327, 1. imperatoris sapientia; eloquentia 328, 9. benevolentia erga Gregoram 339, 22. consulto Psalterio pacem spectat 358, 9. colloquitur cum nepote; reconciliatur 359, 4. consilium Gregorae de die Paschali constituendo probat: rem aggredi metuit 372, 19. equo deiicitur 373, 17. de nepotis consilii per transfugam certior factus 393, 2. urbis aditu ei interdicat: multa crimina obiicit 393, 21. litteris ad Cralem et ad Demetrium Despotam scriptis, copias cogi et urbes praesidiis firmari iubet: ab ipso filio Theodoro Marchione proditur 394, 17. suorum perfidia irritatus, animum patriarchae Esaiiae explorare statuit; item aliorum pontificum 304, 10. 402, 10. oratione coram iis habita, rationem affert cur imperium non abdicet; nepotem notat; poenis ecclesiasticis coercendum censet 403, 12. acerbe conqueritur de patriarcha, qui nepoti faveat 405, 13. belli pertaesus, inita cum Bulgaro societate, animum erigit 411, 10. victo ad Mauropotam exercitu (415, 8.) a nepote exorari non potest 418, 5. bis praemonitus, cavendum censet 420, 8. valde anxius; nepotis adventu cognito, ad imaginem Deiparae confugit 422, 12. nepoti supplicat miserabiliter: ab eo benigne tractatur 423, 15. sola imperii insignia

retinet: annuus reditus ei assignatus 428, 15. utroque oculo captus, omnibus ludibrio est 431, 14. Synadeno instante habitum et nomen invitus mutat 441, 20. dictus *Antonius Monachus* 442, 5. 444, 12. 446, 5. suam sortem deflet: in patriarcham invehitur 443, 2. ad eius interrogata nihil respondet 444, 15. de eius nomine in ecclesia commemorando quid patriarcha decreverit 442, 15. 446, 3. Synadeni minis territus, imperium eiurat: scriptam formulam ut consignaverit ibid. pota aqua frigida, subito morbo corripitur: peccata precibus et lacrymis expiat: sacris mysteriis destitutus, Deiparae imaginem ori suo admovit: expirat 462, 15. ostenta, quae eius obitum praecesserunt 460, 4. corpus eius quonam perlatum: iusta de more persoluta 463, 17. aetas, forma, mores 472, 18. in summa inopia liberalitas, duobus exemplis declarata 473, 6. aes alienum post eius mortem repertum 474, 8. anni vitae, imperii, monarchatus 143, 20. 1244, 19. clementia 201, 16. amor erga nepotem 232, 20. invectiva in historicos maledicos et mendaces 3, 1. statuam Michaelis Archistrategi deiectam restituit 202, 10. partem Thesalici principatus acquisivit 278, 16. multarum urbium et in Europa et in Asia conditor 469, 16. Byzantii instaurator ibid.

Andronici Senioris uxor prima, ex Hungaris oriunda. Vide *Anna*.

Andronicus Iunior uxorem accipit Irenen Alemannam 277, 17. avo dilectus: apud ipsum educatus 283, 13. mores, consilia, ambitio 284, 1. meretricem amat: rivali insidias struit: Manuel frater pro rivali occiditur 285, 12. Andronicus Cathari nothi apud avum gratia offenditur 294, 20. irarum causa iustior 293, 11. defectionem meditat: consultat cum Syrgianne 298, 21. armatus armatos secum adducit, causam apud avum dicturus: ab avo obiurgatur: iusiurandum dat et accipit 313, 13. pro coniuratis, proditos se querentibus, intercedit apud Logothetam: graviter increpatur 313, 18. redit

ad priora consilia 314, 20. fugit 315, 19. legati ad eum missi ab avo 320, 7. pacta cum avo 321, 1. cum Cantacuzeno coniunctissimus 351, 18. prope urbem castra ponit, audita Syrgiannis excursionem territus fugit 353, 20. Synadenum Syrgianni opponit: Despotam edictis terret: rumores spargit de avi nece: Despotam captivum corpore suo protegit 356, 6. pacis cupidus, cum matre deliberat 359, 1. colloquitur et reconciliatur cum avo 359, 4. coronatur 373, 14. mortua Irene Alemanna, Annam Longobardam uxorem ducit 383, 23. cum Turcis naufragis in Chersoneso pugnans vulneratur 384, 3. eius factio Senioreem tollere e medio statuit 390, 1. Iunior Seniori insidiatur: pecuniam per vim a publicanis auferit: Thraciae urbes sibi mancipat: Byzantium multis comitantibus proficiscitur; quo praetextu 392, 6. excluditur: variorum criminum accusatur ab avo: in quibus anicae Cralaenae pudicitia attentata 394, 5. omnium animi in eum propensiores 395, 18. magnificis promissis multos sibi devincit: petit ut sibi liceat Byzantium ingredi; aut ut idonei internuntii ad se mittantur: mittuntur ex omnibus ordinibus delecti 397, 17. oratione artificiosa se ipsum apud eos commendat: avum insectatur: causam rebellionis probabilem affert: crimina obiecta diluit: postulata sua exponit 398, 13. eius blanditiis corrupti internuntii Byzantium redeunt: ei apud omnes aperte patrocinantur 402, 20. ad urbis moenia accedit: ab ingressu contumeliose arcetur 407, 23. quidam ex populo operam ei suam promittunt: navicula conscensa aditus omnes vestigat: re infecta discedit 408, 10. a Thessalonicensibus clam evocatus, Protostratorem Byzantio insidiari iubet: Thessalonicam, adversariis dissidentibus, astu occupat: arcem vi expugnat 409, 6. Demetrio et aliis ducibus foede dissipatis, Serrhas in deditionem accipit: caeteris Macedoniae urbibus, item adversariorum liberis, uxoribus, et aliis rebus potitur 410, 17. Praefectos ur-

bium Macedonicarum capit; in carcerem conicit 413, 2. Basilici Niphori fidem ut remuneratus sit 413, 22. Bulgaros antevertere et Byzantium ire properat 415, 14. a Venetis auxilium haud impetrat 416, 7. urbem ingredi frustra conatur: avum exorare non potest 418, 13. cum Bulgaro reconciliatur 419, 1. a duobus urbis custodibus noctu intronmittitur 419, 11. iniuriam avo fieri vetat: suos, ne victoria abutantur, admonet 422, 21. civiles discordias prudentia sua comprimit 426, 10. Michaeli Bulgaro bellum inferenti occurrere statuit: cum eo reconciliatur matris interventu 430, 4. in Asiam transit, Nicaeam obsessam liberaturus: castra apud Philorenen ponit 433, 13. configit cum Orchane: Romani caeduntur: imperator vulneratus (434, 7.) Philorenen ingreditur: Romani consternati effuse fugiunt 435, 18. (vide caetera in *Orchanes*.) Byzantium redit: Deum offensum putat: quibus delictis 436, 16. classem instruit: Martinum Chii rectorem capit, et vinctum Constantinopolin mittit 438, 7. aegrotat, morti proximus cucullum petit: reos carcere educi iubet: ultimam voluntatem dicat: uxori et postumo imperium, Cantacuzeno tutelam relinquit 439, 12. aquam poscit ex sacro Deiparae fonte: qua capiti inspersa convalescit 442, 10. Michaelis Bulgari hortatu bellum Crali infert 454, 7. in Pelagonia castrametatur 454, 20. Bulgaro a Triballis victo, ipse nulla re gesta Byzantium redit 454, 7. Mesembriam et alia (Bulgarorum) oppida invadit 457, 16. annos natus 36. cum obiit avus 474, 11. bellum infert Alexandro Bulgarorum principi: Bulgarorum agros vastat: castella reliqua recuperat 483, 21. impar cum hoste congreditur 484, 18. suos hortatur ad pugnam 485, 14. cruentum praelium 486, 12. Romani effuse fugiunt: in castellum proximum vi irrumpunt: laborant omni parte 487, 4. imperator, consilii inops, spem in Deo collocat, stimulante tamen conscientia 488, 7. benigna admonitione ab Alexandro

castigatus, dimittitur ibid. nato filio, laetus Didymotichum redit: vestem mutat: ludos celebrat 482, 1. ludicris certaminibus se immiscet 482, 18. bellum inferente Syrgianne valde anxius 495, 13. Palatium munus: patriarcham creat Ioan. Aprenum; coniugem et liberos ei commendat 496, 14. in Macedoniam sine exercitu proficiscitur: Romanis omnibus diffidit, praeterquam Cantacuzeno et paucis domesticis: hostem dolo aggredi statuit illustrium virorum exemplo 496, 23. Sphrantzae opera ad eam rem utitur 497, 19. rebus desperatis, fugae subsidia sibi et Sphrantzae providet 500, 6. Syrgianne per dolum occiso, pacem petit a Crale, et obtinet 501, 3. inita cum Latinis adversus Turcos societate, pecunias cogit: classem reparat: Latinorum adventum expectat: navarchum ipse per se agit: Latini inter se dissidentes, expectationem eius frustrantur 524, 15. Galataeorum munitiones incendit: eosdem bellum aperte molientes oppugnare negligit, ad maiora intentus 527, 16. pacem petentibus concedit 528, 14. Mitylenen proficiscitur: naves quinque hostiles comprehendit, et Chium perducit: adiunctis sibi Turcis, Phocaeam obsidet 528, 23. pax facta Rhodiorum interventu: pacis conditiones 531, 2. Byzantium redit cum omni classe: quaestionem habet de coniuratis: eos pro concione convincit: eius clementia lacrymas elicit 532, 8. in Demetrium Despotam inquiri vetat, Cralaenae amicae reverentia adductus: item Gregorae acclamationibus et applausu delinitus: solos Asani filios in custodiam includit, eamque minime duram 533, 1. Mitylenen recuperat, Alexii Philanthropeni astu 534, 6. Turcos in Chersoneso praedantes caedit: ire in Aetoliam parat, oblatum principatum accepturus 538, 4. cum tribus navibus Turcicam classem invadit: captae naves quatuordecim 540, 4. stadiorum XLV iter noctu pedibus emensus, Deiparae Hodegetriae templum ingreditur ad agendas gratias 541,

17. Epirum invasurus, Illyriam vastat: Turcos auxiliares praeda onustos dimittit: Epiri principatu potitur 544, 19. eum Thessalonicae detinet lienis morbus 550, 9. Byzantium venit, infirma admodum valetudine: medicis undecunque accitis, suo arbitrato vivit: morbo splenis ingravescente, Deiparae Hodegetriae templum petit 554, 8. egregiam orationem habet in Synodo contra Barlaamum habita: Gregoram absentem desiderat 558, 17. morbo rursus ingravescente, monasterium Hodegetriae denuo ingreditur: in lethargum incidit: aegre expergefactus, medicos arcessit: ad Gregoram mittit, qui interrogent an astra amica sint: moritur: vitae et imperii tempus 559, 13. 1244, 34. mores et ingenium defuncti principis 565, 13. Romanorum imperatorum instituta neglexit: aves et canes aluit maximis sumptibus 565, 19. Deo fretus, pericula contempsit 566, 13. dignitati suae non satis consuluit 566, 19. pileorum et vestium discrimina sustulit: haec et alia imminentem imperii ruinam portendere credita: Triballorum et Mysorum duces perterrefecit 562, 12. in Thessaliam contra Syrgianem proficiscens, Ioanni patriarchae uxorem et liberos commendavit 579, 6. morbus: in Epirum profectio 583, 5. mandata de tutela et administratione imperii 593, 16. 611, 23. 614, 23. 612, 11. 818, 10. erga Cantacuzenum benevolentia, et gratus animus 581, 20. iudicium de arce Epibatarum et de eius arcis conditore Apocauco 603, 3. commemoratio in sacris per errorem ommissa 879, 9. error postmodum correctus ibid.

Andronicus. Vide *Asanes*, *Cantacuzenus*, *Muzalo*, *Palaeologus*, *Provestiarius*.

Ἀνδροπόρωρα 965, 6.

Anecdota indicata. Vide *Excerpta*.

Angelus, Assyriorum interfector 968, 13.

Angelus.

Alexius imp. Constant. a Marchione Montisferrati capitur: ab eodem dimissus, genero suo Theodoro La-

scari invidet 16, 13. Iathatinem Turcum socium sibi adiungit 17, 10. victus capitur a Lascare 21, 16.

Michael Thessaliam et Epirum invadit 13, 9.

Michael nothus. Vide *Michael*.

Michael Michaelis nothi filius. Vide *Michael*.

Theodorus, Michaeli fratri succedit: imperii sui fines promovet: Thessalonica ipsa potitur, absente Montisferrati Marchione: imperator inauguratur ab archiepiscopo Bulgariae, praeter morem legitimum 25, 23. provincias a Latinis, Bulgariae et Scythiae desolatas, impune pervadit: omnia Byzantium usque vastat: foede grassatur 27, 16. a Ioanne Asane vincitur, capitur, excaecatur 28, 9.

Ioannes, Cantacuzeni imperatoris πρωτεύων, seu *primus consobrinus* 628, 7. 657, 1. iubetur munire oppidum Pamphili 621, 3. comes longinquaee expeditionis a Cantacuzeno susceptae 636, 2. Aetolis et Thessalis praefectus: iubetur primos honores Annae et Ioanni Palaeologo tribuere 644, 7. Thessalici principatus maximam partem recuperat: Aetolos, Locros et Acarnanas subigit: Annam rebellem capit: quibusdam ut occidat suadentibus, eam dare in custodiam mavult 657, 14. Berrhoeam ad Cantacuzenum venit 657, 1.

Ἀγγελώννμοι 318, 21.

Anima quemadmodum a singulis corporis membris participetur 1102, 14.

Anna Alemanna, Manfredi Siciliae regis soror, Ioannis Ducae uxor altera 45, 7.

Anna Comnena 1150, 42. 1157, 36. 1185, 36. 1274, 31.

Anna Michaelis Angeli filia, nupta principi Peloponnesi 71, 22.

Anna Michaelis Palaeologi I. imp. ex sorore Eulogia neptis, nubit Nicephoro Aetolo 92, 8. 130, 16.

Anna ἡ ἐκ Παλιόνων Andronico Sen. nubit 109, 7. ex Hungaris oriunda: mater Michaelis imp. et Constantini Despotae 234, 7.

Anna Michalis Palaeol. II. filia, Thomae Epiri et Aetoliae principis nu-

- pta 283, 7. tum postea etiam (Thomae) comiti Cephalleniae 233, 7. 283, 9.
- Anna Protovestiarii filia 545, 14. comitis Cephalleniae uxor (altera) virum necat: cum puerulis duobus, Aetolorum et Acarnanum principatum obtinet 536, 20. Andronicum Iuniorum ad occupandum principatum accessit 539, 1. dedit se imperatori 545, 14. Thessalonicae subsistit 546, 8. rebellat: capitur: in custodiam datur 656, 23.
- Anna Longobardica, altera uxor Andronici iunioris 384, 1. viro absente factiosos in urbe comprimit 530, 1. post viri obitum, tertio luctus die in Palatium se recipit 560, 8. 579, 2. Cantacuzenum supplex orat 586, 23. (Palamitis) favendo, pacem ecclesiae turbavit 590, 17. iusiurandum dat Cantacuzeno et ab eo accipit 595, 14. aegrotat 599, 11. Annae mens caeca; spes inanes 702, 14. Anna Gallum Astrologum cum Gregora committit 722, 21. Annae inhumanitas 739, 12. officii admonita contumeliose respondet: pessime res administrat: sacris imaginibus non parcat 748, 4. divites vexat: ex ipso S. Sophiae templo abreptos in vincula coniicit 748, 9. patriarchae, pacem suadenti, irascitur 760, 20. Annae in Cantacuzenum et Irenen odium ex zelotypia natum; fons malorum omnium 761, 6. Anna Persas accessit 763, 15. eius animus durus et immitis 764, 5. patriarcham dignitate spoliare statuit 767, 12. Palamam carcere incluse- rat: eodem adversus patriarcham adiutorem utitur 768, 4. cum Palamitis adversus patriarcham conspirat 768, 24. episcopis diem indicit 781, 19. tabellas, per quas officii admo- netur, a confessore oblatas rumpit; ipsum domo exigit 782, 14. infirmis viribus ferox et contumax; Gala- taeos adversus Cantacuzenum, iam urbem ingressum, advocat: aquis- simas pacis condiciones proterve re- spuit 775, 2. legationem superbam ad Cantacuzenum mittit: in extre- mum discrimen abducta, pacem oblatam vix tandem accipit 779, 9. Annae avaritia 789, 13. iniquitas 799, 17. causa cur principatu exci- derit 887, 10. Vide 788, 9. 878, 9.
- Annales Turcici 1279, 5. Vide *Leum- clav*.
- Anni initium aliud apud alios populos 369, 6. quodnam fuerit apud Alex- andrinos 369, 10.
- Anni Philippi Aridaei 366, 9.
- Annonae copia apud Byzantios 433, 6.
- Anonymus poeta Graecobarbarus *de bellis transmarinis* 1166, 27. 1181, 1. 1211, 4. Vide Cod. Reg. 2569.
- Antalcidas 866, 21.
- Antigonus 116, 23. 497, 10.
- Antiochena provincia 1012, 20.
- Antiocheni patriarchae decreta et lit- terae contra Palamam 893, 16.
- Antiochia ad Maeandrum 214, 14. a Turcis obsessa 10, 5.
- Antipodes 12, 14.
- Antirrhetici libri Gregorae 1112, 10. 1131, 11. 1140, 18.
- Antoeci 12, 14.
- Antonius (triumvir) 189, 19. 311, 5. 606, 10. 1022, 16.
- D. Antonii festum 460, 10.
- S. Antonina, martyr Nicaena 1242, 31.
- S. Antonius. Vide *Templum*.
- Ἀνύσθαι* apud Gregoram quid signi- ficet 1166, 10.
- Ἀφείδιος*. Vide *Aufidus*.
- Apocaucus (Alexius), Domesticus The- matum occidentalium et salinis praefectus: cum Andronico iuniorum in seniore conspirat 301, 10. eius perniciose consilia; dotes eximiae, genus, fortuna, malae artes 577, 5. Cantacuzenum hortatur ad capes- senda imperii insignia 578, 5. eun- dem calumniatur 578, 18. ipse et patriarcha Annae persuadent, ut omnem Cantacuzeno auctoritatem abroget 584, 3. Apocauci vires in- firmas, animus, ambitio 584, 16. miles stricto gladio in eum irruit 586, 7. Apocaucus Cantacuzenum de se optime meritum perdere co- natur 591, 9. in castellum Epiba- tarum se recipit 599, 12. Cantacu- zeno insultat 600, 15. Apocauci mo- litiones detectae; fuga; consilium de invadendo imperio 602, 6. Can- tacuzeno obviam prodit 604, 10. urbi praeficitur et aliis dignitatibus ornatur 605, 21. Octavium Caesa- rem imitatur 606, 4. Cantacuzeno

- imperatorem sese professo, vel victor cum patriarcha exultat 612, 21. classi praefectus, Thessalonicam appellit 634, 14. aciem instruit; congredi non audet 637, 14. ductor utriusque classis, Byzantinae et Persicae: Cantacuzenum abeuntem persequitur 658, 24. timidus et imbellis 660, 12. auxilium petit a Cradle: munit fluvii ostia: ex Cantacuzeno sciscitatur, quid de se ipse statuatur 661, 2. Apocauci mos perversus: Berrhoeam tentat per exercitum: ipse Thessalonicae manet, arrogans idem et timidus 668, 15. sagittarium submittit, qui Cantacuzenum noctu occidat 669, 21. pericula impudentia celeri fuga praeventitur, insciis Thessalonicensibus 670, 13. patriarcham et Ioannem Gabalam sibi mancipare statuit 696, 21. Ioanni Gabalae filiam suam desponsurum se promittit; quid vicissim ab eo pactus 701, 19. Perinthum abit cum patriarcha et imperatore Palaeologo; quem Epibatarum castello includere cogitat 702, 4. bellum apparat: Didymotichum infesto exercitu petit 708, 2. Pythium castellum obsidet 708, 12. apud Anam accusatus ab Ioanne Gabala 710, 17. Byzantium redit: Augustam placat: urbis muros reficit 711, 3. intestinos plebis motus veretur 727, 12. quando, ubi, et a quibus caesus 729, 14. anxietas, stipatores, immoderata ambitio 729, 21. carcer ab eo aedificatus 730, 9. Apocaucus imprudens, stipatoribus in atrio relictis arcem ingressus 731, 12. a Raule et aliis nobilibus interimitur 732, 8. interempti caput abscissum summo muri fastigio imponitur 734, 5. Apocauci avaritia 789, 14. eius liberi tres 1278, 3. imago 1256. 1256, 24. medicinae studium 1256, 24.
- Apocauci filius Thessalonicae praeficitur, in Batatzae locum suffectus 741, 13. mortuo patre Thessalonicam tradere Cantacuzeno statuit: arcem occupat: impetu plebis opprimitur 740, 10.
- Apocauci filia, nupta primum Andronico Palaeologo, Ioanni Asani nubit 797, 7.
- Ἀπόγονος* 1177, 42.
- Ἀπογραφικαὶ ἐμπορίαι* 1278, 28.
- Apographum Regium 1279, 39.
- Ἀποδύσασθαι* 1255, 7.
- Ἀποχρῆσις*. Vide *geniales dies*.
- Apollinarius 1142, 17.
- Apollonius 55, 16.
- Apophthegma veteris sapientis de eo, qui bis navigat 591, 1. Thaletis vel Platonis de eo, qui natus sit Graecus 383, 8. Cantacuzeni de modo servando 432, 5. regis Aegyptii de amico ad extremam inopiam redacto 445, 3. Vide et *Anacharsis, Darius, Zeno*.
- SS. Apostoli. Vide *Templum*.
- Apostolius 1155, 39.
- Appendix Vaticana 1153, 43.
- Apri oppidulum 229, 7. 244, 19. Urbs 248, 13. praelium ad Apros 299, 7. 244, 19.
- Arabes 38, 11. 41, 2. 81, 20. 103, 7. obsistunt Gallis, Syriam et Phoeniciam ingressuris 105, 18.
- Arabes Aegyptii 106, 23.
- Arabicus sinus 107, 6.
- Arabia 81, 16. felix 107, 4.
- Arachosia 38, 10.
- Arca Noae 470, 14. arca (foederis) 518, 21.
- Archistrategus. Vide *Michael et Monasterium*.
- Archivum Camerae computorum 1170, 27.
- Arcturi ortus 49, 6. 596, 12. 1260, 8. 813, 7. primus exortus autumnio medio 245, 6.
- Argyrolimne, quae et *Gyrolimne* 1127, 8.
- Ariadnes Corona, sidus 542, 16.
- Arianorum argutatio 1310, 46.
- Aridaeus (Philippus) 366, 10.
- Aries 548, 10. anni portas aperit 834, 3.
- Aristagoras 155, 13.
- Aristoteles de Dei substantia et operatione 1089, 5. de mente perfecta 1091, 2.
- Aristotelicae linguae labyrinthi 478, 18.
- Arius 1142, 17. filium aiebat esse *πολημα* 1130, 13.
- Ariani aiebant se *secundum Scripturas* dicere 918, 14.
- Armenia 285, 8. 348, 14. Ciliciae finitima 193, 19. maior 38, 25. Armeniae rex generum ambit Michael-

lem Andronici senioris filium 193, 18. Armeniorum religio 623, 12.

Arseniatae 123, 7. postulant ut Arsenii corpus in urbem referatur 167, 7. ob inanis gloriae studium avulsi ab ecclesia, ad communionem admittuntur a patriarcha Niphone: eorum petitiones 261, 12. quinam ex his schisma renovaverint 262, 10.

Arsenius eligitur patriarcha: eius elogium 55, 14. tutor testamento datur Ioanni Lascari 62, 20. vir simplex et sanctus, administrandae reipub. minime aptus 66, 12. male omnino saluti pupilli consulit 67, 20. Fisci claves tradit Palaeologo 69, 21. Michaellem Palaeologum salutatum esse imperatorem moleste fert 78, 4. secedit: secessionis causa 80, 11. reddit 88, 17. Palaeologo sacris interdicat 93, 8. veniam petenti denegat 93, 24. accusatus, iudicio se non sistit: damnatur ut contumax: Praeconnesum deportatur 94, 23. eius corpus in S. Sophiae templo deponitur: quonam deinde translatum 167, 8. reliquiae 262, 1. simplicitas 579, 19. socordia 759, 7.

Artaxerxes Xerxae filius 490, 6.

Artaxerxes Mnemon, Darii et Parysatidis filius, Cyri frater 124, 17. 189, 15.

Artaxerxae stratagema 124, 17.

Artemisium 802, 3.

Asan.

Andronicus Protovestiarius, dissidentibus imperatoribus, avo et nepote, Romanis Peloponnesiis praeerat: a Syrgianne tentatur: eum defert 362, 20. Vide 394, 23. 396, 23. 409, 20. 410, 21. 411, 7.

Constantinus ad Mauroptamum victus et captus a Protostratore Synadeno 415, 8.

Ioannes I. Bulgarorum princeps, Latinos profligat; Balduinum capit 14, 23. Thraciam et Macedoniam vastat 16, 10. Theodorum Angelum vincit, capit, excoecat 23, 10. moritur 60, 4.

Ioannes II. Bulgarorum princeps, Mytzae filius; Irene Michaelis Palaeologi filia ei despondetur: ipse cum magnis copiis in Bulgariam mittitur 132, 6. 132, 15. Lachana sublato regnat: sororem suam Ter-

teri despondet: qui exitium ei machinatur: Asan regno spoliatus, Byzantium aufugit 132, 15.

Ioannes, Irenes Augustae frater, in custodiam includitur cum fratre Manuele 534, 2. carcere educitur 624, 23. 626, 1. comes longinqua expeditionis a Cantacuzeno susceptae 628, 6. iubetur Chreli tradere arcem Melenici 654, 5. creatur Sebastocrator: Apocauci filiam uxorem ducit: socru suspectus, domum cum uxore dimittitur 797, 2. Matthaeum Cantacuzeni imp. filium ad defectionem hortatur 798, 18.

Manuel, alter Irenes Augustae frater, in custodiam datur 534, 2. educitur 624, 23. Didymoticho cum sorore Augusta praeficitur 627, 14. creatur Sebastocrator 797, 2.

Michael 394, 23. 396, 23. 409, 21. 411, 15. Prosiacum occupat: ad Cralem se recipit 413, 17.

Asan uterque, Ioannes et Manuel, saepe ad defectionem sollicitati ab Anna Augusta 799, 16.

Ἀσγέρως 1313, 37.

Asia cis Euphratem 81, 22. 116, 23. intra Euphratem 41, 1. inferior 38, 16. 140, 17. intra Halym 105, 2. Asiae prata 324, 4. Asiae principes, ex Scythia oriundi, inter se praeliantur 689, 4. Asiae recuperandae occasio cur omissa 221, 7.

Asopus fl. 251, 17.

Assyrii 38, 12. 40, 3. 40, 10 etc.

Astrologus Gallus placentia Annae Augustae praedicit 722, 21. Vide et 769, 10.

